



ALLIONIUS

FLORA

PIEDEMONTANA




I




A  
47  
178

























A-11-5.

29-2-1

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	047
Numero:	178



CAROLI ALLIONI  
FLORA  
PEDEMONTANA





*Peint par Molinari*

*Gravé par F. B. Stagnon*



2494  
N. 582



HR 8 7-6

# FLORA PEDEMONTANA

SIVE

ENUMERATIO METHODICA

PLANTARUM INDIGENARUM PEDEMONTII

AUCTORE

CAROLO ALLONIO

PROF. BOT. EM., HORT. PUBL., ET MUS. RER. NAT. DIR. PRIM.,  
ACAD. SOCIO, ET THESAUR. PERP., NECNON ACADEM. BONON.,  
SOCIET. BASIL., BEROL. NAT. CUR., PHYSICO-BOT. FLOR., GOTT.,  
PATRIOT. MEDIOL., MONSP., R. MEDIC. PARIS., PATAV., &c. SOCIO

TOMUS PRIMUS.



AUGUSTAE TAORMORUM

EXCUDERAT IOANNES MICHAEL BRIOLUS

R. SCIENTIARUM ACADEMIÆ IMPRESSOR ET BIBLIOPOLA

MDCCLXXXV.





*Fait par Molinari*

*Gravé par Ch. Delagrange*



R-2494-  
N<sup>o</sup> 582



AR: 8 T-6

# FLORA PEDEMONTANA

SIVE

ENUMERATIO METHODICA

STIRPIUM INDIGENARUM PEDEMONTII

AUCTORE

CAROLO ALLONIO

IN ARCH. TAUR. PROF. BOT. EM., HORT. PUBL., ET MUS. RER. NAT. DIR. PRIM.,  
R. SCIENT. TAUR. ACAD. SOCIO, ET THESAUR. PERP., NECNON ACADEM. BONON.,  
LUGD., ET MADRIT.; SOCIET. BASIL., BEROL. NAT. CUR., PHYSICO-BOT. FLOR., GOTT.,  
LOND., LUND., PATRIOT. MEDIOL., MONSP., R. MEDIC. PARIS., PATAV., &c. SOCIO

TOMUS PRIMUS.



AUGUSTAE TAURINORUM

EXCUDEBAT IOANNES MICHAEL BRIOLUS

R. SCIENTIARUM ACADEMIÆ IMPRESSOR ET BIBLIOPOLA

MDCCLXXXV.



FLORA  
PEDEMONTANA

SIVE

ENUMERATIO METHODICA

STIRPUM INDIGENARUM PEDEMONTI

AUCTORE

CAROLO ALLONIO

In Acad. Turic. Praes. Bot. Hort. Turic. et Mus. Nat. Hist. Turic.  
R. Societ. Turic. Acad. Socio, et Praes. Turic. Acad. Socio.  
Turic. et Societ. Socio, Turic. Cur. Physico-Bot. Turic. Socio.  
Lond. Turic. Praes. Turic. Praes. Turic. Praes. Turic. Socio.

TOMUS PRIMUS

EXCUBIT JOHANNES MICHAEL BRIDGES  
REGENTIAE ACADEMIAE TURICAE ET BIBLIOPOLAE  
MDCCLXXV



VICTORIO AMEDEO

III<sup>o</sup>

SARDINIAE REGI

Etc. Etc. Etc.

REX AUGUSTISSIME

*A*uctorum fere omnium inveterata est consuetudo, ut quum primum exaratoꝝ Libros in publicam Lucem proferre adgrediuntur, Spectatissimorum Virorum nomini eosdem nuncupare, eorumque sibi benevolentiam, & gratiam conciliare, atque firmissimo patrocinio fulciri nitantur, quod eo certiori fiducia se consecuturos sperant, quo major est inscriptis Patroni ingenii, doctrinaeque praestantia, & sublimior potentiae, ac dignitatis conditio. Si hoc mihi



propositum in animo fuisset, jure meritoque gloriari possem nullum a me Patronum electum iri, cui Pedemontanam Floram assiduo plurium annorum Labore descriptam consecrarem, quam Tibi, REX AUGUSTISSIME, cujus mentis aciem perspicacissimam, Sapientiae cultum singularem, egregias animi dotes, comitatem, ac munificentiam omnes admirantur, ne quid dicam de Summa erga Literas, & litterarum studia voluntate; qua factum est, ut bonis artibus universis, praesertim Saluti, & incolumitati civium accommodatissimis excolendis, provehendisque solertem usque adjeceris curam. Verum enim vero talia est optatissima quidem rerum mearum status, in quo posita adlaborare non debeam, ut firmissimum Tuum Patrocinium adhuc implorem, & deprecor: nam quidquid arduum, & operosum a me susceptum fuit, id omne sub Tua auspiciis exordium habuit, Teque hortante, ac adjuvante perfectum est. Quare gloriari potius me oportet, quod aptissima mihi se se obtulerit occasio meritissima Tui nominis laudem celebrandi, atque beneficiorum erga me, meaque studia memoriam summo cum voluptatis sensu renovandi: adeo ut quod alii gratiam aucupaturi facere solent, id a me fieri debeat ad perpetuum grati animi testimonium, quo insignem Tuam beneficentiam publice, & palam declarem, quamquam illa effundere se magis, quam efferi laudibus gaudeat. Manet profecto alta mente repostum quanta humanitate a primis usque annis, quibus in Botanicam disciplinam serius incumbere, ac fertilissimae hujus regionis stirpes colligere coepi, ut multigenas Regni Tui herbariarum opes ad Litterarum commodum, & Medicae facultatis utilitatem, atque incrementum typis inde vulgarem, consilium meum probare dignatus sis, & vehementer hortari, ut operi fortiter inisterem, atque etiam magna facilitate polliceri quidquid conferre posset ad haec studia alacriter excolenda. Haerent adhuc animo impressa optima voluntatis indicia, quibus opuscula Botanica a me primum edita excepisti, infixaeque sunt cordi honorificentissimi Tui judicii significationes, quum bina Regiae Societatis volumina ejusdem nomine Tibi miserem, ejus, inquam, Societatis, quae sub Te Principe nata, & educata feliciter crevit, editisque monumentis ad tantum gloriae fastigium pervenit, ut biennio vix elapso amplissimo diplomate Academiae Scientiarum titulum adsecuta sit, & singularibus honoris, dignitatisque privilegiis tua auctoritate, ac munificentia ornata non sine magna Subalpino Nomini decore accessione.

Quid vero praeclaras virtutes Tuas, & gratam beneficiorum recordationem longius persequar? Quum res ipsa clamet, Tuoque Augusto Nomini consecrari postulet, utpote quod eam peculiari benevolentia prosequi, omniaque commoda afferre, quibus promoveri posset, nunquam intermiseris, tam in suscipiendis itineribus, quae ad uberem stirpium segetem colligendam necessaria forent, quam in Horti Botanici cultura augenda, ut ingens plantarum numerus commode observanda suppeteret. Cui denique potius, quam Tibi, REX MONTFISCENSISSIME,



inscribendum librum putarem Florae Pedemontanae titulo insignitum, in quo nimirum  
ditionis imperio Tuo feliciter Subjectae naturales divitiae, & infinitae stirpium  
varietates exhibentur, quae sive per plana camporum, sive per amoenos colles, sive  
per ardua montium sedula indagatione reperire licuit? Quod igitur tol-  
erationibus Tui juris est, Teque auspicante susceptum, Regali Tuo Nomine  
mox nobilitatum, benignis oculis adspicere, & qua solem clementia tueri,  
meosque conatus Tuo praesidio fovere ne dedigneris. Hoc si impetravero, voti  
mei compositus profitebor, nihil optatius, nihil jucundius, nihilque  
gloriosius mihi evenire posse. Deum interim Optimum Maximum supplicibus  
votis precor, obtestorque, ut Te incolumem, & sospitem Civium Saluti,  
totiusque Reipublicae ornamento servet quam diutissime, Teque etiam atque  
etiam rogo, ut me Tibi omnibus amoris, & venerationis vinculis adstrictissimum,  
ad omnia obsequia paratum, & eximiae virtutis Tuae admiratorem observantissimum  
altissimo Tuo Patrocinio tegere pergat.

MAJESTATIS TUAE

Obsequentissimus, devotissimus, atque humillimus servus, & subditus  
CAROLUS ALLIONIUS



*[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, likely a Latin or Greek manuscript. The text is illegible due to fading and bleed-through.]*



# P R Æ F A T I O

**P**romissa diu (1), multoque jam tempore exoptata prodit in publicam lucem FLORA PEDEMONTANA, quae licet sollicito, intentoque studio collecta, utinam ita elaborata foret, ac numeris omnibus absoluta, ut diutinae expectationi, & praeconceptae Amicorum opinioni responderet. Sentio enim, & plane intelligo, quantum ea distet ab illo perfectionis gradu, quo Botanices cultorum vota explere omnino possit; nam ex ipsa operis amplitudine norunt profecto omnes, qui vel exiguae alicujus regionis Floram describendam aggrediuntur, illius rite conficiendi difficultatem, quamque operosa res sit multiplices stirpes diversis anni temporibus crescentes, easdemque fructiferas in natali solo colligere, vel fideli aliorum manu collectas obtinere, quantoque labore opus sit, ut observatae, aut notatae stirpes in Auctorum codicibus reperiri, atque ad veras species referri queant. Expeditius quidem rem conficere potuissem, si presso pede alicujus eximii auctoris, ac prae caeteris Celeberrimi LINNÆI vestigiis inhaerere, statutumque ab eo systema consecrari voluissem. Sed quum alia mihi via tyronibus commodior, & magis proficua proposita esset, atque generum characteres ab aliis Clarissimis Viris adsignatos non semper probarem, neque species apte ad sua genera relatas animadverterem, nihil a me proponendum existimavi, quod certa, diligenti, ac repetita observatione haud niteretur. Quae profecto omnia, ut quisque rerum botanicarum apprime gnarus videt, multum sibi temporis vindicare, & longam operam, atque acriorem sollertiam exposcere debuerunt.

Anno 1750. asperum sane iter susceperam, quo magna Sabaudiae pars a me perlustrata fuit, & vigili cura conquisita sunt loca magis ardua, ut copiosa herbarum supellex mihi praesto foret. Verum pluribus exinde negotiis distentus, praesertim urgente aegrotantium cura, non nisi breviora itinera ad eum finem conficere potui. Labente interim anno 1755. primum PEDEMONTII STIRPIUM SPECIMEN publici juris feci, cui bina alia postmodum subdere in animo erat, quum novarum stirpium copiam haud spernendam haberem. Attamen ingenti postea plurimarum accessione facta, quas aliorum opera mihi comparaveram, eo quod in nativo solo eas amplius ipse decerpere nequirem, consilium mutandum censui, atque de FLORA PEDEMONTANA edenda cogitare coepi, quae majori gratia a Botanices studiosis excipienda, uberioremque fructum allatura esset. Magnam itaque operis partem viginti ab hinc annis jam para-

(1) Vid. *Miscell. Taur.* Vol. II. p. 62.



tam habebam, pluresque tabulae aere incisae in promptu erant, quas praeclarissimorum Virorum, dum hasce subalpinas regiones peragrarent, oculis subjeci, nimirum FABRICII, GUETARD, FERBER, WITTMAN, ADOLPHI MURAY, KOESTLIN, STORR, CZEMPINSKI, aliorumque, quorum comparatam ea occasione amicitiam non sine magna animi voluptate recordor. Neque res ignota erat praestantissimo ALBERTO HALLERO (2) summa mihi necessitudine conjuncto, ad quem tabulas aliquot transmittendas curaveram, ut securius, firmissusque de iis iudicium ferre posset.

In eo rerum statu plures exortae sunt difficultates, Clinicae scilicet Medicinae auctum exercitium, instituendae juventutis in Botanica concreditum mihi munus ab Augustissimo Rege CAROLO EMANUELE, Horti publici instauratio, atque non exigua locupletatio, Musaei rerum naturalium in ordinem redigendi tradita cura, recurrens gravis ophtalmia cum subsequente visus debilitate, aliaque gravissima negotia impedimento fuerunt, quominus fidem liberarem, atque promissum implerem.

Dum hasce ob causas protrahenda esset editio, factum est, ut plurimae stirpes a me jamdudum visae, atque in FLORA adnotatae, singulare novitatis, raritatisque meritum amitterent, quippe a Clarissimis Viris hujusce scientiae cultoribus eximiis promulgatae. Ejusmodi sunt CARDUUS *medius*, CARDUUS *carlinoides*, CREPIS *nemausensis*, HIERACIUM *prunellaefolium*, RANUNCULUS *pyraeneus*, LEONTODON *pyrenaicum*, SAXIFRAGA *retusa*, ATHAMANTHA *libanotis* L. a Cl. GOUAN (3) illustratae; ARENARIAM pariter *austriacam*, ARNICAM *Clusii*, CARDUUM *pyrenaicum* L. CINERARIAM *integrifoliam*, CREPIM *austriacam*, HIERACIUM *intybaceum*, HYPOCHERIM *helveticam*, LIGUSTICUM *austriacum* L., LASERPITIUM *dauricum*, MENTHAM *austriacam*, ONONIDEM *hircinam*, SEMPERVIVUM *hirtum* L., TRIFOLIUM *pannonicum*, ARABIM *bellidifoliam* L., CARDAMINEM *resedifoliam* L., HIPERICUM *barbatum*, SALSOLAM *prostratam* L., SEDUM *atratum* L., SINAPIM *pyrenaicam* L., SALVIAM *viridem* L., CHEIRANTHUM *helveticum*, CARDUUM *leucographum* L., aliasque vulgavit, sciteque exposuit (4) Cl. JACQUIN. A Celebratissimo ALBERTO HALLERO commemoratae fuerunt quaedam etiam ex nostratibus pridem a me observatae, nempe PRIMULA *longiflora* N., ANEMONE *baldensis* L., ANEMONE *Halleri* N., LASERPITIUM *simplex* L., SENECIO *uniflorus* N., ARENARIA *obtusa* N. &c. Praestantissimus LINNAEUS ex siccis, quae communicaveram, speciminibus, quasdam excitavit nondum visas herbas, POTENTILLAM *valderiam*, & CAMPANULAM *elatinem*. Edenda denique propediem a Cl. VILLAR Flora Delphinatus nonnullas etiam ex nostratibus proferet (5), quales utique sunt ARTEMISIA *insipida*, HEDYPNOIS *taraxaci*, HIERACIUM *cydoniaefolium*, HIERACIUM *staticifolium*, HIERACIUM *pulmonarioides*, CREPIS *albida*, CARDAMINE *plumieri*, SISYMBRIUM *bursifolium* L., BRASSICA *alpina* L., BRASSICA *Richerii*, ARABIS *nova*, ASTRAGALUS *vesicarius* L., ASTRAGALUS *foetidus*, HYPPERICUM *androsemifolium*, RANUNCULUS *Seguierii*, BERARDIA *subacaulis*, LIGUSTICUM *mutellinoides*, LIGUSTICUM *nodiflorum*, TURRITIS *Raji*, GALIUM *argenteum* &c. Itaque ab egregiis hisce Viris praeventus dum operi perficiendo intenderem, stirpes ab iisdem jam descriptas, utpote in tabulis meis pridem incisas dare cogor, & a quibusdam abstinere, quas evulgandas prae manibus habebam.

(2) Vid. praefat. ad Hyst. Stirp. Helvet. p. 9. Postquam omnes Floras editas ab Historia sua longe superari probasset, ait: Non quod negemus in Sabaudia, & Pedemontii alpiibus, vallibus, & planitie, easdem divitias repertum iri, si CAROLI ALLIONII Tabulae, stirpesque prodibunt.

(3) Obs. & Illustr. Plant.

(4) Obs. Botan. Fl. Austr. Hort. Vind. Misc. Austr.

(5) Prospectus Florae Delphinatus.



Quamvis autem eam ob rem non modicum detrimenti, atque jacturae passa sit FLORA haec nostra; fatear tamen oportet, ex aliorum laboribus, & industria non exiguum stirpium numerum ab eo tempore operi meo accessisse. Praeterquamquod enim plures herbarum collectiones in patria olim factas, mihi comparare datum fuit, multiplici etiam ratione itinera per Alpes, Montes, Colles, & Agrum universum Regiae hujus ditionis instituenda curavi, quorum ope stirpes undique legerentur, atque in usum meum cederent ad FLORÆ incrementum.

Aequitati propterea consonum videtur, ut, antequam totius operis rationem, & ordinem a me servatum aperiam, honorificam eorum mentionem faciam, quorum praevio labore, & praecedentibus, aut conjunctis observationibus non parum certe illud auctum est, & ad hanc metam feliciter perductum. Quoniam vero LAURENTII TERRANEI (6), FELICIS VALLE (7), JOHANNIS GIUDICE (8), & Cl. VERANI (9) nomina commemorata jam a nobis fuere, primus quidem memoria dignus hac in re a nobis declarandus videtur celebris suo tempore Medicinae Doctor FRANCISCUS ALEXANDRI Vercellensis Vir doctrina, & eruditione spectabilis, Auctor libri (10), ubi plura herbarum medicinalium loca indicantur: ex ejus lectione patet, eum herbas inquirendi studio percitum alpes, & montes a Vercellensi regione haud valde dissitos praesertim peragrasse, adeo ut nonnulla ad scopum facientia excerpti inde potuerint. BARTHOLOMÆUS itidem CACCIA Praeceptor olim meus amantissimus catalogum MSS. stirpium, quas in valle Ulciensi observaverat, mihi utilem etiam reliquit.

Magnam vero sibi gratiam promeruit D. BOJEARON Pharmaceuticae artis Professor Camberii, simulque Botanicis studiis acriter intentus. Editiores hic Sabaudiae montes saepius percurrentes ANTONIO JUSSIEO vivas herbas, siccatasque communicare solebat, & paulatim herbarium congeffit, proprium nunc Pharmacopolae D. SYLVA, cui debeo visionem herbarii, atque donum fasciculi stirpium siccatarum, quem BOJEARON ad JUSSIEUM mittendum paraverat, unde loca natalia rariorum quarundam ediscere potui. Non absimilem fructum percepi ex alio herbario JOHANNIS BOISONE Rhizotomi Taurinensis, qui Botanicis studiosus, nominibus ex GASPARE BAUHINO sumptis herbas in eo designaverat. Is anno 1733 regium exercitum in Insubriam sequutus est, ut Nosodochio medicinales herbas suppeditaret, & hac in expeditione vita functus est. Herbarium confecit cum locorum natalium adnotationibus, quae alicujus etiam adjumenti extiterunt. Juvat etiam referre THOMAM PRIM Pineroliensem peritum Pharmacopolam, qui maximo studio Botanicam excolere nunquam cessavit constituto sibi artis magistro, & duce TOURNEFORTIO. Triginta, & amplius annis itinera varia in proximas alpes Valdenses ipse instituit, eumque comitem interdum in eisdem habui. Diligenter herbarium ab ipso paratum pervolvi, & minus obviarum stirpium loca in usum meum converti. Quas possidebat duplas, ab eometipso, dum viveret, postque ejus obitum totam herbarum congeriem ab haeredibus, soluto aere, comparavi, plurimumque illius laboribus me debere lubenter profiteor.

Laudandus insuper est MATTHÆUS JAVELLI Medicinae Doctor, qui naturalis Historiae studium, me potissimum excitante, impensius prosecutus est. Astensem ipse, ac Monferratensem Provinciam peragravit, fossilibus inde collectis, quibus Musaeum a me domi instructum non parum ditatum est, & insuper circa proprias Vinadii thermas, ac praerupta vicinarum alpium juga crescentes herbas, ut mihi faveret, peculiari diligentia collegit. Neque silentio prae-

(6) *Spec. Pedem.* p. 31.

(7) *Spec. Pedem.* p. 23. & *Misc. Taur.* Vol. II. p. 204.

(8) *V. praef. ad Enum. Stirp. Nicæens.*

(9) *Ibidem.*

(10) *Apollo Francisci Alexandri omnem compositorum etc. Venetiis 1565. folio*



tereundi sunt HONORATUS CAUVINUS Medicinae Doctor, & LUDOVICUS RICHERIUS, quorum primus plantas circa *Lucerame*, alter nonnullas circa *la Morra* exortas, communicarunt.

Veniam nunc ad Clariss. PETRUM DANA, qui olim Discipulus, & Auditor meus, modo in docendi munere mihi suffectus, egregiam Botanicis Studiosis operam praestat. Scientiae hujus amore incensus ipse Vesulum montem, Pineroliensem agrum, & Vallem Augustae Praetoriae inuisit, meisque votis indulgens colles prope Taurinorum Augustam sitos, Astensem Provinciam, & Montisferrati partem diligens rerum naturalium scrutator pererravit. Anno autem 1766., ut FRANCISCO PEYROLERI praesset, eumque in seligendis ad picturam stirpibus reget, arduum iter per Liguriam, & Comitatus Nicaeensis montes peregit, selectam inde ferens rariorum stirpium suppellectilem. Mitto minoris momenti itinera, quae sua sponte suscipit, quorum occasione multis observationibus FLORAM meam ditavit.

Summopere vero, meritaque laude celebrandus occurrit alter Auditor meus Cl. LUDOVICUS BELLARDI, qui maximo semper hujus scientiae ardore exarsit, nullique labori pepercit, ut in ea proficeret. Quamvis Clinicae Medicinae addictus, Botanicae tamen studia constanter prosequutus hortulum ad suam voluntatem excolendum nactus est, ubi non modo indigenas, sed exoticas etiam stirpes educare nunquam destitit. Vercellensem agrum, Canapicii colles, montes circa Eporediam, & lacus praesertim Canapicienses accuratissime perquisivit; non solum Alpium proximarum juga pluries conscendit, sed & ad remotiora se contulit binis itineribus longioris tractus, iisdemque asperrimis. Primum quidem carpere decrevit anno 1764., ut FRANCISCO PEYROLERI in seligendis stirpibus vivo colore pingendis tanquam moderator etiam praesset, quo magnam Sabaudiae partem, & praerupta montium Augustae Praetoriae summa diligentia circumvixit. Anno denique 1772. ratus in alpibus maritimis uberem rariorum, & ignotarum stirpium messem a se fieri posse, Nicaeam se contulit, quo in itinere & vallium recessus, & alpes magis arduas, totumque Nicaeensem agrum perscrutatus est. Meditabatur autem eorum, quae in eo itinere observasset, peculiari opere Botanicis copiam facere, quid ego sentirem in quibusdam rebus ancipitis judicii, etiam exostulans. Postquam vero opus meum edendum accepit, (quod ipsemet probare debebat tanquam Collegii Medicorum Praeses), quum quasdam in eo perlegendo stirpes desiderari, & aliarum loca natalia fusius etiam proponi posse animadverteret, omnia, quae sibi praesto essent, libenti animo detulit, additis etiam descriptionibus nonnullis, quas ipse exaraverat. Propterea pergratum eidem animum profiteor, quem, ut publica quadam significatione firmarem, natalitia stirpium loca, quorum ab eo notitiam accepi, singillatim adnotavi, novasque ab eodem prolatas stirpes sequenti signo † designatas tradidi.

Breviter modo attingam Botanici horti culturae Praepositos, quorum laboribus, & industriae non parum adjumenti acceptum referre debeo ad opus perficiendum, & FLORAM hanc exarandam. PETRUS igitur CORNALIA ad operae istius exercitium dudum electus per annos quadraginta assidua vigilantia, multaque sollertia eo officio laudabiliter est perfunctus; Tournefortii methodum satis intelligebat, atque in nominibus decernendis, aptandisque sagacitate quadam pollebat. Non solum colendis plantis vacabat, sed quotannis fere iter per alpes carpens vel novas in hortum inferre plantas, vel eas, quae perierant, renovare satagebat. VITALIANUM DONATI Celeber. in R. Athenaeo Botanicis Professorem Praedecessorem meum comitatus est in aspero itinere, quo per Montem Cenisium, & Maurianensis Provinciae partem, ac Tarantiam altissimum S. Bernardi montem adierunt, redeuntes inde per Augustae Praetoriae vallem. Hujus quidem itineris nullam inter DONATI chartas mentionem, aut factas



ab eo observationes ad rem nostram facientes reperi, sed a PETRO CORNALIA postea nonnulla edoctus sum, quae mihi profutura in adversaria conjeci.

PETRUS interim CORNALIA per plures annos socium habuit in horti cultura FRANCISCUM PEYROLERI, qui frequenti usu, & summa diligentia non adeo vulgarem herbarum notitiam adeptus erat, sed naturali quodam genio ductus horis subsecivis herbas ipsas nativo colore pingere solebat. Adeo autem in hac arte profecerat, ut Excellentissimus Comes CAISSOTTI, qui tunc temporis Senatui, atque universae rei litterariae praeerat, ad supremam postea Magni Cancellarii dignitatem in meritorum praemium evectus, eum ab horti culturae anno 1744. avocatum pingendis imposterum herbis unice incumbere statuerit. Primum quidem ipsius horti stirpes delineare coepit, inde ad alpes missus est, ut in solo natali crescentes, hortique culturam detrectantes describere graphice posset. Quod feliciter executus est, praesertim quum tentatis plurimis experimentis colorum materiam ex floribus, fructibusque elicere adprime sciret, ita ut naturam ipsam aemulari videretur. Artem hanc optimam, quam suo semper praesidio fovit Excell. Comes CAISSOTTI, pari quoque patrocinio excepit, promovitque Excellentissimus Comes LANFRANCHI, qui in universa re litteraria moderanda laudato Comiti CAISSOTTI successit, ejusque vices etiam gerit in Magni Cancellarii munere regendo. Hujus profecto eximii viri meminisse nequeo, quin multas ei, dignasque gratias agam pro summa erga me, measque res benevolentia, maximaque animi contentione, qua cum amplissimis rei litterariae Moderatoribus Botanicae studium, hortique majorem cultum provehere nunquam destitit.

Quum vero FRANCISCUS PEYROLERI propter ingravescentis aetatis incommoda, atque imminutam visus aciem impar fere tanto operi jam foret, successor ei datus est JOANNES BOTTIONE ex sorore Nepos, qui patrum disciplina institutus ejusdem artis peritiam singularem adquisivit. Amborum autem continuato labore, & studio ultra quatuor mille stirpes nativis coloribus depictae in tabulis habentur, atque ex iis compacta sunt XXVIII volumina, quae dum publicam Regii Athenaei Bibliothecam mirifice exornant, & omnibus, qui eas viderint, maximam pariunt admirationem, ingens quoque commodum mihi suppeditarunt in FLORA elaboranda.

Horti custodia, atque cultura post obitum PETRI CORNALIA tradita est duobus fratribus PETRO, & IGNATIO MOLINERI defuncti consobrinis, & a pluribus jam annis eidem culturae addictis in ejusdem levamen, & solatium. PETRUS primi custodis, IGNATIUS secundi nomen habent. Juvenes hi laboris admodum patientes, ingenio, & corporis robore praediti, periti horti cultores, & in Linnaeano systemate a me instituti, variis itineribus per omnes fere alpinas, & subalpinas hujus ditionis regiones conquisitis undique stirpibus magnam mihi opem attulerunt.

Hi sunt conterranei, quorum opera mihi utilis extitit ad FLORAM elaborandam: nullae autem a me recensitae sunt ex aliorum observatione stirpes, quas ipse ante oculos non habuerim. Ab anno enim 1760., quo docendi munus injunctum est, & publici horti curam accepi, quum de FLORA edenda serio cogitarem, ea ratione capienda itinera providi, ut qui Botanicae excolendae causa ad alpes mitterentur, loca non adhuc visa, vel non bene lustrata percurrerent. Ab iis autem non modo stirpium, quas adnotassent, diarium, sed etiam minus notarum sicca exemplaria exoptulavi. Singulis itidem annis post eorum reditum omnia expendebam, ac in usum notabam. Praesens igitur FLORA ex meis, aliorumque observationibus coaluit, nonnullis etiam excerptis ex editis exterorum Virorum libris, qui in patria nostra stirpes observarunt. Neque solum paucas sane a me non visas, quae ab auctoribus commemorantur recensui, sed singulis insuper auctorum nomina apponenda curavi.



Scriptores, a quibus nostrates aliquot stirpes commemoratae reperiuntur, sunt fere sequentes. PETRUS MATTHIOLI habet herbam *della rotta* ex valle di Lanzo (11); RAUVOLPHIUS (12) SANTOLINAM *camaecyparissum* in agro Dertonensi crescentem; JOHANNES BAUHINUS (13) frequenter loquitur de stirpibus Sabaudiae, & Allobrogum. JOHANNES RAIUS (14), quum Februario mense per Augustam Taurinorum, & Alexandriae fines Genuam contenderet, quasdam in itinere stirpes adnotavit. LOBELIUS (15) Taurinenses colles, & Sabaudiae montes, ut stirpes colligeret, percurrit, & plurium iniecit mentionem. PAULUS BOCCONE (16) in Pedemontio etiam stirpes legit, sed diligentius Montem Cenisium, Maurianensem vallem, & qui Camberium, & Anecium interjacent, montes perscrutatus est. E Camberio ad Carthusiam majorem inde profectus raras aliquot stirpes detexit. ANTONIUS JUSSIÆUS in Comitatu Nicaensi, atque alpibus nascentes paucas stirpes refert in notis ad BARRELLIERIUM. JOHANNES SCHEUCHZERUS in AGROSTOGRAPHIA refert bina rariora gramina Liguria indigena. LUDOVICUS GERARD per Vinadii alpes Taurinorum Augustam adveniens, & per Montem Cenisium in patriam reversus non pauca in alpibus vidit, quae in suam FLORAM Gallo-provincialem transtulit. Nobilis DE SAUSURE collectas in Sabaudia stirpes ALBERTO HALLERO communicavit. Hic autem quarumdam herbarum meminit in locis Helvetiae, & Pedemontio conterminis nascentium, quae Pedemontanae regioni adscribi optime possunt.

Quamquam autem praesens opus PEDEMONTANÆ FLORÆ nomen inscriptum habeat: non ideo putandum est, eas tantum herbas in ipso contineri, quae Pedemontii propriae sint, & peculiare; omnes enim sub hoc nomine regiones intelligendae sunt, quae Felicissimo AUGUSTISSIMI REGIS nostri imperio subsunt Pedemontio adjacentes. Octingentae supra bis mille enumerantur, quarum numerum nullus dubito ad tria, & ultra specierum millia augeri potuisse, si omnia loca visere, variisque anni tempestatibus inquirere licuisset; praeterquamquod nonnullae a me data opera omissae sunt, utpote indeterminatae. Non pauca quidem in GRAMINIBUS addenda certo supersunt, & multo plura in CRYPTOGAMIIS, quae Posteriorum industriae, & solertiae perscrutanda, & fusius expromenda relinquo. Ego quidem nullas recensere decrevi, quae spontaneae haud forent, praetermissis sativis, aut cultis, neque specierum numero allatis varietatibus unquam adaucto. Inde omnibus planum fit FLORAM hanc nostram prae omnibus hactenus editis, numero ampliorem habendam esse. Etenim HUDSONI *Flora Anglica* stirpes exhibet 1600., & Gallica Clar. LAMARK 2403. *Historia vero stirpium Helveticarum* a Cl. ALBERTO HALLERO, qui vel minimas plantas summa diligentia perquisivit, bis mille & quingentas complectitur, quas inter quinquaginta sativae, & paullo major numerus varietatum in *Lichenibus*, & *Fungis*. Neque obstat FLORAM hanc nostram plurimum auctam esse Nicaensium stirpium accessione, quarum pleraeque in Helvetia sobolescere nequeunt. Nam iis etiam demptis, multo copiosior adhuc erit PEDEMONTANA FLORA, nostraque ditio stirpium ubertate superior. Quaedam utique in Helvetia crescunt nondum apud nos repertae; at ingens est earum numerus, quae, quum ad Pedemontium pertineant, desiderantur in Helvetico solo. Hoc profecto mirum non erit, si conditionem regionis considerare velimus, quae, sive naturam soli, sive positionem locorum spectes, huic tantae feracitati aptissima est. Alpes enim nostrae, quae Augustam Praetoriam, & Sabaudiam ab Helvetia dividunt, cum editoribus Helveticis al-

(11) *V. Spec. Pedem. p. 12.*(12) *V. Gronovii Fl. Orient.*(13) *V. Historia univers. plant.*(14) *Sylloge Stirp. Europ. extra Britan. etc.*(15) *Adversaria stirpium etc.*(16) *Museo di piante rare etc.*



titudine certant; earum autem nexus, & series talis est, ut continuo gradu ad Apenninas usque decrescant, inque earum diversis tractibus propriae, ac multiplices stirpes progignantur, quibus non modo Helveticae fere omnes, sed Styriacae quoque, Carinthiacae, atque Tyrolenses continentur. Adde montium, & collium ubertatem, quo fit, ut in iis Lusitanicae, Hispanicae, & Campoclarense etiam plantae adolescent.

Postquam divitias PEDEMONTANÆ FLORÆ dicendo persecuti sumus, & copiosissimum plantarum numerum, quae in ipsa comprehenduntur, enarravimus, ratio nunc postulat, ut distributionem, ac methodum in ipsis enucleandis propositam explanemus. Atque haec quidem eadem est ac illa, quam in *Miscell. Taur.* Vol. V. exhibuimus, exceptis tamen classium ordinibus, qui passim mutati sunt, & ex ipso potius fructu, quam ex staminum numero deducti. Id autem consilii non ideo a me captum fuit, quod aliorum systemata tanquam a recta ratione aliena contemnenda censerem; sed ut faciliori via procederem, quae utilior mihi visa est ad Tyrones edocendos, eorumque captui magis accommodata, uti superius commemoravi. Fateor tamen nonnulla etiam genera affinitate proxima propter systematis vim divulsa aliquando exponi. Verum animadvertere juvat nullam in hac scientia methodum carere hoc vitio, quum genera omnia, ordines, & classes per intermedia individua ita sibi cohaereant, ut quamlibet amplectamur methodum, plures semper insuperabiles obversentur difficultates. Illa sane, quam naturalem appellant, eas vitare nequit, atque instituendis Tyronibus impar videtur.

In characteribus generum assignandis unius tantum auctoris systemati adhaerere nusquam opportunum existimavi, sed uti magis congruere visum est, praestantiores artis magistros sequi constitui. Plura ex LINNÆO, HALLERO, & LUDWIGIO mutuatus sum, ea tamen ratione, ut ab iis interdum dissentirem tam in generibus, quam in characteribus decernendis. In cryptogamiis, quum ipse meismet oculis rem expendere, sedulaque observatione persequi non possem, Linnaeana genera sequi satius duxi, quamquam optime scirem non sine quodam fundamento sive genera, sive species ab HALLERO, GLEDITSCHIO, SCOPOLI, NECKERO, aliisque diversa ratione constitui.

Generum nomina, quae Cl. LINNÆUS absque ullo rationis sufficientis momento immutavit, ad pristinam nomenclaturam revocanda putavi, atque in genericis nominibus TOURNEFORTII tabulam semper indicavi, in qua Botanophilus floris, ac fructus iconem perspicere posset. Nomina *trivialia* plantis primum adsignata, nisi erronea omnino essent, constanter retinui contra eorum usum, qui pro lubitu, & arbitrio nomina mutandi potestatem sibi arrogant non sine maxima rerum perturbatione. Citata saepissime leguntur ICONOGRAPHIÆ Taurinensis volumina, quae stirpium effigies vivis coloribus pictas exhibent a nostratibus Botanophilis commode consulendas. Synonyma praecipua novae nomenclaturae diligenter referuntur, ex quibus non parum luminis proficiscitur. JOANNIS BAUHINI historia praeterea usus sum, utpotequod frequentissime nostratum Medicorum manibus teratur, ac in ea omnia, quae a veteribus tradita sunt, fuse, eruditeque explanentur. Ut autem Pharmacopolarum commodo, & utilitati consulerem, qui MATTHIOLI opus continuo ad manus habent, hujusce auctoris nomina officinalibus praesertim plantis addenda curavi.

In exponendis denique stirpium virtutibus, quod sane multi interest, nihil neglexi, ut Tyrones, qui Praxi clinicae operam dare volunt, circa principia sensibilia activa adamussim instituti forent, iisque veluti digito monstrarem, quibus in casibus singularum usus accommodatior esset: Summam autem diligentiam circa eas adhibui, quae majorem efficaciam, & frequentiore usum habent, vel sine periculo adhiberi non possunt. Illas vero, quae exoletae sunt, & inusitatae, aut nullius momenti, plane praetermittendas opportunum duxi, indicato tamen plerumque officinali



nomine, ut pateat, eas olim in Pharmacopoliis receptas fuisse. Ut interea Pharmacopolae, ipsique Medicinae Doctores, qui materiam Medicam praesertim exquirunt, utiliores plantas facilius reperire queant, & in promptu statim habeant, praeter indices Generum, & Synonimorum, alios distinctos data peculiari opera adjeci, in quibus nomina officinalia, Italica MATTHIOLI, vernacula, & Gallica continentur.

Quod interim semper in votis mihi fuit; quod assiduo labore, & studio prosecutus sum; quod denique invicto, & constanti animo inter arduas difficultates, inter sollicitudines praxis, adversae valetudinis molestias, atque inter multiplices curas feliciter ad finem perductum fuit FLORÆ PEDEMONTANÆ Opus, benevolo Lectori perlibenter offero, minimeque dubito, quin benigno prorsus animo excipiendum sit ab iis omnibus praesertim, qui Botanicis studiis delectantur; unde & ditioni huic nostrae in rebus ad naturalem scientiam pertinentibus feracissimae (17) suus constet honos, & facultas haec praestantissima majora semper accipiat incrementa.

---

(17) *Incredibilem Fossilium omnis generis diversitatem in sinu suo complectitur, atque magnum insectorum, quae expectationem superet, numerum, quum tres mille distinctas species in patria lectas ipse possideam.*



## CONTRACTA AUCTORUM NOMINA EXPONUNTUR

- ACAD. PARIS. *Academiae Scientiarum Parisinae Commentarii.*
- ACT. HELV. *Acta Helvetica-Physico-Mathematico &c. Medica. Basileae 1751. &c.*
- ACT. PALAT. *Acta Academiae Palatinae. Manheimii 1766. &c. in 4.<sup>o</sup>*
- ALP. exot. Prosperi ALPINI *de plantis exoticis. Venetiis 1656. in 4.<sup>o</sup>*
- AMMANN. ruth. Joh. AMMANNI *Icones plantarum rariorum, quae in Impero Rutheno nascuntur. Petropoli 1739. in 4.<sup>o</sup>*
- ARDUIN. spec. ARDUINI *animadversionum botanicarum Specimen. Patavii 1759. & 1764. in 4.<sup>o</sup>*
- BARR. ic., & obs. Jacobi BARRELIERI *Plantae per Gall. Hispan., & Italiam observatae. Parisiis 1714. in fol.*
- BASSI Comment. Bonon. Ferdinandus BASSI *in Commentariis Bononiensibus.*
- BATT. fung. BATTARRA *Fungorum agri Ariminensis Historia. Faventiae 1755. in 4.<sup>o</sup>*
- BAUH. hist. Johannis BAUHINI *Historia plantarum universalis. Ebroduni 1650. in fol. vol. 3.*
- BAUH. pin. Gasparis BAUHINI *Pinax theatri botanici. Basileae 1571 in 4.<sup>o</sup>*
- BAUH. theatr. *Ejusdem Theatri botanici, seu historiae plantarum liber primus. Basileae 1658. in fol.*
- BAUH. prodr. *Ejusdem Prodrromus theatri botanici. Basil. 1671. in 4.<sup>o</sup>*
- BOCC. mus. Paolo BOCCONE *Museo di piante rare. Venezia 1697. in 4.<sup>o</sup>*
- BOCC. rar. aut sic. *Ejusdem Icones, & descriptiones rariorum plantarum Siciliae, Melitae, Galliae, Italiae. Oxonii 1674. in 4.<sup>o</sup>*
- BOERH. Lugdb., aut ind. alt. Hermanni BOERHAAVE *Index alter plantarum, quae in horto Academico Lugduno-Batavo &c. Lugd. Bat. 1720. in 4.<sup>o</sup> vol. 2.*
- BOHEM. Lips. BOHEMER *Flora Lipsiae indigena 1750. in 8.<sup>o</sup>*
- BREYN. cent. Jacobi BREYNI *Centuria 1. exoticarum, & minus cognitarum plantarum. Gedani 1768. in fol.*
- BURM. ger. Laurentii BURMANNI *de Geraniis Lugd. Bat. 1759. in 4.<sup>o</sup>*
- BUXB. cent. BUXBAUM. *Centuriae quinque rariorum plantarum. Petropoli 1740. in 4.<sup>o</sup>*
- CÆSALP. Andreae Aretini CÆSALPINI *De plantis lib. 16. Florentiae 1583. in 4.<sup>o</sup>*
- CAM. hort. Joachimi CAMERARII *Hortus medicus, & philosophicus. Francof. 1586. in 4.<sup>o</sup>*
- CAM. epit. *Ejusdem de plantis epitome. Francof. 1586. in 4.<sup>o</sup>*
- CELS. ups. Olavi CELSI *Hierobotanicon. Upsaliae 1745. in 8.<sup>o</sup> vol. 2.*
- CLUS. pann. Caroli CLUSII *rariorum plantarum per Austriam, & Pannoniam observatarum &c. Antuerpiae 1583.*
- CLUS. append. alt. *Ejusdem in appendice altera ad lib. VI. Antuerpiae 1611. in fol.*
- CLUS. hist. *Ejusdem rariorum plantarum Historia. Antuerpiae 1601. in fol.*
- COL. ecphr. Fabii COLUMNÆ *Ecphrasis I. & II. minus cognitarum stirpium &c. Neapoli 1592.*
- COL. phytob. *Ejusdem Phitobasanoc, s. plantarum aliquot Historia. Neapoli 1592. in 4.<sup>o</sup>*
- CORD. hist. Valerii CORDI *Historiae stirpium libri IV. Argentinae 1561. in fol.*
- CRANTZ. class. umb. Nepom. CRANTZ *Classis umbelliferarum emendata. Lipsiae 1767. in 8.<sup>o</sup>*
- CRANTZ. inst. rei herb. *Ejusdem Institutiones rei herbariae Viennae. 1762. in 8.<sup>o</sup> vol. 2.*
- CRANTZ. crucif. *Ejusdem Classis cruciformium emendata. Lipsiae 1769. in 8.<sup>o</sup>*
- CRANTZ. fascic. *Ejusdem Stirpium Austriacarum fasciculi 1769. vol. 2. in 4.<sup>o</sup>*
- CUP. cat. Francisci CUPANI *Hortus Catholicus. Neapoli 1696. in 4.<sup>o</sup>*
- DALECH. hist. Jacobi DALECHAMPII *Historia generalis plantarum. Lugd. 1586. in fol. 2. vol.*
- DALIB. paris. DALIBARD *Florae Parisiensis prodromus. Parisiis 1750. in 8.<sup>o</sup>*
- DILL. musc. Johannis Jacobi DILLENII *Historia muscorum. Oxonii 1741. in 4.<sup>o</sup>*
- DILL. gen. *Ejusdem Nova plantarum genera. Giessae 1719. in 8.<sup>o</sup>*
- DILL. giess. *Ejusdem Catalogus plantarum circa Giessam nascentium. Francofurti 1719. in 8.<sup>o</sup>*
- DILL. hort. elth. *Ejusdem Hortus Elthamensis. Londini 1732. in fol. vol. 2.*
- DOD. purg. Remberti DODONÆI *purgantium, & deleteriarum herbarum Historia. Antuerpiae 1574. in 4.<sup>o</sup>*
- ENUM. nic. Caroli ALLIONII *stirpium Nicaeensium Enumeratio. Parisiis 1757. in 8.<sup>o</sup>*



- FUCHS. *hist. Leonardi FUCHSII Historia plantarum Germaniae. Basil. 1543. in fol.*  
 GAGNEBIN. *in Act. Helv.*  
 GARID. *aix. GARIDEL Histoire des plantes, qui naissent aux environs d'Aix en Provence. Aix 1715. in fol.*  
 GERARD. *flor. galloprov. GERARD Flora Gallo-Provincialis. Parisiis 1761. in 8.º*  
 GESN. *fasc. Conradi GESNERI Historiae plantarum fasciculus. Norimbergae 1759. in fol.*  
 GLED. *fung. Gottlieb GLEDITSCH Methodus fungorum. Berolini 1753. in 8.º*  
 GLEDI. *syst. Ejusdem Systema plantarum. Berolini 1764. in 8.º*  
 GMEL. *sib. Joh. Georgii GMELIN Flora Sibirica. Petropoli 1747. in 4.º vol. 4.*  
 GMEL. *fuc. Samuelis GMELIN Historia fucorum. Petropoli 1768. in 4.º*  
 GOU. *hort. Antonii GOUAN Hortus Regius Monspeliensis. Lugduni 1762. in 8.º*  
 GOU. *illustr. Ejusdem Illustrationes, & observationes Botanicae. Tiguri 1773. in fol.*  
 GRON. *fl. orient. GRONOVII Flora orientalis. Lugd. Batav. 1755. in 8.º*  
 GUETT. *obs, GUETTARD Observations sur les plantes. Paris 1747. in 12. vol. 2.*  
 HALL. *hist. Alberti HALLER Historia stirpium indigenarum Helvetiae. Bernae 1768. in fol. vol. 3.*  
 HALL. *helv. Ejusdem Enumeratio methodica stirpium Helveticarum. Gottingae 1742. in fol. vol. 2.*  
 HALL. *it. helv. Ejusdem Iter helveticum. Tiguri 1736. in 8.º*  
 HALL. *cat. rar. Ejusdem Catalogus stirpium rariorum Helvetiae. Lausannae 1760. in 8.º*  
 HALL. *gott. Ejusdem Enumeratio plantarum horti, & agri Gottingensis emendata, & aucta. Gottingae 1753. in 8.º*  
 HALL. *comm. nor. Ejusdem Plantae rariores descriptae, & pictae in Commercio litterario norico annis 1731-1744.*  
 HERM. *Lugdb. Pauli HERMANNI Catalogus plantarum horti Academici Lugduno-Batavi. Lugd. Bat. 1687. in fol.*  
 HERM. *parad. Ejusdem Paradisus Batavus. Lugd. Batav. 1694. in 4.º*  
 HERM. *ros. HERMANNI Dissertatio de rosa. Argentorati 1762. in 4.º*  
 H. R. P. *Hortus Regius Parisiensis 1665. in fol.*  
 HORT. *Eyst. Hortus Hystellensis. Norimbergae 1613. in fol.*  
 HUDS. *fl. Angl. Guglielmi HUDSONI Flora Anglica. Londini 1762. in 8.º*  
 JACQ. *fl. Austr. Nicolai JACQUIN Flora Austriaca. Vindobonae in fol.*  
 JACQ. *hort. Vind. Ejusdem Hortus Vindobonensis.*  
 JACQ. *misc. Ejusdem Miscellanea Austriaca. Vindobonae in 4.*  
 JACQ. *obs. Ejusdem Observationum botanicarum pars I-IV. Vindobonae 1771. in fol.*  
 JUSS. *Bernardus de JUSSIEU in Actis Academiae Regiae Scientiarum Parisinae.*  
 LAM. *fl. franc. LAMARCK. Flore Française. Paris 1778. in 8.º vol. 3.*  
 LINDERN. *hort. alsat. LINDERN Hortus Alsaticus. Argentorati 1747. in 8.º*  
 LINN. *gen. Caroli LINNÆI Genera plantarum, earumque characteres. Holm. 1754. in 8.º*  
 LINN. *spec. Ejusdem Species plantarum. Holmiae 1762. in 8.º vol. 2.*  
 LINN. *syst. Ejusdem Systema naturae. Holmiae 1768. in 8.º vol. 3.*  
 LINN. *mant. alt. Ejusdem Mantissa altera. Holmiae 1771. in 8.º*  
 LINN. *flor. Svec. Ejusdem Flora Svecica. Holmiae 1761. in 8.º*  
 LINN. *flor. Lapp. Ejusdem Flora Lapponica. Amstelodami 1737. in 8.º*  
 LINN. *hort. Ups. Ejusdem Hortus Upsaliensis. Holmiae 1748. in 8.º*  
 LINN. *Flor. Zeyl. Ejusdem Flora Zeylanica. Holmiae 1747. in 8.º*  
 LINN. *hort. cliff. Ejusdem Hortus Cliffortianus. Amstelodami 1737. in fol.*  
 LINN. *amaen. acad. Ejusdem Amaenitates Academicae Lugd. Batav. 1749. in 8.º*  
 LOB. *adv. Matthiae LOBELII Adversaria stirpium. Antuerpiae 1676. in fol.*  
 LOB. *ic. Ejusdem Icones plantarum. Antuerpiae 1681. in 4.º*  
 LUGD. *Historia generalis plantarum. Lugduni 1586. in fol.*  
 MAGN. *bot. monsp. Petri MAGNOL Botanicum Monspeliense. Monspeli 1697. in 8.º*  
 MAPP. *als. MAPPI Historia plantarum Alsaticarum. Argentorati 1742. in 4.º*  
 MATTH. *Petri Andreae MATTHIOLI sei discorsi sopra dioscoride. in Venezia 1604. in fol. vol. 2.*  
 MENTZ. *pug. MENTZELIUS in pugillo rariorum plantarum ad calcem indicis edito. Berolini 1682. in fol.*  
 MICH. *gen. Petri Antonii MICHELII Nova plantarum genera. Florentiae 1729. in fol.*  
 MILL. *dict. Philippi MILLER the Gardeners Dictionary. 1752. in fol.*  
 MISC. *TAUR. Miscellanea Philosophico-mathematica Taurinensia. Taurini 1759. &c. in 4.º vol. 5.*



- MONTI in ZAN. *Jacobi ZANONII Historia botanica latine reddita a Cajetano MONTIO. Bononiae 1742. in fol.*
- MONT. *prodr. Joseph MONTI Prodrromus stirpium agri Bononiensis. Bononiae 1719. in 4.º*
- MORISON Umb. *Roberti MORISON Plantarum umbelliferarum nova distributio. Oxonii 1672. in fol.*
- MORIS. *ox., aut hist. Ejusdem Historia plantarum. Oxonii 1672. & 1699. in fol. vol. 3.*
- MUNTING. *phytogr. MUNTINGII Phytographia curiosa. Amstelodami 1711. in fol.*
- NECKER. *meth. musc. NECKER. Methodus muscorum. Mannhemii 1771. in 8.º*
- NECKER. *delic. Ejusdem Deliciae gallo-belgicae sylvestres. Argentorati 1768. in 12. vol. 2.*
- OED. *flor. dan. OEDERI Flora Danica. Hafniae 1766. &c. in fol.*
- PARK. *parad. Johannis PARKINSONI Paradisus terrestris. Londini 1629. in fol.*
- PARK. *the. Ejusdem Theatrum botanicum. Londini 1640. in fol.*
- PLUK. *alm. Leonardi PLUKNETII Almagestum botanicum. Londini 1696. in 4.º*
- PLUK. *phyt. Ejusdem Opera omnia botanica. Londini 1720. in vol. 2.*
- PONA *bald. Gio. PONA Monte baldo descritto. Venezia 1617. in 4.º*
- POLLICH *Hist. plant. Johannes POLLICH Historia plantarum in Palatinatu &c. 1776. Mannhemii in 8.º. vol. 3.*
- PONTEB. *dissert. & anthol. Julii PONTEDERÆ Anthologia, & Dissertationes botanicae. Patavii 1720. in 4.º*
- RAJ. *cantabr. Johannis RAJ Catalogus plantarum circa Cantabrigiam nascentium. Cantabrigiae 1660. in 12.*
- RAJ. *hist. plant., & suppl. Ejusdem Historia plantarum generalis. Londini 1686. in fol. vol. 3.*
- RAJ. *Syll. exot. Ejusdem Sylloge plantarum extra Britanniam nascentium. Londini 1694. in 8.º*
- RAJ. *Syn. Ejusdem Synopsis methodica stirpium britannicarum editio tertia a Dillenio emendata, & aucta. Londini 1724. in 8.º*
- RENEALM *spec. Pauli RENEALMI Specimen historiae plantarum. Typis Wecheliani 1619. in 4.º*
- RIV. *mon. Augusti RIVINI Ordines plantarum flore irregulari monopetalo. Lipsiae 1690.*
- RIV. *irreg. pentapet. Ejusdem Ordo plantarum, quae sunt flore irregulari pentapetalo. Lipsiae 1691. in fol.*
- RIV. *tetr. Ejusdem Ordines plantarum flore tetrapetalo. Lipsiae 1699.*
- ROY. *Leyd. prodr. Adriani van. ROYEN Florae Leydensis Prodrromus. Leydae 1740. in 8.º*
- RUDB. *elys. Olai RUDBEKI Campi Elisi Upsaliae 1702. in fol.*
- RUPP. *jen. Henrici Bernardi RUPPII Flora Jenensis ab Alberto HALLERO edita. Jenae 1745. in 8.º*
- SAUV. *monsp. SAUVAGES Flora Monspeliensis. Hagae 1751. in 8.º*
- SCHÆFF. *Fung. SCHÆFFER Fungorum Bavariae icones. Ratisbonae 1763. in 4.º. vol. 4.*
- SCHUCHZ. *gram., & agrost. Johannis SCHEUCHZERI Agrostographia, seu Historia graminum. Tiguri 1719. in 4.º*
- SCHUCHZ. *it. Ejusdem Itinera alpina. Lugd. bat. 1723. vol. 2. in 4.º*
- SCHMIED. *diss. Casimiri SCHMIEDELI Dissertatio. Erlangae 1758. in 4.º*
- SCHMIED. *ic. Ejusdem Icones plantarum, & analyses. Norimberg. 1748. in fol.*
- SCHOL. *bot. Josephi Pittoni TOURNEFORT Schola botanica. Amstel. 1689. in 12.*
- SCHREB. *spic. Joh. Chr. Dan. SCHREBER Spicilegium Florae Lipsicae. Lipsiae 1771. in 8.º*
- SCHREB. *gram. Ejusdem Gramina Lipsiae. 1769. in fol.*
- SCOP. *flor. Carn. SCOPOLI Flora Carniolica. Vindobonae 1760. in 8.º*
- SCOP. *flor. Carn. ed. 2. Ejusdem Flora Carniolica editio 2. Vindobonae 1772. in 8.º. vol. 2.*
- SEGU. *Veron. Joh. Francisci SEGUIERII Plantae Veronenses. Veronae 1745. in 8.º. vol. 2.*
- SEGU. *suppl. Ejusdem Supplementum. Veronae 1754. in 8.º*
- SIBB. *Scot. Roberti SIBBALD. Scotia illustrata, seu Prodrromus historiae naturalis. Edimburgi 1684.*
- SLOAN. *jam. SLOANE Catalogus plantarum, quae in Insula Jamaica sponte proveniunt. Londini 1696. in 8.º*
- SPEC. *PEDEM. Caroli ALLIONII Pedemontii Stirpium Specimen primum. Aug. Taur. 1755. in 4.º*
- TABERN. *ic. Jacobi Theodori TABERNÆMONTANI Historia plantarum. Francofurti 1613. in fol.*
- THAL. *hercyn. Johannis THALII Sylva Hercynica, post CAMERARII hortum.*
- TILLI. *pis. Michaelis Angeli TILLI Catalogus plantarum Horti Pisani. Florentiae 1723. in fol.*
- TOURN. *inst. TOURNEFORTII Institutiones rei herbariae. Parisiis 1719. in 4.º. vol. 3.*
- TOURRETT. *pilat. De la TOURRETTE. Voyage au Mont-Pilat. Avignon 1770. in 8.º*
- TOURRETT. *helminth. Ejusdem Dissertation sur le Fucus helminthochorton. Lyon. 1682. in 4.º*



- TRAG. *hist. Hyeronimi TRAGI De stirpium natura. Argentinae 1552. in 4.<sup>o</sup>*  
 TRIUMF. *obs. Joh. Bapt. TRIUMFETTI Observationes. Romae 1685. in 4.<sup>o</sup>*  
 TURRA *prodr. TURRA Prodromus florum Italicae. Vicentiae 1780. in 8.<sup>o</sup>*  
 VAILL. *paris. Sebastiani VAILLANT Botanicon parisiense. Lugd. Bat. 1727. in fol.*  
 VILL. *prosp. VILLARS Prospectus de l'histoire des plantes du Dauphiné. Grenoble 1779. in 8.<sup>o</sup>*  
 VIRID. *Fl. Viridarium Florentinum. Florentiae 1751. in 8.<sup>o</sup>*  
 WACH. *ultraj. WACHENDORFII Hortus Ultrajectinus. Ultrajecti 1747. in 8.<sup>o</sup>*  
 WALTH. *hort. Friderici WALTHERI Designatio plantarum Horti sui Lipsiae 1731. in 8.<sup>o</sup>*  
 WEB. *spicil. Georgii WEBER. Spicilegium Florae Goettingensis. Gothae 1778. in 8.<sup>o</sup>*  
 VILL. *Disput. Christiani Ludovici VILLIG De plantis quibusdam observationes. Gottingae 1762.*  
*in 8.<sup>o</sup>*  
 ZANON. *ZANONI Giacomo Istoria botanica. Bologna 1675. in fol.*  
 ZINN *hort. ZINN Catalogus horti Gottingensis. Gottingae 1757. in 8.<sup>o</sup>*



# SYNOPSIS CLASSIUM, ET GENERUM.

## CLASSIS I.

### PLANTÆ FLORE MONOPETALO SIMPLICI.

#### I. GYMNOMONOSPERMÆ.

T. I. p. 1. Valeriana (t. 70. f. 1.)

#### II. GYMNODISPERMÆ.

##### A. FLORE PLANO.

4. Galium (t. 1. f. 47., t. 77. f. 1. 2. 4., t. 79. f. 4)  
10. Valantia  
10. Rubia

##### B. FLORE INFUNDIBULIFORMI.

10. Crucianella  
11. Sherardia  
11. Asperula (t. 1. f. 48., t. 77. f. 3.)

#### III. GYMNOTETRASPORMÆ.

##### A. DISTEMONES.

12. Salvia (t. 1. f. 45)  
15. Rosmarinus  
16. Lycopus

##### B. TETRASTEMONES.

###### 1. galea plana.

###### a. parum fissa.

16. Melittis  
17. Mentha (t. 37. f. 3., t. 75. f. 2.)  
19. Thymus (t. 1. f. 49., t. 37. f. 3.)  
21. Origanum  
22. Hyssopus  
22. Satureja  
24. Thymbra

###### b. profunde secta.

24. Lavandula  
25. Glechoma  
26. Sideritis  
27. Marrubium

###### 2. Galea concava.

27. Lamium (t. 1. f. 50.)  
29. Galeopsis  
30. Stachys (t. 2. f. 3., t. 84. f. 1.)  
32. Dracocephalum  
32. Leonurus  
33. Phlomis  
33. Molucella (t. 2. f. 2.)  
34. Prunella  
35. Ballota  
35. Betonica  
36. Nepeta (t. 2. f. 1.)  
37. Melissa  
39. Clinopodium  
39. Scutellaria (t. 26. f. 3., t. 84. f. 2.)

###### 3. Galea nulla, s. flore unilabiato.

41. Teucrium (t. 1. f. 52.)

45. Bugula

4. Galea nulla, s. flore semiquinquefido:

46. Verbena

#### C. PENTASTEMONES

##### 1. Squamulis in fauce.

47. Symphytum  
47. Buglossum  
48. Borago  
49. Lycopsis  
49. Cynoglossum  
50. Asperugo

##### 2. Fauce nuda.

50. Pulmonaria (t. 1. f. 55.)  
51. Cerinthe  
51. Onosma  
52. Echium  
52. Lithospermum  
53. Heliotropium  
54. Myosotis

#### IV. ANGIOSPERMÆ RINGENTES.

##### A. MONANGIÆ.

55. Orobanche  
55. Lathraea  
56. Utricularia  
56. Pinguicula  
57. Tozzia  
57. Lindernia  
57. Coris

##### B. DIANGIÆ.

###### 1. Calyce non quinquefido.

58. Alectorolophus  
58. Melampyrum  
59. Euphrasia  
61. Bartsia  
61. Bellardia

###### 2. Calyce quinquefido:

62. Pedicularis (t. 1. f. 53. t. 3. f. 1. 2., t. 4. f. 1, 2.)  
64. Antirrhinum (t. 1. f. 54.)  
68. Scrophularia  
70. Digitalis  
71. Gratiola  
72. Erinus

#### V. ANGIOSPERMÆ NON RINGENTES.

##### A. 1-4STEMONES.

###### 1. Corolla quadri vel quinquefida.

73. Veronica (t. 1. f. 46., t. 22. f. 1. 3., t. 46. f. 5)  
79. Montia  
80. Sanguisorba  
80. Plantago (t. 85. f. 3.)  
83. Centunculus  
83. Lilac  
83. Cuscuta

\* Botanicis ignarus primum legat explicationem iconum tertio volumini praepositam: in ejusdem usum generibus adjiciuntur citationes aliquot iconum, quae ad quodlibet genus pertinent.



## 2. Corolla sexfida.

84. Crocus  
85. Gladiolus  
85. Iris

## B. PENTASTEMONES

## 1. Monangiae.

86. Plumbago  
87. Anagallis (*t. 85. f. 4.*)  
88. Cressa  
88. Menyanthes  
89. Samolus  
89. Soldanella  
89. Cyclamen  
90. Androsace (*t. 5. f. 2. l. 46. f. 1.*)  
91. Primula (*t. 1. f. 57., t. 5. f. 1., t. 39. f. 3.*)  
93. Cortusa (*t. 1. f. 56., t. 5. f. 3.*)  
94. Lysimachia  
95. Hottonia  
95. Gentiana

## 2. Polyangiae.

101. Nerium  
101. Pervinca  
102. Asclepias  
102. Cynanchum  
103. Stramonium  
103. Hyoscyamus  
104. Verbascum (*t. 1. f. 58.*)  
106. Convolvulus  
108. Campanula (*t. 1. f. 59., t. 6. f. 1., t. 7. f. 1.*)  
115. Pyteuma (*t. 7. f. 3., t. 39. f. 2.*)  
116. Jasione  
117. Azalea

## C. HEXASTEMONES.

117. Colchicum (*t. 74. f. 2.*)  
118. Agave  
118. Hyacinthus

## D. OCTOSTEMONES

119. Erica

## E. DECASTEMONES.

120. Rhododendrum  
120. Cotyledon

## VI. FRUCTU PULPOSO.

## A. DISTEMONES.

121. Jasminum  
121. Olea  
121. Phillyrea  
122. Ligustrum

## B. TRISTEMONES.

122. Momordica  
123. Bryonia

## C. TETRASTEMONES.

123. Ilex  
124. Unifolium  
124. Vitex

## D. PENTASTEMONES.

124. Atropa  
125. Solanum  
126. Physalis  
127. Lycium  
127. Lonicera  
129. Sambucus

130. Viburnum

## E. HEXASTEMONES.

130. Polygonatum (*t. 1. f. 60.*)  
Aristolochia V. T. II. p. 362.

## F. OCTOSTEMONES.

131. Thymaelaea  
133. Diospyros  
133. Vaccinium  
134. Moschatellina

## G. DECASTEMONES.

135. Arbutus

## H. POLYSTEMONES.

136. Styrax  
136. Poterium

## CLASSIS II.

PLANTÆ FLORE MONOPETALO  
COMPOSITO.

## I. ANTHERIS DISJUNCTIS.

137. Dipsacus  
138. Scabiosa (*t. 1. f. 61., t. 25. 48., f. 2. t. 26. f. 1.*)  
141. Globularia  
142. Ambrosia  
142. Xanthium

## II. ANTHERIS COALITIS.

## A. CAPITATÆ.

143. Echinopus  
144. Onopordum (*t. 38. f. 1.*)  
144. Lappa  
145. Carduus (*t. 1. f. 63., t. 35. 73.*)  
148. Cirsium (*t. 12. 13. 34.*)  
153. Acarna  
154. Carthamus  
154. Carduncellus  
154. Atractylis  
155. Cnicus (*t. 50.*)  
155. Carlina (*t. 51.*)  
157. Centaurea (*t. 1. f. 64., t. 49. f. 1. t. 74. f. 1.*)

## B. DISCOIDÆ.

## 1. Semine non papposo.

163. Carpesium  
164. Tanacetum  
164. Santolina  
165. Anacyclus  
165. Artemisia (*t. 10. f. 3., t. 8. f. 2. 3.*)  
170. Micropus  
171. Filago

## 2. Semine pappis coronato.

171. Gnaphalium  
174. Staehelina  
174. Chrysocoma (*t. 1. f. 62., t. 11. f. 2.*)  
175. Fupatorium  
175. Conyza  
176. Tussilago  
177. Cacalia  
178. Xeranthemum

## 3. Semine aristis coronato.

178. Bidens



C. RADIATÆ.

1. Semine non papposo.

a Placenta paleacea.

- 179. Coreopsis
- 179. Buphtalmum
- 180. Achillea (t. 9. f. 2. 3., t. 53. f. 1. 2.)
- 184. Chamaemelum

b Placenta non paleacea.

- 188. Calendula
- 189. Chrysanthemum (t. 11. f. 1., t. 37. f. 1. 2.)
- 191. Matricaria
- 193. Bellis

2. Semine pappis coronato.

- 193. Aster (t. 69. f. 2.)
- 198. Erigeron
- 199. Senecio (t. 17. f. 3., t. 38. f. 3.)
- 203. Cineraria (t. 38. f. 2.)
- 203. Solidago
- 204. Arnica (t. 17. f. 1. 2.)
- 205. Doronicum

D. PLANIPETALÆ.

1. Semine non papposo.

a Placenta nuda.

- 206. Lapsana
- 207. Cichorium
- 208. Swertia

b Placenta paleacea.

- 207. Catananche
- 207. Scolymus

2. Semine papposo.

a Placenta nuda.

- 208. Leontodon (t. 32. f. 2.)
- 210. Picris (t. 14. f. 4., t. 31. f. 1., t. 70. f. 3.)
- 212. Hieracium (t. 14. f. 1. 2., t. 31. f. 3.)
- 219. Crepis (t. 30. f. 1., t. 75. f. 1.)
- 222. Sonchus (t. 16. f. 1. 2.)
- 223. Lactuca (t. 52. f. 1.)
- 225. Chondrilla
- 225. Prenanthes (t. 33. f. 2., t. 52. f. 2.)
- 226. Rhagadiolus
- 227. Scorzonera
- 228. Tragopogon

b Placenta squamis distincta.

- 229. Geropogon
- 229. Hypochoeris (t. 14. f. 3., t. 32. f. 1.)
- 230. Seriola (t. 29. f. 1.)

c Placenta villosa.

- 231. Andryala

CLASSIS III.

PLANTÆ FLORE DIPETALO,  
ET TRIPETALO.

- 233. Circaea
- 233. Callitriche
- 234. Cneorum
- 234. Alisma
- 235. Hydrocharis
- 235. Sagittaria

- 235. Triglochin
- 236. Empetrum  
Chamaerops V. II. p. 336.

CLASSIS IV.

PLANTÆ FLORE TETRAPETALO  
CRUCIFORMI.

I. TETRASTEMOMES.

- 237. Bufonia
- 237. Sagina
- 238. Epimedium
- 238. Trapa
- 238. Cornus
- 239. Potamogeton

II. HEXASTEMONES.

A. SILICULOSÆ.

- 241. Alyssum (t. 1. f. 67., t. 18. f. 2.)
- 243. Draba (t. 8. f. 1.)
- 245. Lunaria (t. 54. f. 1. 3., t. 86. f. 1.)
- 246. Fosselinia
- 246. Clypeola
- 247. Biscutella
- 248. Boadschia
- 248. Thlaspi (t. 1. f. 68.)
- 250. Iberis (t. 40. f. 3., t. 54. f. 2.)
- 252. Lepidium (t. 55. f. 2.)
- 253. Cochlearia
- 256. Coronopus
- 256. Crambe
- 257. Myagrum
- 257. Bunias
- 257. Rapistrum (t. 78.)

B. SILIQUOSÆ.

- 258. Isatis (t. 86. f. 2.)
- 259. Dentaria
- 260. Cardamine (t. 1. f. 69., t. 18. f. 3., t. 57. f. 1. 2.)
- 262. Sinapis (t. 55. f. 1., t. 76. f. 2.)
- 265. Brassica (t. 87.)
- 268. Arabis
- 269. Turritis (t. 40. f. 1. 2.)
- 270. Hesperis (t. 82. f. 1.)
- 271. Cheiranthus (t. 20. f. 2., t. 58. f. 2.)
- 273. Erysimum
- 274. Sisymbrium (t. 57. f. 3.)
- 278. Brachiolobos (t. 18. f. 1., t. 56. f. 2.)

III. OCTOSTEMONES.

- 278. Onagra
- 279. Epilobium (t. 1. f. 70.)
- 280. Monotropa
- 280. Ruta
- 281. Paris
- 281. Moehringia
- 282. Elatine
- 282. Myriophyllum

IV. POLYSTEMONES.

A. MONOSTYLÆ.

- 283. Euphorbia (t. 69. f. 1., t. 83. f. 2.)
- 290. Chelidonium
- 290. Glaucium
- 291. Papaver
- 293. Capparis
- 294. Actaea



## B. POLYSTYLÆ.

294. Philadelphus  
295. Tormentilla  
295. Thalictrum  
296. Clematis  
297. Atragene

## CLASSIS V.

PLANTÆ FLORE TETRA-AUT  
PENTAPETALO PAPILIONACEO.

## I. TETRAPETALÆ.

## A. HEXANTHERÆ.

299. Fumaria

## B. OCTANTHERÆ.

300. Polygala

## C. DECANTHERÆ.

## 1. Uniloculares.

302. Trifolium (*t. 42. f. 2. t. 59. f. 3.*)  
308. Melilotus  
309. Lotus (*t. 20. f. 1., t. 59. f. 1.*)  
311. Dorychnium  
312. Anthyllis  
313. Buceras  
314. Medicago  
316. Ononis (*t. 10. f. 2., t. 20. f. 3.*)  
319. Cytisus  
321. Genista  
322. Hedysarum  
323. Onobrychis (*t. 19. f. 1.*)  
324. Vicia (*t. 26. f. 2. t. 42. f. 1.*)  
327. Ervum  
328. Orobus  
329. Lathyrus  
332. Pisum  
332. Cicer  
332. Lupinus  
333. Colutea  
333. Galega  
334. Robinia  
334. Coronilla  
336. Ornithopodium  
336. Scorpiurus  
337. Hippocrepis  
337. Phaca  
339. Spartium  
339. Psoralea (*t. 1. f. 72.*)  
340. Cercis  
340. Anagyris

## 2. Biloculares.

340. Astragalus (*t. 1. f. 71., t. 41. f. 2., t. 80. f. 1.*)  
344. Biserrula

## CLASSIS VI

## UMBELLIFERÆ.

## I. UMBELLIS SIMPLICIBUS.

## T. II. p. 1. Astrantia

1. Sanicula  
2. Eryngium  
3. Hydrocotyle  
3. Echinophora

## II. UMBELLIS COMPOSITIS.

## A. MARGINATÆ.

## 1. Ala marginali, non membranacea.

3. Tordylium (*t. 1. f. 73. i*)  
4. Pastinaca  
4. Heracleum (*t. 1. f. 73. h*)  
5. Ferula  
5. Peucedanum

2. Ala marginali, membranacea,  
& pellucida.

6. Anethum  
7. Selinum (*t. 1. f. 73. g*)  
9. Thapsia  
3. Ala marginali, & dorsali.  
9. Angelica  
11. Laserpitium (*t. 1. f. 73. f*)  
12. Siler

## B. NON MARGINATÆ.

## 1. Costis subalatis.

12. Ligusticum (*t. 1. f. 73., t. 43., t. 60. f. 1. 2.*)  
15. Conium

## 2. Costis, sive striis nudis.

## a. fructu subrotundo.

16. Coriandrum  
17. Phellandrium  
17. Pimpinella  
18. Æthusa  
19. Apium  
19. Ammi  
19. Seseli (*t. 1. f. 73. d*)  
20. Oenanthe  
21. Smyrnum (*t. 72.*)

## b. fructu oblongo.

22. Bupleurum  
25. Foeniculum  
25. Carum  
26. Bunium  
26. Sison.  
26. Ægopodium  
27. Crithmum

## c. fructu longo subcylindrico.

27. Sium (*t. 1. f. 73. n.*)  
28. Myrrhis (*t. 1. f. 73. o.*)  
30. Libanotis (*t. 1. f. 73. m., t. 62.*)

## 3. Costis tectis, villo, aut setis.

30. Daucus (*t. 61. f. 1.*)  
32. Caucalis (*t. 1. f. 73. l.*)

4. Seminibus laevibus, sive non  
striatis.

33. Chaerophyllum  
34. Danaa (*t. 63.*)



## CLASSIS VII.

PLANTÆ FLORE PENTAPETALO,  
NEC GYMNODISPERMÆ.

## I. STAMINIBUS CONNEXIS.

35. Geranium  
39. Sida  
40. Hibiscus  
40. Malva (*t. 1. f. 79.*)  
42. Alcea.  
42. Lavatera  
43. Althaea

II. STAMINIBUS PARTIM CONNEXIS,  
SIVE POLYADELPHIA.

44. Hypericum (*t. 1. f. 78., t. 83. f. 1.*)  
47. Androsaemum  
47. Croton

## III. STAMINIBUS OMNIBUS LIBERIS.

## A. GYMNOSPERMÆ.

47. Ranunculus (*t. 1. f. 77., t. 67. f. 1. 3.,  
t. 76. f. 1.*)  
54. Corrigiola  
54. Potentilla (*t. 1. f. 76., t. 24. f. 1. 2., t. 71.  
f. 1.*)  
59. Sibbaldia  
59. Fragaria  
60. Comarum  
60. Caryophyllata

## B. ANGIOSPERMÆ.

## 1. Calyce nullo.

61. Aconitum  
63. Delphinium (*t. 1. f. 80., t. 25. f. 3.*)  
64. Aquilegia (*t. 66.*)  
65. Nigella  
65. Helleborus  
67. Caltha

## 2. Calyce monophyllo.

61. Saxifraga (*t. 1. f. 74., t. 21. f. 1. 2. 3. 4.  
t. 61. f. 2.*)  
74. Agrimonia  
74. Dianthus  
77. Saponaria (*t. 23. f. 1.*)  
78. Gypsophila  
79. Velezia  
79. Silene (*t. 1. f. 75., t. 23. f. 2. 3., t. 44.  
f. 2.*)  
84. Cucubalus  
85. Lychnis  
86. Agrostemma  
87. Tamariscus  
87. Aldrovanda  
88. Rorella  
88. Oxys  
89. Statice  
90. Frankenia  
90. Pyrola  
91. Reseda (*t. 88. f. 3.*)  
92. Spiraea  
93. Tribulus  
93. Staphylaea  
94. Tilia  
94. Acer

95. Fraxinus  
96. Evonymus

## 3. Calyce polyphyllo.

96. Parnassia  
97. Viola (*t. 1. f. 82., t. 9. f. 4., t. 22. f. 6.,  
t. 24. f. 3.*)  
100. Impatiens  
101. Harmala  
101. Cistus (*t. 45. f. 1. 2. 3. 4.*)  
106. Portulaca  
106. Dictamnus  
107. Paeonia  
107. Garidella  
107. Telephium  
108. Linum  
110. Alsine  
110. Holosteum  
111. Polycarpon  
111. Arenaria (*t. 10. f. 1., t. 44. f. 1.*)  
115. Stellaria  
116. Cerastium (*t. 88. f. 4.*)  
118. Spargula  
119. Chierleria  
119. Sedum (*t. 22. f. 2., t. 65. f. 2. 4. 5. 6.*)  
123. Crassula  
123. Rhodiola

## C. FRUCTU PULOSO.

## 1. Hypocarpiae.

124. Coriaria  
124. Vitis  
129. Hedera  
129. Rhamnus  
132. Phytolacca  
132. Rubus  
133. Rhus  
133. Melia  
134. Prunus  
136. Amygdalus

## 2. Epicarpiae.

136. Ribes  
137. Myrtus  
138. Rosa  
140. Punica  
141. Mespilus  
143. Pyrus

## CLASSIS VIII.

## PLANTÆ FLORE HEXAPETALO.

## 1. Diantherae.

145. Orchis (*t. 1. f. 82.*)  
151. Cypripedium  
151. Epipactis

## II. HEXASTEMONES.

## A. EPICARPIÆ.

153. Hemerocallis  
153. Amaryllis  
154. Pancratium  
154. Narcissus  
155. Galanthus





## B. HYPOCARPIÆ.

155. Allium (*t. 1. f. 83., t. 25. f. 1.*)  
 159. Liliū  
 160. Frittilaria  
 161. Uvularia  
 161. Erythronium  
 161. Tulipā  
 161. Asphodelus  
 162. Scilla  
 163. Ornithogalum  
 164. Anthericum  
 165. Narthecium  
 165. Aphyllanthes  
 166. Veratrum  
 166. Berberis  
 166. Asparagus  
 167. Peplis

## III. POLYSTEMONES.

167. Butomus  
 167. Lythrum

## CLASSIS IX.

## PLANTÆ FLORE POLYPETALO.

169. Dryas  
 169. Adonis  
 170. Trollius  
 170. Anemone (*t. 1. f. 84., t. 67. f. 2.*)  
 173. Cactus  
 173. Nymphaea  
 174. Sempervivum (*t. 65. f. 1.*)

## CLASSIS X.

PLANTÆ APETALÆ, EXCEPTIS  
GRAMINIBUS.

## I. FILAMENTIS COALITIS.

177. Ephedra  
 177. Pinus  
 180. Juniperus  
 182. Taxus

## II. FILAMENTIS DISTINCTIS.

## A. JULIFERÆ.

183. Salix  
 186. Betula  
 187. Populus  
 188. Carpinus  
 188. Corylus  
 188. Quercus  
 190. Fagus  
 191. Humulus  
 191. Pistacia

## B. NON JULIFERÆ.

## 1. Gymnomonospermae.

192. Hippuris  
 192. Salicornia  
 192. Polychnenum  
 192. Thesium  
 193. Stellera  
 193. Scleranthus  
 194. Alchemilla

194. Aphanes  
 195. Beta  
 195. Chenopodium (*t. 38. f. 4.*)  
 198. Atriplex  
 199. Urtica  
 200. Parietaria  
 201. Rumex  
 205. Polygonum (*t. 68. f. 1. 2., t. 90. f. 2.*)

## 2. Angiospermae.

## a floribus hermaphroditis.

209. Herniaria  
 210. Illecebrum  
 210. Ortega  
 210. Camphorosma  
 211. Glaux  
 211. Salsola  
 211. Isnardia  
 212. Chrysosplenium  
 212. Ulmus  
 213. Asarum  
 214. Cytinus  
 214. Juncus  
 217. Acorus

## b floribus sexu distinctis.

218. Theligonum  
 218. Amaranthus  
 218. Mercurialis  
 219. Ceratonia  
 220. Buxus  
 220. Lemna  
 221. Chara  
 221. Najas  
 222. Ceratophyllum  
 222. Zannichellia  
 222. Ruppia  
 222. Zostera

## 3. Fructu pulposo.

223. Blitum  
 223. Ficus  
 224. Smilax  
 224. Tamus  
 224. Ruscus  
 225. Osyris  
 226. Hippophae  
 226. Elaeagnus  
 226. Celtis  
 226. Viscum  
 227. Laurus  
 228. Arum

## CLASSIS XI.

## I. GRAMINA LEGITIMA.

## A. FLORIBUS HERMAPHRODITIS.

## 1. Diantherae.

231. Anthoxanthum

## 2. Triantherae.

## a. Locusta uniflora, &amp; calyce nullo.

231. Nardus  
 232. Homalocenchrus



## CLASSIS XII.

PLANTÆ FLORE OBSCURO, AUT INCONSPICUO  
SIVE CRYPTOGAMIA LINN.

## FILICES

281. Equisetum  
282. Ophioglossum  
282. Osmunda  
283. Struthiopteris  
283. Pteris  
284. Asplenium  
285. Polypodium  
288. Acrosticum  
288. Adiantum  
289. Marsilea  
289. Salvinia  
280. Pilularia

## MUSCI

290. Lycopodium  
291. Sphagnum  
292. Phascum  
292. Buxbaumia  
292. Polytrichum  
293. Mnium  
297. Bryum  
302. Hypnum  
309. Fontinalis  
310. Splachnum

## ALGÆ

310. Marchantia  
311. Targionia  
311. Jungermannia  
314. Blasia  
314. Riccia  
314. Anthoceros  
315. Lichen  
327. Tremella  
328. Fucus  
333. Ulva  
334. Conferva  
336. Byssus

## FUNGI

337. Agaricus  
351. Boletus  
353. Hydnum  
344. Phallus  
355. Clathrus  
355. Elvela  
357. Clavaria  
358. Peziza  
358. Lycoperdon  
360. Mucor

b. *Locusta uniflora*, & calyce biglumi.

232. Phleum  
233. Phalaris  
234. Alopecurus  
235. Miliun  
236. Agrostis  
238. Rottbolla  
238. Digitaria  
239. Stipa  
239. Lagurus

c. *Locusta uniflora*, & calyce triglumi.

240. Panicum

d. *Locusta multiflora*, & calyce communi  
monophyllo.

241. Tragus  
241. Cynosurus  
242. Lolium

e. *Locusta multiflora*, & calyce biglumi,  
aut etiam multiglumi.

242. Aira  
244. Poa (t. 91. f. 1. 2.)  
247. Briza  
248. Sesleria  
249. Bromus  
252. Festuca  
254. Melica  
255. Avena  
256. Arundo  
257. Triticum  
258. Elymus  
259. Hordeum (t. 91. f. 3.)

## B. FLORIBUS SEXU DISTINCTIS.

260. Andropogon (t. 91. f. 4.)  
261. Holcus  
262. Aegilops  
263. Cenchrus

## II. GRAMINA SPURIA.

A. FLORIBUS MASCULIS, ET FEMINEIS  
DISTINCTIS.

263. Coix  
263. Carex (t. 89. f. 4. 5., t. 92. f. 1. 2. 3. 4. 5.)  
273. Typha  
273. Sparganium

B. FLORIBUS OMNIBUS PERFECTIS  
HERMAPHRODITIS.

274. Cyperus  
275. Scirpus  
278. Schoenus  
279. Eriophorum



CLASSIS XII.  
PLANTAE FLORAE ORCHIDACEAE ET MIMULACEAE  
SIVE CRYPTOGAMIA LAM.

PLICES

- 271. *Podocarpus*
- 272. *Colobosporium*
- 273. *Clavaria*
- 274. *Chaetochytrium*
- 275. *Phoma*
- 276. *Phoma*
- 277. *Phoma*
- 278. *Phoma*
- 279. *Phoma*
- 280. *Phoma*
- 281. *Phoma*
- 282. *Phoma*
- 283. *Phoma*
- 284. *Phoma*
- 285. *Phoma*
- 286. *Phoma*
- 287. *Phoma*
- 288. *Phoma*
- 289. *Phoma*
- 290. *Phoma*

MUSCI

- 291. *Phragmites*
- 292. *Phragmites*
- 293. *Phragmites*
- 294. *Phragmites*
- 295. *Phragmites*
- 296. *Phragmites*
- 297. *Phragmites*
- 298. *Phragmites*
- 299. *Phragmites*
- 300. *Phragmites*
- 301. *Phragmites*
- 302. *Phragmites*
- 303. *Phragmites*
- 304. *Phragmites*
- 305. *Phragmites*
- 306. *Phragmites*
- 307. *Phragmites*
- 308. *Phragmites*
- 309. *Phragmites*
- 310. *Phragmites*

ALGAE

- 311. *Phragmites*
- 312. *Phragmites*
- 313. *Phragmites*
- 314. *Phragmites*
- 315. *Phragmites*
- 316. *Phragmites*
- 317. *Phragmites*
- 318. *Phragmites*
- 319. *Phragmites*
- 320. *Phragmites*
- 321. *Phragmites*
- 322. *Phragmites*
- 323. *Phragmites*
- 324. *Phragmites*
- 325. *Phragmites*
- 326. *Phragmites*
- 327. *Phragmites*
- 328. *Phragmites*
- 329. *Phragmites*
- 330. *Phragmites*

FUNGI

- 331. *Phragmites*
- 332. *Phragmites*
- 333. *Phragmites*
- 334. *Phragmites*
- 335. *Phragmites*
- 336. *Phragmites*
- 337. *Phragmites*
- 338. *Phragmites*
- 339. *Phragmites*
- 340. *Phragmites*
- 341. *Phragmites*
- 342. *Phragmites*
- 343. *Phragmites*
- 344. *Phragmites*
- 345. *Phragmites*
- 346. *Phragmites*
- 347. *Phragmites*
- 348. *Phragmites*
- 349. *Phragmites*
- 350. *Phragmites*

b. *Phragmites*

- 351. *Phragmites*
- 352. *Phragmites*
- 353. *Phragmites*
- 354. *Phragmites*
- 355. *Phragmites*
- 356. *Phragmites*
- 357. *Phragmites*
- 358. *Phragmites*
- 359. *Phragmites*
- 360. *Phragmites*

c. *Phragmites*

- 361. *Phragmites*

d. *Phragmites*

- 362. *Phragmites*
- 363. *Phragmites*
- 364. *Phragmites*

e. *Phragmites*

- 365. *Phragmites*
- 366. *Phragmites*
- 367. *Phragmites*
- 368. *Phragmites*
- 369. *Phragmites*
- 370. *Phragmites*
- 371. *Phragmites*
- 372. *Phragmites*
- 373. *Phragmites*
- 374. *Phragmites*
- 375. *Phragmites*
- 376. *Phragmites*
- 377. *Phragmites*
- 378. *Phragmites*
- 379. *Phragmites*
- 380. *Phragmites*

f. *Phragmites*

- 381. *Phragmites*
- 382. *Phragmites*
- 383. *Phragmites*
- 384. *Phragmites*

g. *Phragmites*

A. *Phragmites* MASCULI ET FEMINEI  
DISTINCTI

- 385. *Phragmites*
- 386. *Phragmites*
- 387. *Phragmites*
- 388. *Phragmites*
- 389. *Phragmites*
- 390. *Phragmites*
- 391. *Phragmites*
- 392. *Phragmites*
- 393. *Phragmites*
- 394. *Phragmites*
- 395. *Phragmites*
- 396. *Phragmites*
- 397. *Phragmites*
- 398. *Phragmites*
- 399. *Phragmites*
- 400. *Phragmites*



# CLASSIS I.

## PLANTÆ FLORE MONOPETALO SIMPLICI

### I. GYMNOMONOSPERMÆ

VALERIANA LINN. *gen. n.* 43. *Syst. n.* 44. TOURNEF. *Tab.* 52.

Epicarpia. Corolla monopetala quinquefida; Stamina pauciora quam segmenta floris.

- V**ALERIANA rubra.
1. *ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 69.*  
*Valeriana floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis.* LINN. *spec. p.* 44.  
*Valeriana foliis glaberrimis, floribus calcaratis.* HALL. *hist. Tom. 1. n.* 213.  
GERARD. *Flor. Galloprov. p.* 216. *n.* 1.  
*Ocymastrum valeriantum, & Valeriana rubra.* LOB. *ic. p.* 341.  
*Valeriana marina latifolia.* MORIS. *umb. p.* 5. *tab. XI.*  
*Valeriana rubra latifolia.* BAUH. *hist. III. 211.*  
*Loc.* Frequens est ad muros in vinetis agri *Nicaeensis.* TERRANEUS in maceriis *Ligurum* observavit. Ignatius MOLINERI etiam ad muros circa *Bobbio.* Cl. BELLARDI copiose nasci observavit circa *Sospello,* ubi appellatur *Cornaccia.* PERENNIS.  
*Obs.* Cum sequenti confundit Cl. LINNÆUS; licet floribus convenient, distinctissimae plantae sunt. Huic folia sunt magna ovato-lanceolata, alteri linearia angustissima. Cultura easdem non mutat.
2. VALERIANA angustifolia N.
- ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 70.*  
*Valeriana foliis integris longissimis, & angustissimis, flore calcare donato.* HALL. *Helv. 665.*  
*Valeriana rubra angustifolia.* BAUH. *hist. III. 211.* BAUH. *prodr. p.* 88.  
*Loc.* TERRANEUS in maceriis *Ligurum,* ubi vocatur *Corinella.* EGO copiosam legi circa thermas *Vinadii,* & pagum *la Saussa* in saxosis. Frequens est in valle *Maurianensi,* praesertim circa *S. André,* & *S. Michel,* & in valle *Macrae,* & *Sturae.* Cl. BELLARDI circa *Moutiers.* Bartholomaeus CACCIA in valle *Ulciensi* nasci adnotavit. Prope *Nantuam* in *Sabaudia* Johannes BAUHINUS. Incolit vero loca lapidosa, & meridiano sole percussa. PERENNIS.
3. VALERIANA calcitrapa.
- ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 3.*  
*Valeriana monostemon foliis imis integris, superioribus pinnatis.* HALL. *Gott. 349.*  
*Valeriana floribus monandris, foliis pinnatifidis.* LINN. *spec. p.* 44.  
*Valeriana foliis calcitrapae.* BAUH. *pin. 164.*  
*Valeriana annua, sive aestiva.* CLUS. *hist. p. LIV.*  
*Loc.* In umbrosis agri *Nicaeensis.* ANNUA.
4. VALERIANA dioica.
- ICON. TAUR. Vol. I. tab. 45. & Vol. XVIII. tab. 59.*



CLASSIS I. PLANTÆ

*Valeriana foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis pinnatis, sexu distincta.* HALL. hist. Tom. 1. n. 208.

*Valeriana floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis.* LINN. spec. p. 44.

*Valeriana floribus triandris, foliis inferioribus integris, aliis pinnatifidis.* GERARD. p. 218. n. 7.

*Valeriana floribus triandris dioicis, foliis radicalibus ovatis, caulinis pinnatis.* HUDS. p. 12. n. 2.

*Valeriana palustris minor.* BAUH. pin. 165. mas.

*Valeriana minor pratensis, seu aquatica.* BAUH. hist. III. 211.

*Valeriana palustris inodora parum laciniata.* BAUH. prodr. 86. foemina.

*Valeriana flore exiguo.* RIV. mon. T. 2.

*Phu minimo.* MATTH.

*Loc.* In subalpinis, & montanis ad humidam convalles frequens est, atque etiam occurrit in spongiosis irriguis collium *Taurinensium*, atque agri *Pedemontani*.  
*PERENNIS.*

5. VALERIANA officinalis.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 42.*

*Valeriana floribus triandris, foliis omnibus pinnatis.* LINN. spec. p. 45.

*Valeriana foliis pinnatis, pinnis dentatis.* HALL. hist. 1. n. 210.

*Valeriana sylvestris I.* CLUS. hist. p. LX.

*Phu COL. phytob. 114.*

*Valeriana sylvestris major.* BAUH. pin. 164. GARID. Aix. t. 95.

*Valeriana sylvestris magna aquatica.* BAUH. hist. III. p. 210.

*Phu minore* MATTH.

*OFF.* Valerianae radix.

*Loc.* Frequens ad oras sylvarum, & in sylvis caeduis, neque deest in pratis montanis, quae sylvis proxima sunt. *PERENNIS.*

*VIRT.* Aromatico tenui resinoso principio praedita radix menses ciet efficaciter. Antiepileptica quoque habetur, quam virtutem detexit *Fabius COLUMNA*. Virginem epilepticam chlorosi laborantem hoc solo remedio curatam vidi. Virum, cui ex apoplexia alterius brachii resolutio, & visus magna imbecillitas supererat, longo hujus radice usu pene ex integro convaluisse observavi. Frustra in epilepticis non paucis adhibitam confiteor, & puto utilem hanc praestantem medicinam revera esse ad nervorum robur acuendum, lentosque in cerebro haerentes humores solvendo. In pulverem redactae radice dosis est drachma una ad drachmam unam & semis. Extractum adhibetur a scrupulo uno ad duos. Id unum monendum habeo radicem esse colligendam statim ac folia promit.

6. VALERIANA tripteris.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 44. 46.*

*Valeriana floribus triandris, foliis dentatis, radicalibus cordatis, caulinis ternatis ovato-oblongis.* LINN. syst. 12. p. 72.

*JACQU. Flor. Austr. Tab. 268.*

*Valeriana foliis radicalibus petiolatis cordatis serratis, caulinis tripteris.* HALL. hist. Tom. I. n. 211. It. Helv. n. 7.

*Valeriana alpina altera ( & prima )* BAUH. prodr. p. 88.

*Valeriana alpina.* BAUH. hist. III. p. 208.

*Loc.* In umbrosis montanis, & alpinis e rupium fissuris ubique prodit. *PERENNIS.*

*VIR.* Radices debilius, quam in superiori odoratae similes etiam, sed imbecilliores vires spondent.

7. VALERIANA montana.

*Valeriana floribus triandris, foliis ovato-oblongis subdentatis, caule simplici.* LINN. spec. p. 45.

*JACQU. flor. Austr. tab. 269.*

*Valeriana foliis ovatis acuminatis obiter dentatis.* HALL. hist. tom. I. n. 212.

*Valeriana foliis ovato-lanceolatis obsolete serratis, floribus fasciculatis.* ROY. Leyd. p. 236. n. 12.



*Valeriana foliis omnibus integris ex ovato-acuminatis leviter dentatis.* HALL. *Helv.* 664.

*Valeriana alpina scrophulariae folio.* BAUH. *prodr.* p. 87.

*Loc.* Ex alpibus *Vinadiensibus* habeo. In monte *Cenisio* provenit. CACCIA legit eandem in valle *Ulciensi*. Nascitur quoque in summis alpibus *Bugellensibus*. In saxosis montanis *Pralugnan Cl.* BELLARDI. PERENNIS.

8. VALERIANA celtica.

*ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 49. fig. 1. 2. 3.*

*Valeriana foliis integerrimis, radicalibus ovatis, caulinis linearibus obtusis.* HALL. *hist. Tom. I. n. 209.*

*Valeriana floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis.* LINN. *spec. p. 46.*

*Valeriana floribus triandris, foliis obtusis integerrimis, radicalibus subovatis.* JACQU. *hort. Vindob. p. 202.*

*Valeriana celtica.* TOURN. *inst. 131.*

*Nardus celtica Dioscoridis.* BAUH. *pin. 165.*

*Nardus celtica.* BAUH. *hist. III. 205.*

*Nardus celtica.* LOB. *adv. 132.*

*Nardo celtica.* MATTH.

*OFF.* Spicae celticae radix, flores.

*Loc.* In pascuis alpium editiorum di *Lanzo & Viù*. In monte *Cenisio* versus parvum montem *Cenisium*. LOBELIUS in *Liguriae* alpinis sterilibus non procul a *Savonae* urbe. In alpibus summis *Valdensium* etiam collegi. Nascitur etiam abunde in summis alpibus, quae ad *Locanam* pertinent. Cl. DANA copiose oriri adnotavit in alpibus *Courmajour*, vallis *Augustae Praetoriae*. Cl. BELLARDI in alpibus *Grassonei*. PERENNIS.

*VIR.* Valerianae officinalis usus, & efficacius praestat. Odore suo tineas arcet.

9. VALERIANA salinca N. *Tab. 70. fig. 1.*

*ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 36. & 48.*

*Valeriana salinca.* LUGD. p. 982.

*Loc.* In editis jugis vento perflatis non procul a jugo *Sestrieres*, & supra *Cesana* ad juga *le Collet & les Clavieres*. PERENNIS.

*DESCR.* Radix crassa perennis sublignosa multiceps, sapore acri aromatico. Ad terram rosulae plures foliorum; folia glabra lingulata ovata, aut elliptica firmula. Cauliculi teretes trium, aut quatuor unciarum longitudinem habentes flores sustinent congestos umbellatos. Cauliculi habent saepe unum, aut alterum par foliorum, quae interdum tridentata sunt. Floris color ex albo-purpureus; corolla infundibuli-formis subringens, segmentis floris saepius quinque, interdum quatuor, sed supremo tunc emarginato. Stamina tria cum stylo aequalis longitudinis extra florem se porrigunt; singulos flores excipit bractea lanceolata purpurascens, sive, ut melius dicam, duae bractae conjugatae duos flores solent sustinere brevissime pedunculatos. Tertius aliquando interjacet. Semen oblongum striatum, planum, annulo coronato cum pappo plumoso. Floris odor gratus ad *Heliotropium Mexicanum* accedit. Tota planta Valerianae odorem fortissimum spirat.

*VIR.* Fortissimus odor, quem haec VALERIANAE species undequaque diffundit, maximas omnino vires spondet.

10. VALERIANA tuberosa.

*Valeriana floribus triandris, foliis radicalibus lanceolatis integerrimis, reliquis pinnatifidis.* LINN. *sys. 12. p. 72.*

*Valeriana floribus triandris, foliis inferioribus integris, aliis pinnatifidis.*

GERARD. *flor. Galloprov. p. 218. n. 7.*

*Nardus montana radice olivari.* BAUH. *pin. p. 165.*

*Nardus montana longius radicata.* CAM. *epit. p. 16.*

*Loc.* Habeo lectam in Comitatu *Nicaensi*. Ignatius MOLINERI attulit collectam inter *Garressio*, & *Ormea* loco dicto *la Tana dei Ours*, & supra *Couarasa* in Comitatu *Nicaensi*. Cl. BELLARDI legit in montibus *Segusii*. PERENNIS.



11. VALERIANA saxatilis.  
*Valeriana floribus triandris, foliis subdentatis, radicalibus ovatis, caulinis lineari-lanceolatis.* LINN. spec. p. 46.  
 JACQU. Vindob. p. 204. n. 5. & Flor. Austr. tab. 267.  
 Loc. GIUDICE, collegit in montibus Nicaeensibus. PERENNIS.
12. VALERIANA olitoria.  
*Valeriana foliis oblongis rariter incisus, corona seminis simplici acuminata.* HALL. hist. tom. 1. p. 94. n. 214.  
*Valerianella praecox arvensis humilis, semine compresso.* TOURN. inst. 132.  
*Valeriana campestris inodora major.* BAUH. pin. 165.  
 VERN. Sarzet.  
 Loc. Ubique in arvis primo vere. ANNUA.  
 VIR. In acetariis editur.
13. VALERIANA dentata. N.  
*Valeriana caule dichotomo, foliis oblongis serratis, seminis corona tridentata.* HALL. hist. tom. 1. p. 94.  
*Valerianella annua serotina procerior, semine turgidiore.* MOR. ox. III. 103.  
 Loc. Similibus locis, eundemque usum habet. ANNUA.
14. VALERIANA coronata.  
 ICON, TAUR. vol. I. tab. 48.  
*Valeriana caule dichotomo, foliis pinnatifidis, seminis corona radiatim dentata.* ZINN. Gott. 379.  
*Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu sexdentato.* Hort. Cliff. 16.  
*Valeriana fructu sexdentato.* LINN. syst. 12. p. 44.  
*Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, pedunculis uniformibus, seminibus stellatis.* GERARD p. 219. n. 10.  
*Valerianella semine stellato.* TOURN. inst. 133.  
*Valerianella semine scabiosae stellato hirsuto &c.* COL. ecphr. p. 207. tab. 209.  
 Loc. In arvis Nicaeensibus. ANNUA.

## II. GYMNODISPERMÆ

### A. FLORE PLANO.

GALIUM HALL. hist. 1. p. 314. TOURNEF. Tab. 39.

Corolla quadrifida. Semina rotunda, aut parum oblonga.

\* Fructu glabro.

15. GALIUM palustre.  
*Galium foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffusis.* LIN. spec. p. 153.  
*Galium caule radicato diffuso, foliis ovatis obtusis quaternis.* HALL. hist. tom. 1. n. 719.  
*Galium palustre album.* BAUH. pin. 335.  
 Loc. Nicaeae, in Provincia Eporediensi, atque etiam in agro Taurinensi provenit secus fossas, & humida loca. PERENNE.
16. GALIUM uliginosum.  
*Galium foliis senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus.* LINN. spec. p. 153.  
*Galium caule subaspero, foliis quaternis, & senis spinula terminatis.* HALL. helv. 460.  
*Aparine minor palustris Parisiensis flore albo.* TOURN. inst. 114.  
*Galium supinum.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 379.



- Loc. EGO in arenosis secus *Duriam*, & *Padum*. Felix VALLE in pratis secus *Duriam* in Valle *Exilliarum*. GIUDICE in agro *Nicaeensi* ad rivulos; similibusque locis in *Maurianensi* provincia PEYROLERI observavit. PERENNE.
17. GALIUM saxatile.  
*Galium foliis senis obovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente.* LINN. spec. p. 154.  
*Galium foliis senis ellipticis, petiolis brevissimis unifloris.* HALL. hist. 1. n. 718. MISC. TAUR. tom. 5. p. 57. n. 12  
*Galium caule ramosissimo, foliis pluribus obverse ovatis.* ROY. Leyd. p. 257. n. 9.  
*Galium supinum molliore folio.* JUSS.  
 Loc. In monte *Cenisio*, & *la Vanoesa*; copiose in valle *Etroite* supra *Bardonache*, & in editioribus montibus *S. Stephani Nicaeensis* locis frigidis abunde provenit. Locis arenosis alpium *Grassonei* vidit Cl. BELLARDI. PERENNE.
18. GALIUM spurium.  
 ICON. TAUR. vol. XVIII. tab. 9.  
*Galium foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris.* LINN. spec. p. 154.  
*Galium foliis serratis senatis, petiolis divaricatis, seminibus rugosis.* HALL. hist. Tom. 1. n. 724.  
*Galium caulis alis, foliisque ora, & nervo serratis, fructu laevi.* HALL. Gott. 188.  
*Aparine semine minori.* VAILL. Paris. t. 4. f. 4.  
 Loc. Felix VALLE in pratis montis *Colissée*. Cl. BELLARDI in sterilibus arenosis secus utramque *Duriam*. ANNUM.
19. GALIUM purpureum.  
 ICON. TAUR. Vol. I. tab. 108.  
*Galium foliis verticillatis lineari-setaceis, pedunculis capillaribus folio longioribus.* LINN. spec. p. 156.  
*Galium caule erecto ramosissimo, foliis linearibus perangustis, petiolis ramosis confertis.* HALL. hist. Tom. I. n. 721.  
 Loc. Satis frequenter ad oras sylvarum locis apricis, tum etiam in dumetis, & in collinis, montanisque locis; abunde in agro *Nicaeensi*, *Monteferrato*. Circa *Eporediam* copiose nascitur. PERENNE.
20. GALIUM rubrum.  
 ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 2.  
*Galium foliis verticillatis linearibus patulis, pedunculis brevissimis.* LINN. spec. p. 156.  
*Galium rubrum.* BAUH. pin. 335.  
*Galium rubro flore.* CLUS. hist. 2. p. 175.  
 Loc. Non infrequens locis aridis argillaceis collium calidiorum. PERENNE.  
 OBS. Caules quadranguli sublignosi, angulis subalatis. Folia caulina octona linearia, in ramis sena, aut quina; folia saepius erecta. Axillae ramorum florigeræ uno latere unifloræ, pedunculo circa medium binis bracteis suffulto, altera axilla biflora. Flores fusco-rubri. Differt a *Galio purpureo* foliis non ellipticis, neque expansis, & brevitate pedunculorum, ac modo florendi. In *Galio* enim *purpureo* flores sunt terminales, potius paniculati purpurei, non fusco-rubri. Puto hoc pro *purpureo* a non paucis Auctoribus habitum fuisse.
21. GALIUM lucidum. N. Tab. 77. Fig. 2.  
 ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 4.  
*Galium foliis senis rigidis obscure-virentibus, floribus e summo caule prodeuntibus.* ENUM. NIC. 4. MISC. TAUR. Tom. V. p. 57. n. 3.  
 An. *Galium Corrudaefolium* caule erecto, foliis quaternis, senisve rigidis angustissimis. VILL. prosp. p. 20. 2.  
 Loc. Ubique in agro *Nicaeensi* locis siccis. Reperi in apricis saxosis prope *la Perousa*, & inter *Lanzo*, & *Viù*. In collibus *di Montaldo*, *Marantino*, *Arignano* frequens. PERENNE.



*OBS.* Ad radicem utique valde ramosum, sed rami eriguntur plerumque simplices. Caules herbacei virides. Tota planta splendide viret. Folia sena, deinde quina, aut quaterna semiteretia subulata, margine utique scabriusculo, sed vix tactu percipiendo, sursum incurva. Caules acutius quadranguli herbacei. Flos etiam quandoque albus, fructu major. Panicula terminalis. Fructus oblongo-ovati, incurvi, nigri, rugosi.

22. GALIUM cinereum. N. Tab. 77. Fig. 4.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 59.

*Galium caule sublignoso, foliis senis longe ellipticis rigidis serrato-aculeatis, fructibus ovatis laevibus albescentibus.* MISC. TAUR. Tom. V. p. 57.

*Galium caulibus glabris flexuosis filiformibus, foliis senis linearibus, ramulis erectis aphyllis subtrifloris.* VILL. prosp. p. 202.

Loc. In vineis Savorgii, & Sospitelli nascitur. PERENNE.

*OBS.* Elegans est haec Galii species rore glauco obducta, quo deterso lucide viret, non tamen obscuro, atque intenso virore. Caules obscure tetragoni. Folia longe elliptica, in fine ampliora, & alba notabili spina praedita. Rami ad angulum rectum ex caule solent discedere evidenter articulatis internodiis. Panicula ramos, & caulem terminat extremis pedunculis saepe trifloris, uno abortiente. Semina prae reliquis hujus generis magna sordide albescentia glabra, sed ex magna maturitate rugas contrahunt. Non est *Galium glaucum* Linnaei, cujus folia linearia sunt longiora, non patentia, non serrato-aculeata, ut omittam in *glaucum* ramos potius terminari umbella florum, quam panicula.

23. GALIUM tenuifolium. N.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 107.

*Galium foliis senis sub-rigidis, diffuse ramosum, floribus albis e summo caule prodeuntibus.* ENUM. NIC. p. 5. MISC. TAUR. Tom. V. p. 58. n. 15.

*Galium foliis linearibus sulcatis retrorsum scabris, pedicellis capillaribus.* GERARD. p. 226. n. 2.

*Galium Narbonense tenuifolium, flore albo.* TOURN. Cor. 2.

*Galium Gerardi foliis senis, & octonis rigidis, basi cortice secedente emarcido.* VILL. prosp. p. 19.

Loc. In collium Nicaensium dumetis. PERENNE.

*OBS.* Folia radiatim utique exstant, sed vere rigida non sunt mollia, & flexilia, nitida, sed non splendentia linearia leviter serrulata cum spinula, ad ramos saepe octona. Caules acute quadranguli diffuse ramosi, singulis ramis panicula florum terminatis. Rami solent nasci oppositi, quorum unus longior est. Pedunculi biflori, aut etiam triflori. Petala alba magna aristata. Semina leviter rugosa, nec hispida, nec aspera, nigra.

24. GALIUM Boccone N.

*Galium caule anguloso, foliis senis subasperis aristatis.* HALL. hist. Tom. I. n. 715.

*Galium album minimum spanospermon.* BARR. ic. 57. bene.

*Rubeola saxatilis alpina.* BOCC. mus. Tab. 107.

Loc. In apricis saxosis alpium frequens, abunde in monte Cenisio. PERENNE.

25. GALIUM verum.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 103.

*Galium foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus.* LINN. spec. p. 155.

*Galium foliis linearibus perangustis octonis, racemis multifloris spicatis.* HALL. hist. Tom. I. n. 710.

*Galium floribus paniculatis, foliis octonis linearibus sulcatis glabris, caule ancipiti.* SCOP. Flor. Carn. p. 341. n. 3. ed. 2. n. 153.

*Galium luteum.* BAUH. pin. 335.

*Galium luteum.* TOURN. 115. LAM. Flor. Franc. Tom. 3. p. 381.

*Galium verum.* BAUH. hist. 3. 720.

*Galio.* MATTH.



OFF. Galium luteum.

LOC. In pratis, & ad vias. PERENNE.

VIR. Acido scatens lac coagulat, & adstringit. Sunt qui commendant ad epilepsiam, sed ipsa planta tantas vires non promittit, nec hae ab observationibus confirmantur.

26. GALIUM sylvaticum.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 104.

Galium foliis octonis laevibus subtus scabris, floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laevi. LINN. syst. 12. p. 118.

Galium caule tereti, foliis octonis ellipticis. HALL. hist. n. 712.

Rubia sylvestris laevis. BAUH. hist. 3. p. 716.

Galium foliis pluribus lanceolatis, pedunculis in summo caule floriferis. ROY. prodr. 256.

Galium montanum latifolium ramosum. TOURN. inst. 115. MISC. TAUR. Tom. V. p. 57. n. 11.

Loc. In umbrosis sylvis Taurinensibus, & montanis. PERENNE.

27. GALIUM mollugo.

ICON. TAUR. vol. I. tab. 105.

Galium foliis octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. LINN. spec. p. 155.

Galium foliis octonis ellipticis, caule anguloso. HALL. hist. 1. n. 711.

Galium floribus paniculatis, racemis trifidis patulis, foliis octonis subserratis, caule flaccido. SCOP. Flor. Carn. p. 342. n. 5.

Galium album. LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 380.

Mollugo montana angustifolia, vel Galium album latifolium. BAUH. pin. 334.

Galium album. BAUH. hist. 3. 721.

Mollugo vulgatio herbariorum, Galium album quorundam. LOB. ic. 802.

Loc. Nihil ad sepes frequentius. PERENNE.

28. GALIUM aristatum.

Galium foliis octonis lanceolatis laevibus, panicula capillari, petalis aristatis, seminibus glabris. LINN. syst. 12. p. 118.

Rubia laevis linifolia, floribus albis montis virginis. BOCC. mus. 75. BARR. ic. 356. 583.

Galium laevigatum, caule recto tereti, foliis novenis lanceolatis laevibus, paniculae floribus numerosissimis. VILL. prosp. p. 19.

Loc. Pedemontii montium indigenam facit Paulus BOCCONE, qui etiam innuit a Medico Taurinensi Pompejo BERTOLOTTI adhibitam fuisse adversus epilepsiam. Abunde in monte Cenisio. PERENNE.

29. GALIUM glaucum.

ICON. TAUR. vol. XXVI. tab. 91.

Galium foliis octonis obtusis, supremis lanceolatis, floribus in summa planta fasciculatis. HALL. hist. 1. n. 716.

Galium foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, caule laevi. LINN. syst. 12. p. 118.

JACQ. Flor. Austr. p. 51. tab. 81.

GOU. illustr. p. 6.

Galium saxatile glauco folio. BOCC. mus. 2. p. 172. tab. 116.

Rubia montana angustifolia. BAUH. pin. 333. prodr. 145.

Loc. Collium Taurinensium indigena planta est. PERENNE.

DESCR. Caules plures procumbentes, & vix erecti utrinque ramosi, ramis simplicibus fere ad perpendicularum ex majori ramo descendentibus. Internodia articulata, geniculo tumido, & subalbicante. Folia sena, sed ad ramorum ortum etiam septena. Color foliorum glaucus. Folia firma, longe elliptica, margine evidenter serrata. Folia deterso caeruleo rore splendide lucent. Caules duriusculi, & sublignosi. Flores in extremis ramis potius umbellati. Flos campani-formis magnus ultra medium quadrifidus. Antherae luteo-virentes, brevibus filamentis albis innixae. Stigmata lutea.



\*\* Fructu aspero.

## 30. GALIUM boreale.

*Galium foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, seminibus hispidis* LINN. spec. p. 156.

*Galium floribus paniculatis, racemis diphyllis, foliis quaternis trinerviis lanceolatis.* SCOP. Carn. p. 343, n. 8. ed. 2. n. 151.

*Rubia pratensis laevis acuto folio.* BAUH. pr. 145.

*Rubia erecta quadrifolia.* BAUH. hist. 3. 716.

Loc. Circa thermas *Vinadii* in saxosis sylvarum *Thomas PRIM.* in montibus *Plosaschi* *Uerrime supra les Ferreres.* *Felix VALLE* ad locum *le Pertuse*, & prope *le Vallon.* In montibus circa *S. Stefano*, & in *Valle Bardonache* frequens est. *Cl. BELLARDI* supra *Bressan Augustae Praetoriae*, & prope *Tenda* in herbis ad *Minerae fodinam.* PERENNE.

## 31. GALIUM rotundifolium.

*Galium foliis quaternis ovatis obtusis aculeato-ciliatis, seminibus hispidis.* LINN. spec. p. 156. *JACQ.* Flor. Austr. tab. 94.

*Galium foliis quaternis, petiolis longissimis brachiatis, seminibus hirsutis.* HALL. hist. tom. I. n. 127.

*Galium floribus paniculatis, racemis dichotomis, foliis quaternis ovatis glabris.* SCOP. Carn. p. 102. ed. 2. n. 150.

*Rubia quadrifolia, s. rotundifolia laevis.* BAUH. pin. 334. prodr. 145.

*Rubia quadrifolia semine duplici hispido.* BAUH. hist. 3. p. 718.

*MORIS.* hist. 3. s. 9. tab. 21. f. 4.

Loc. In montibus editioribus inter *Courmajour*, & *Chamony.* *Petrus MOLINERI* retulit ex valle *Ursina.* *Cl. BELLARDI* prope thermas *Vinadii.* PERENNE.

## 32. GALIUM cruciata.

*ICON. TAUR.* vol. I. tab. 99. & 100.

*Galium foliis quaternis hirsutis, petiolis octifloris.* HALL. hist. Tom. 1. n. 709.

*Valantia floribus masculis quadrifidis, pedunculis diphyllis.* LINN. spec. p. 1491.

*Galium floribus polygamis, racemis lateralibus ternatis diphyllis, foliis quaternis villosis* SCOP. ed. 2. n. 145.

*Cruciata hirsuta.* BAUH. pin. 335.

*Cruciata.* DOD. pempt. 357.

*Galium latifolium cruciata quibusdam flore luteo.* BAUH. hist. 3. p. 717.

Loc. Ubique ad vias, & sepes. PERENNE.

*VIR.* Recensetur inter vulnerarias, sed unice subadstringentes proprietates habet.

## 33. GALIUM vernum.

*Galium (vernum) floribus polygamis, racemis lateralibus binatis nudis, foliis quaternis lanceolatis glabris.* SCOP. Carn. 344. n. 11. ed. 2. n. 144. tab. 2.

*Valantia floribus masculis quadrifidis, pedunculis dichotomis aphyllis, foliis ovalibus ciliatis.* LINN. spec. p. 1491.

*Galium floribus masculis irifidis, pedunculo communi cristato, foliis ciliatis.* ZINN. Gott. p. 233.

*Cruciata glabra.* BAUH. pin. 335.

*Rubia quadrifolia glabra angustifolia.* BAUH. hist. 3. p. 717.

Loc. *Felix VALLE* in montibus circa pagum *Cels*, & circa oppidum *Exilliarum*, sed frequenter occurrit ad vias in umbrosis montium, & collium. PERENNE.

*OBS.* Planta tota glabra est. Folia trinervia, longe elliptica cum margine saepe reflexo.

## 34. GALIUM murale N. Tab. 77. Fig. 1.

*ICON. TAUR.* Vol. XXVI. tab. 83.

*Galium foliis senis linearibus, ramis simplicibus, fructibus hispidis subsessilibus.* GERARD. Flor. Galloprov. p. 227.



*Sherardia foliis floralibus binis oppositis, binis floribus.* LINN. syst. 12. p. 116.

*Galium minimum seminibus oblongis.* BUXB. cent. 2. p. 31. t. 30. f. 2.

*Aparine minima.* BOT. monsp. app. 291.

Loc. Ad aridas rupes litoris *Nicaeensis*. ANNUUM.

OBS. Hujus descriptionem dedi ENUM. NIC. p. 4. Floribus planis differt a *Sherardia*, fructibus non tridentatis a *Valantia*.

35. GALIUM megalospermum. N. Tab. 79. Fig. 4.

Loc. Habui ex monte *Cenisio*.

DESCR. Cespitem facit, & cauliculis se se erigit ad summum digitalis longitudinis alterne ramosis. Folia quina elliptica acuminata in ambitu serrulata viridia. Rami ex ultimo verticillo pedunculos bifloros proferunt. Flores pallide lutei. Fructus magni rugosi sordide albicantes.

36. GALIUM parisiense.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 110.

*Galium foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hispidis.* LINN. spec.

p. 157.

*Galium panicula ramosissima, foliis asperis, seminibus hirsutis.* HALL. hist. Tom. I. n. 726

*Galium parisiense tenuifolium, flore atropurpureo.* TOURN. inst. 664.

Loc. Ad muros, & aggeres locis siccis in agro *Taurinensi*. ANNUUM.

37. GALIUM maritimum.

*Galium foliis octonis lanceolato-linearibus, pedunculis unifloris, caule repente hirtio*

GOU. illustr. p. 5.

*Galium foliis quaternis hispidis, pedunculis unifloris, fructibus villosis.* LINN. syst. 12.

p. 118. Mant. 38.

*Aparine maritima incana flore purpureo.* TOURN. inst. p. 114.

*Galium maritimum hirsutum flore rubro.* TOURN. el. bot.

Loc. In agro *Nicaeensi* collectum est. PERENNE.

38. GALIUM aparine.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 109.

*Galium foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus hispidis.* LINN. spec. p. 157.

*Galium caule serrato, foliis senis linearibus lanceolatis serratis, petiolis unifloris.* HALL. hist. Tom. I. n. 723.

*Galium floribus paniculatis, foliis octonis lanceolatis scabris retrorsum aculeatis.* SCOP.

Flor. Carn. 342. n. 6., ed. 2. n. 157.

*Aparine foliis lanceolatis semine aspero.* BOHEM. lips. p. 3. n. 6.

*Aparine vulgaris.* BAUH. pin. 334.

Loc. Ad sepes, & ruderata ubique. ANNUUM.

VIR. Sicuti *Galium verum* multum acidi principii tenet *aparine*. Radix rubro colore tingit, atque adstringendo praesertim urinam blande promovet.

39. GALIUM saccharatum.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 64.

*Galium seminibus exasperatis, flosculis lateralibus masculis.* HALL. Gott. 188.

*Aparine semine coriandri saccharati.* PARK. the. 567. TOURN. inst. 114. ENUM. NIC. p. 4.

Loc. Circa *Nicaeam* provenit, atque in collibus *Taurinensibus* calidioribus. ANNUUM.

OBS. Vera varietas est *Valantiae aparine*. LINN. spec. pl. p. 1491., atque ut a *Galio aparine* LINNÆI distinguerem, huic *saccharati* triviale nomen assignavi.



VALANTIA. TOURN. act. Paris. 1706. p. 85.  
Corolla quadrifida, Semina tridentata.

40. **V**ALANTIA muralis.  
*Valantia floribus masculis trifidis hermaphroditi germi glabro insidentibus.* LINN. spec. p. 1490.  
*Galium floribus masculis trifidis, pedunculo communi cristato, foliis ciliatis.* ZINN. hort. Gotting. p. 233.  
*Rubeola echinata saxatilis.* BAUH. pin 234.  
*Cruciata muralis minima romana.* COL. ephr. I. p. 298.  
Loc. In siccis, & arenosis littoris *Nicaeensis.* ANNUA.  
OBS. Peculiaris fructus structura *Dillenii* genus satis comprobat.

RUBIA LINN. gen. n. 119., Syst. n. 119.; TOURN. Tab. 38.  
Fructus est bacca disperma.

41. **R**UBIA tinctorum.  
ICON. TAUR. Vol. I. tab. 3., & Vol. XXII. tab. 6.  
*Rubia foliis annuis, caule aculeato.* LINN. syst. p. 119.  
*Rubia foliis ellipticis asperis quinis, senisque.* HALL. hist. Tom. I. n. 708., Goett. 190.  
*Galium floribus paniculatis, foliis senis, fructu baccato.* SCOP. Flor. Carn. p. 345. n. 13. ed. 2. n. 160.  
*Rubia sylvestris monspessulana major.* BAUH. hist. III. 715.  
B. *Rubia quadrifolia asperrima lucida peregrina.* (HERM. lugdb. 523.) ENUM. NIC. p. 10.  
*Rubia domestica.* MATTH.  
OFF. Rubiae tinctorum radix.  
Loc. Ad muros, & rupes ubique frequens in agro *Nicaeensi.* In *Liguria* etiam occurrit, uti etiam circa *Novariam*, & *Uneliam* ad sepes. Etiam in agro *Taurinensi* legi non procul ab aedificio *il Parco* dicto. Prope *Eremum Taurinense* observavit *Cl. BELLARDI.* PERENNIS.  
OBS. Variat foliis quaternis, quinis, aut senis. Varia quoque eorum est amplitudo.  
VIR. Tonica, adstringens, diuretica, penetrans, ita ut ossa rubro colore inficiat. In renum debilitate, & viscerum imbecillitate utilis. Optime jungitur abstergentibus in viscerum obstructionibus, minime spernenda in *Rachitide.* In pulverem trita radix exhibetur a drachma semisse ad drachmam unam. Ex aqua recens decoquitur a drachmis duabus ad unciam semissem; exsiccata autem a drachma una ad drachmas duas.

## B. FLORE INFUNDIBULIFORMI

CRUCIANELLA LINN. gen. n. 118., Syst. n. 126. TOURN. Tab. 50.  
Semina duo tenuia oblonga. Flores in spicis imbricati.

42. **C**RUCIANELLA angustifolia.  
*Crucianella erecta, foliis senis linearibus, floribus spicatis.* LINN. spec. p. 157.  
*Asperula spicata, glumis floralibus maximis.* HALL. gott. 187.  
*Rubeola angustiore folio.* TOURN. inst. 130.  
*Rubia angustifolia spicata.* BAUH. prodr. 145.  
*Crucianella spicata.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 372.  
Loc. Secus arva collium *Nicaeensium.* ANNUA.
43. **C**RUCIANELLA monspeliaca.  
*Crucianella procumbens foliis acutis, caulinis quaternis ovatis; rameis linearibus, floribus spicatis.* LINN. syst. 12. p. 119.  
*Rubeola supina spica longissima.* TOURN. inst. 130.  
*Rubia spicata repens.* MAGN. Bot. Monsp. 225.  
*Crucianella repens foliis senis, spicis longis.* SAUV. Monsp. 225.  
Loc. Nascitur secus arva collium *Nicaeensium.* ANNUA.



## 44. CRUCIANELLA latifolia.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 18.

*Crucianella procumbens foliis quaternis lanceolatis, floribus spicatis.* LINN. spec. p. 158.

*Rubia latifolia spicata.* BAUH. pin. 334.

Loc. In Comitatu Nicaeensi locis arenosis non infrequens. ANNUA.

SHERARDIA DILL. gen. p. 96.

Semina oblonga tridentata.

## 45. SHERARDIA arvensis.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 101.

*Sherardia foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus.* LINN. spec. p. 149.

*Sherardia foliis senis lanceolatis, floribus sessilibus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 734.

*Galium floribus umbellatis terminalibus, seminibus coronatis.* SCOP. Flor. Carn. p. 340.

n. 1., ed. 2. n. 143.

*Aparine supina pumila flore caeruleo.* TOURN. inst. 114.

*Sherardia.* DILL. gen. p. 96.

*Rubeola arvensis repens caerulea.* BAUH. prodr. 145.

Loc. In pratis, & arvis Nicaeensibus, & Pedemontanis ubique. ANNUA.

ASPERULA. LINN. gen. n. 113., syst. n. 121.

Differt a Sherardia seminibus subrotundis.

## 46. ASPERULA Taurina.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 96.

*Asperula foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus.* LINN. spec. p. 150.

*Asperula foliis ovato-lanceolatis quaternis, petiolis unifloris erectis, foliis circumvallatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 732.

*Galium Taurinum.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 148.

*Cruciata alpina latifolia laevis.* TOURN. inst. 115.

*Rubia quadrifolia, & latifolia laevis.* BAUH. pin. 334.

*Rubia laevis Taurinensium.* LOB. ic. p. 800.

*Asperula Taurina.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 376.

Loc. Abunde in umbrosis collium Taurinensium sylvis, & similibus locis montanis, & subalpinis. PERENNIS.

## 47. ASPERULA cynanchica.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 50.

*Asperula foliis quaternis linearibus, superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis.* LINN. spec. p. 151.

*Asperula caule firmo ramoso, foliis linearibus quaternis, summis conjugatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 730.

*Galium pedunculis trifloris corymbosis, foliis quaternis, linearibus, summis oppositis.* SCOP. Flor. Carn. p. 344. n. 10.

*Galium cynanchicum.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 147.

*Rubeola foliis quaternis, seminibus glabris, floribus umbellatis.* HALL. Hely. 458.

*Rubeola vulgaris quadrifolia, floribus purpurascens.* TOURN. inst. 130.

*Rubia cynanchica.* BAUH. pin. 333.

*Galium montanum tetraphyllum cruciatum.* COL. ecphr. 1. 297.

*Asperula rubeola.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 375.

OFF. *Rubia cynanchica.*

Loc. In saxosis aridis collinis, & montanis rara non est, frequens quoque inter alpes in sabulosis torrentium. PERENNIS.

VIR. Radices hujusce plantae rubro colore tingunt.



48. ASPERULA hexaphylla. N. Tab. 77. Fig. 3.  
 ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 79.  
*Asperula foliis senis linearibus, floribus umbellatis terminalibus subsessilibus.*  
 Loc. Ad rupes prope Tendam nascitur. PERENNIS.  
 DESCR. E rupium fissuris prodit, cauliculis semi-palmaribus, quadrangulis, ad basim interdum ramosis, caeterum simplicibus. Folia sena linearia acuminata plana erecta, internodiis folio paullo longioribus. Capitulum, sive potius umbella florum terminalis, quae corona foliorum decem, aut duodecim reliquis similium, sed breviorum excipitur. Flores subsessiles infundibuliformes, tubo longo, limbo ad tubi orificium quadrifido, segmentis aliquantum revolutis, purpurei, intus albi. Semina sequuntur oblonga compressa. Tota planta glabra est.
49. ASPERULA arvensis.  
 ICON. TAUR. Vol. I. tab. 102.  
*Asperula foliis octonis obtusis, floribus inter ciliata folia sessilibus congestis.* HALL. hist. Tom. I. n. 733.  
*Asperula foliis senis, floribus sessilibus aggregatis terminalibus.* LINN. spec. p. 150.  
*Galium floribus umbellatis terminalibus, seminibus nudis.* SCOP. Flor. Carn. p. 340. n. 2., ed. 2. n. 159.  
*Asperula foliis senis, semine dentato.* BOHEM. Lips. p. 6. n. 14.  
*Galium arvense flore caeruleo.* TOURN. inst. 115.  
*Asperula caerulea arvensis* BAUH. pin. 334.  
*Rubia caerulea erectior, elatiorve.* BAUH. hist. III. 719.  
 Loc. Inter segetes collium praesertim nascitur. ANNUA.
50. ASPERULA odorata.  
*Asperula foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis.* LINN. spec. p. 150.  
*Asperula caule erecto, foliis octonis, petiolis ramosis erectis, seminibus hirsutis.* HALL. hist. tom. I. n. 728.  
*Galium floribus paniculatis, foliis octonis lanceolatis, caule glabro simplici.* SCOP. Fl. Carn. p. 243. n. 7.  
*Rubeola foliis octonis seminibus hispidis ex summo caule paniculata.* HALL. helv. 457.  
*Aparine latifolia humilior montana.* TOURN. inst. 114.  
*Asperula sive rubeola montana odorata.* BAUH. pin. 334.  
*Asperula odorata flore albo.* DOD. pempt. 458.  
 OFF. Matrisylvae herba.  
 Loc. Ubique in umbrosis sylvis, seu collinis, seu montanis, & subalpinis. PERENNIS.  
 VIR. Tonica, & exstimulans solvit humores, & urinam ciet, utilis ad hepatis obstructions tollendas. Continet autem principium acidum cum plurimo sale alcalino fixo. Solet adhiberi ex aqua decocta a manipulo semisse ad manipulum unum.

### III. GYMNOTETRASPERMÆ

#### A. DISTEMONES.

SALVIA LINN. gen. n. 36., syst. n. 39. TOURN. Tab. 81. 82. 83.

Corolla ringens. Essentialis character consistit in staminibus bifurcatis, pedicello nimirum, sive filamento corollae inserto transverse imponitur filamentum antheriferum.

51. SALVIA officinalis.  
 ICON. TAUR. Vol. I. tab. 25.  
*Salvia foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis.* LINN. spec. p. 34.  
*Salvia foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus secundis subdidynamis, tubo calycem superante.* ZINN. Gott. p. 294.



*Salvia major*. BAUH. pin. 237.

*Salvia maggiore*. MATTH.

Loc. In collibus incultis agri *Nicaeensis* sponte provenit, neque desideratur locis apricis calidioribus *alpium Valdensium*, vallis *Augustae Praetoriae*, & editioribus *Liguriae*. SUFFRUTEX.

VIR. Magnarum virium planta *Salvia* est, quae principia continet plurium generum, gummosum nempe tonicum, & subadstringens; spirituosum acre aromaticum cum oleo aethereo camphorato, atque haec principia actuosiora etiam in foliis sunt, quam in floribus; uberius etiam ea continent plantae in proprio solo sponte crescentes, quam in hortis cultae. Per exsiccationem foliorum ejusdem vires aliquatenus infringuntur, vires habet tonicas, nervinas, discutientes, aperientes, & antisepticas: calefacit ita, ut in morbis ex causa calida, atque in febribus non debeat adhiberi. Opportuna est in paralysi, artuum tremore, vertigine, & morbis ex nervorum debilitate. Stomachum roborat, flatus discutit, menses etiam pellit; sudores, qui diurnas febres subsequuntur, & a vasorum debilitate sustentantur, coërcet. Juvat ejus decocto os colluere in gingivarum laxitate, uvulae procidentia; ad aphtas etiam puerorum laudatur cum melle, & vino. Sacculi, & fots corroborantes, & discutientes solent *Salviam* recipere. Frequentior, & utilior adhibendi ratio est per theiformem decoctionem pugilli unius, aut alterius in lib. una aquae.

52. SALVIA *Horminum*.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 40.

*Salvia foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis*. LINN. spec. p. 34.

*Horminum sativum*. BAUH. pin. 238.

*Horminum coma purpuro-violacea*. BAUH. hist. III. 309.

*Hormino*. MATTH.

Loc. In valle *Ulcensi* legit D. CACCIA; *Nicaeensem* quoque agrum inhabitat; secus arva nascitur. ANNUA.

53. SALVIA *viridis*.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 42.

*Salvia foliis oblongis crenatis, corollarum galea semiorbiculata, calycibus fructiferis reflexis*. LINN. spec. p. 34.

*Salvia foliis ovatis crenatis, bracteis cordato-acuminatis sensim decrescentibus viridibus in spicam tetragonam digestis*. ZINN. Gott. p. 296.

*Horminum coma viridi*. TOURN. inst. p. 178.

Loc. In arvis *Uneliensibus* legit Ignatius MOLINERI. ANNUA.

DESCR. *Salvia viridis*, & *salvia Horminum* habitu similes sunt, foliis, modo florendi, odore foliorum, & florum calycibus; in *viridi* flos brevior est, galea recta, neque falcata, denticuli ad fauces lateraliter procedunt, in *Hormino* longiores sunt, atque supra labium ipsum porriguntur. Styli extra galeam porrecti in *Hormino* sunt, nequaquam in *viridi*. Bractee coloratae steriles, & transparentes in *Hormino* ramos finiunt; extremae bractee in *viridi* etiam virides sunt, & reliquis bracteis similes, atque etiam habent florum rudimenta, non vere steriles.

54. SALVIA *sylvestris*.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 51.

*Salvia foliis cordato-lanceolatis undulatis biserratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus*. LINN. spec. p. 34.

*Salvia foliis cordato-lanceolatis duplicato-crenatis, undulatis, galea punctata, staminibus galea multo brevioribus*. ZINN. hort. Gotting. p. 297.

JACQ. Fl. Austr. tab. 212.

*Salvia foliis ovato-lanceolatis acutis, bracteis flore brevioribus*. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 241.

*Horminum sylvestre salvifolium majus maculatum*. BAUH. pin. 239.

*Horminum sylvestre quintum*. CLUS. hist. 2. p. 31.

*Verbascum nigrum salvifolium purpureo flore*. LOB. adv. p. 241.

*Hormino salvatico*. MATTH.



Loc. Secus vineas in saxosis, & in apricis sylvis collium *Taurinensium* observavi.  
LOBELIUS notat nasci in pratis sabulosis Augustae *Taurinorum* proximis. *PERENNIS*.

## 55. SALVIA pratensis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 29. 30.

*Salvia* foliis cordato-oblongis crenatis, summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. LINN. syst. 12. p. 65.

*Salvia* foliis imis cordatis, superioribus longe lanceolatis, verticillis nudis in spicas continuatis. HALL. hist. tom. 1. n. 253.

*Salvia* foliis cordato-oblongis crenatis, verticillis subnudis dissitis, calyce tubo floris brevioris. ZINN. Gott. p. 296.

*Salvia* foliis ovato-lanceolatis serratis, verticillis raris, & dissitis. HALL. Helv. 638.

*Sclarea pratensis* foliis serratis. BAUH. pin. 238.

*Gallitrichum sylvestre* vulgo, seu *sylvestris sclarea*, flore purpureo caeruleo. BAUH. hist. III. p. 311.

Loc. In pratis vulgatissima, flore saepissime caeruleo, interdum albo, aut purpureo. *PERENNIS*.

VIR. Maxime calefacit *sclarea*, & ad menses ciendos utiliter adhibetur. Ad fetus etiam resolventes adhiberi utiliter potest.

## 56. SALVIA verbenaca.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 32., & Vol. XIII. tab. 55.

*Salvia* foliis serratis sinuatis laeviusculis, corollis calyce angustioribus. LINN. spec. p. 35.

*Salvia* foliis pinnatifido-sinuatis incisis, corollae labiis approximatis. GERARD. Fl. Gallopr. p. 258. n. 4.

*Salvia* foliis sinuato-serratis hirsutis, galea obtusa, stylo galeae longitudine. ZINN. hort. Gotting. p. 297.

*Horminum sylvestre lavandulae* flore. BAUH. pin. 239.

*Horminum sylvestre minus inciso folio*, flore azureo. BARR. ic. 208.

*Horminum verbenacae laciniis, angustifolium*. TRIUMF. obs. 66. t. 66.

Loc. In comitatu *Nicaeensi* non infrequens est, neque deest in collibus *Taurinensibus*, & circa *Pinerolium*. *BIENNIS*.

OBS. *Salvia clandestina* LINN. hujusce varietas est.

## 57. SALVIA verticillata.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 34.

*Salvia* foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, stylo corollae labio inferiore incumbente. LINN. syst. 12. p. 66. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 241.

*Salvia* foliis cordatis, serratis, verticillis densissimis in spicam continuatis. HALL. hist. p. 110. n. 251.

*Salvia* foliis cordato-sagittatis dentatis, verticillis multifloris, stylo labio inferiore incumbente. ZINN. Gott. p. 297.

*Horminum sylvestre latifolium verticillatum*. BAUH. pin. 238.

Loc. In collibus *Taurinensibus* legit Petrus CORNAGLIA. Ego circa thermas *Vinadii*: Ignatius MOLINERI in ditone *Aquensi* loco dicto *la Cà di Prà*, & circa *Sospello*. *PERENNIS*.

## 58. SALVIA hispanica.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 7.

*Salvia* foliis ovatis, petiolis utrinque mucronatis, spicis imbricatis, calycibus trifidis. LINN. spec. p. 37.

*Horminum sylvestre lavandulae* flore. BAUH. pin. 239. TOURN. inst. p. 178.

*Salvia* foliis ovatis serratis, spicis tetragonis imbricatis, calycibus iridentatis, corollarum galea brevissima. ZINN. Gott. p. 298.

*Gallitricis* affine *Maru*, si non genus aliquod *sclarea Hispanica* TABERNÆMONTANI. BAUH. hist. III. 313.

*Sclarea Hispanica*. TABERN. ic. 374.

Loc. In Olivetis *Uneliae*. *ANNUA*.



59. SALVIA glutinosa.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 37.

Salvia foliis cordato-sagittatis serratis acutis. LINN. spec. p. 37.

Salvia foliis cordato-sagittatis serratis acutis, dentibus calycinis summis non satis divi-  
sis. CRANTZ. Fasc. IV. ed. 2. p. 239.

Salvia montana maxima foliis Hormini, flore flavescente. TOURN. inst. 180.

Horminum luteum glutinosum. BAUH. pin. 238.

Galeopsis species lutea viscida, & odorata nemorensis. BAUH. hist. III. p. 314.

Loc. In sylvis ubique praecipue montanis. PERENNIS.

60. SALVIA sclarea.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 38.

Salvia foliis rugosis cordatis oblongis villosis serratis, bracteis coloratis calyce longio-  
ribus concavis acuminatis. LINN. syst. 12. p. 66.

Salvia foliis rugosis cordatis oblongis villosis serratis, bracteis floralibus calyce longio-  
ribus concavis acuminatis, calycibus lanatis. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 236.

Horminum sclarea dictum. BAUH. pin. 238.

Gallitrichum sativum. BAUH. hist. III. 309.

Sclarea. MATTH.

Loc. Hanc salviae speciem enutrit collis Taurinensis prope montem Cappucinorum,  
qua parte meridiem spectat; copiose eandem provenire vidit Ignatius MOLINERI  
circa Vinchio, Corticelle, Pareto, atque alia oppida in Monteferrato, atque Astensi  
Comitatu. Nicaensium etiam collium indigena est; sponte nascitur circa Au-  
gustam Praetoriam, atque Pinerolium. BIENNIS.

61. SALVIA aethiopis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 36.

Salvia foliis oblongis erosis lanatis, verticillis lanatis, bracteis recurvatis subspinosis.  
LINN. spec. p. 39.

Salvia foliis oblongis laciniatis hirsutis, verticillis lanatis, barbae lacinia media cucul-  
lata. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 238.

JACQ. Flor. Austr. tab. 211.

Sclarea vulgaris lanuginosa amplissimo folio. TOURN. inst. 179.

Aethiopis foliis sinuosis. BAUH. pin. 241.

Aethiopis multis. BAUH. hist. III. 315.

Loc. Obviam mihi venit loco maxime sicco, & aprico supra oppidum Fenestrel-  
larum. PRIM in monte Genevre, CACCIA in valle Ulciensi reperit; nascitur etiam  
circa Sospello in Comitatu Nicaensi. Ignatius MOLINERI in valle di Bardonache,  
& Maurianensi. BIENNIS.

ROSMARINUS. LINN. gen. n. 35., syst. n. 38. TOURN. tab. 92.

Corolla ringens. Labium superius longum reflexum emarginatum; inferiore trifido,  
laciniis lateralibus acutis, media majore oblonga. Galea a labio inferiore  
recta divergit.

62. ROSMARINUS officinalis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 39.

Rosmarinus. LINN. spec. p. 33.

Rosmarinus foliis sessilibus linearibus margine revolutis. GOU. hort. p. 17. n. 1.

Rosmarinus spontaneus latiore folio. BAUH. pin. 217.

Rosmarino coronario. MATTH.

OFF. Rosmarinus.

Loc. Sponte crescit in Comitatu Nicaensi, frequentior in montibus mari proxi-  
mis. In loco natali tota planta decumbit. FRUTEX.

VIR. Inter stirpes vim vitae excitantes, & nervinas excellit Rosmarinus, non  
solum odore, sed & sapore acri aromatico se commendans. Principiis agit non  
modo volatilibus, sed etiam fixis resinosis, atque oleum aethereum, nec exigua



quantitate largitur. Folia, atque calyces floribus ipsis praestant. Virtutes habet tonicas abstergentes, & resolventes. Folia contrita, & applicita, aut per fots adhibita utilia sunt ad contusiones. Ubi corroborandum est, & discutiendum, utile est decoctum Rosmarini. Convenit cum melle Rosmarini decoctio in asthmate humido; laudatur etiam ad fluorem album, si morbus fuerit unice ex fibrarum laxitate; saepius enim fluorem album sustinet pituita salsa; atque hac evacuatione natura vitiosa recrementa excernit, nec eo in casu fluorem cohibere opportunum est, aut calefacientia remedia praescribere. Inter nervinas stirpes merito recensetur, atque laudatur in paralysi, & morbis ex nervorum debilitate.

LYCOPUS. LINN. *gen. n. 31.*; *syst. n. 33.* TOURN. *tab. 89.*

Corolla quadrifida ringens, segmentis subaequalibus; sed galea emarginata.

63. **LYCOPUS** europaeus.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 23. 24.

*Lycopus foliis acute serratis, & appendiculatis.* HALL. *hist. 1. n. 220.*

*Lycopus foliis sinuato-serratis.* LINN. *spec. p. 30.*

*Lycopus palustris foliis ovatis sessilibus, basi sinuato-pinnatifidis, superne serratis.* GOV. *h. p. 15. n. 1.*

*Lycopus palustris glaber.* TOURN. *inst. 191.*

*Marrubium aquaticum quorundam.* BAUH. *hist. III. p. 318.*

*Marrubium palustre glabrum.* BAUH. *pin. 230.*

*Lycopus palustris.* LAM. *Fl. Franc. Tom 2. p. 430.*

*Sideritide prima eraclea.* MATTH.

*Loc.* Ad fossas aquarum abunde. Varietas *foliis profundius incis* instructa frequens est ad litora lacuum agri Canapiciensis, & in fossis agri Alexandrini. PERENNIS.

*VIR.* Succus Lycopi, herbae frequentissimae, sed apud nos nullius usus, nigrum, constantemque colorem praebet.

## B. TETRASTEMONES

### 1. GALEA PLANA

a parum fissa.

MELITTIS. LINN. *gen. n. 600.*; *syst. n. 731.*

Calyx late campanulatus, bilabiatus. Flos peramplo tubo, & cylindrico.

Galea rotunde emarginata, labio inferiore trifido, segmentis rotundis, medio cordato, Semina villosa.

64. **MELITTIS** melissophyllum.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 144.

*Melittis.* LINN. *spec. p. 832.*

JACQU. *Fl. Austr. tab. 26.*

*Melissophyllum.* HALL. *hist. 1. n. 244.*

*Melissa humilis latifolia maximo flore purpurascente.* TOURN. *inst. 193.*

*Lamium montanum melissae folio.* BAUH. *pin. 231.*

*Melissa adulterina quorundam amplis foliis, & floribus non grati odoris.* BAUH. *hist. III. p. 233.*

*Melissa sylvestris.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 401.*

OFF. *Melissa sylvestris, sive Melissophyllon.*

*Loc.* Passim in umbrosis sylvis montanis, & collium Taurinensium. PERENNIS.



MENTHA. LINN. *gen. n.* 633., *sys. n.* 713. TOURN. *tab.* 89.

Corolla subringens quadrifida, lacinia superiore emarginata.

65. **M**ENTHA *sylvestris*.  
*ICON. TAUR. Vol. IV. tab.* 135.  
*Mentha spicis oblongis, foliis tomentosiss serratis sessilibus, staminibus corolla longioribus.*  
 LINN. *spec. p.* 804.  
*Mentha foliis elliptico-lanceolatis serratis subtus tomentosiss, spicis cylindricis, staminibus flore duplo longioribus.* HALL. *hist. I. n.* 227.  
*Mentha spicis confertis, foliis tomentosiss serratis lineari-lanceolatis.* GOU. *Fl. Monsp. p.* 83.  
*Mentha sylvestris longiore folio.* BAUH. *pin.* 227.  
*Menthastrum spicatum folio longiore candicante.* BAUH. *hist. III. p.* 221.  
 Menthastrum. MATTH.  
 OFF. *Mentha sylvestris*.  
 Loc. Frequens secus fossas, & flumina lente fluentia, praesertim in montanis. PERENNIS.
66. **M**ENTHA *viridis*.  
*ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab.* 5.  
*Mentha spicis oblongis, foliis lanceolatis nudis serratis sessilibus, staminibus corolla longioribus.* LINN. *spec. p.* 804.  
*Mentha foliis elliptico-lanceolatis, spicis cylindricis glaberrimis.* HALL. *hist. tom. I. n.* 229.  
*Mentha floribus spicatis, foliis oblongis serratis viridibus.* CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 328.  
*Mentha floribus spicatis, foliis lanceolatis glabris acutis serratis sessilibus.* GERARD. *p.* 268. *n.* 1.  
*Mentha angustifolia spicata.* BAUH. *pin.* 227.  
 Mentha 1. MATTH.  
 OFF. *Mentha angustifolia, acuta, s. Romana*.  
 Loc. In cultis collibus quandoque occurrit, frequentior in vinetis Montisferrati. PERENNIS.
67. **M**ENTHA *rotundifolia*.  
*Mentha spicis oblongis, foliis subrotundis rugosis crenatis sessilibus.* LINN. *spec. p.* 805.  
*Mentha spicis cylindricis, foliis ovatis rugosis.* HALL. *hist. tom. I. n.* 226.  
*Mentha foliis ovatis tomentosiss, verticillis spicatis, staminibus tubo floris aequalibus.*  
 ZINN *Gott.* 316.  
*Mentha (rotundifolia  $\gamma$ ) foliis ovatis tomentosiss, floribus verticillato-spicatis.* GOU. *Flor. Monsp. p.* 83.  
*Mentha floribus spicatis, foliis rotundis crenatis rugosis sessilibus.* HUDS. *p.* 221. *n.* 3.  
*Mentha foliis ovatis tomentosiss, verticillis in spicam nudam continuatis.* HALL. *Helv.* 657.  
*Menthastrum folio rugoso rotundiore spontaneum, flore spicato, odore gravi.* BAUH. *hist. III. p.* 219.  
*Mentha rugosa.* LAM. *Flor. Franc. tom. 2. p.* 420.  
 OFF. *Mentha alba, sive Menthastrum*.  
 Loc. Abunde ubique secus fossas, & in sterilibus inundatis, agris quoque sterilibus, & ad vias. PERENNIS.
68. **M**ENTHA *hirsuta*.  
*ICON. TAUR. vol. XXVIII. tab.* 77.  
*Mentha floribus capitatis globosis, foliis ovatis serratis, staminibus corolla brevioribus.*  
 HUDS. *p.* 223. *n.* 10.  
*Mentha floribus capitatis, foliis ovatis serratis subsessilibus pubescentibus, staminibus corolla longioribus.* LINN. *mant. p.* 81.  
*Mentha aquatica hirsuta, s. sisymbrium hirsutum.* BAUH. *hist. III. p.* 224.  
 Loc. Circa lacum di Azellio lecta est, & observata circa lacus di Candia, & Viverone, & ad loca uliginosa di Borgomasino. PERENNIS.



69. MENTHA crispa.  
*Mentha spicis capitatis, foliis cordatis dentatis undulatis sessilibus, staminibus corollam aequantibus.* LINN. spec. p. 805.  
*Mentha crispa danica, s. germanica speciosa.* MORIS. hist. 3. p. 367. s. II. t. 6. f. 5.  
 Loc. In collibus Taurinensibus secus torrentes occurrit. PERENNIS.
70. MENTHA aquatica.  
*Mentha spicis capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla longioribus.* LINN. spec. p. 805.  
*Mentha foliis ovato-lanceolatis serratis, verticillis paucissimis, terminante maximo.* HALL. hist. Tom. I. n. 225.  
*Mentha floribus lateralibus glomeratis, foliis ovatis serratis, staminibus corolla longioribus.* SCOP. Flor. Carn. p. 472. n. 3., ed. 2. n. 748.  
*Mentha rotundifolia palustris, seu aquatica major.* BAUH. pin. 227.  
*Mentha aquatica, sive Sisymbrium.* BAUH. hist. III. p. 223.  
*Sisembro silvatico.* MATTH.  
 Loc. Ubique in inundatis, & secus aquas lente fluentes. PERENNIS.
71. MENTHA gentilis.  
*Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corolla brevioribus.* LINN. spec. p. 805.  
*Mentha verticillata minor acuta non crispa, odore Ocymi.* BAUH. hist. III. p. 216.  
 OFF. *Mentha gentilis.*  
 Loc. Habeo lectam in agro Taurinensi. PERENNIS.
72. MENTHA arvensis.  
*Mentha floribus verticillatis, foliis hirsutis ovato-lanceolatis, verticillis tomentosis.* HALL. hist. tom. I. n. 223.  
*Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corollam aequantibus.* LINN. spec. p. 806.  
*Mentha floribus verticillatis, foliis utrinque ovato-acutis serratis, calycibus canescentibus hispidis, staminibus corollam longe aequantibus.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 329.  
*Mentha arvensis verticillata hirsuta.* BAUH. hist. III. p. 217.  
*Mentha arvensis verticillata.* BAUH. pin. 229.  
 Loc. Frequens est secus fossas, & potissimum in arvis humidis, & inundatis. PERENNIS.
73. MENTHA austriaca. Tab. 75. Fig. 2.  
*Mentha austriaca.* JACQ. Flor. Austr. tab. 430.  
 Loc. Circa lacus Canapicienses passim occurrit. PERENNIS.  
 DESCR. Planta perennis pedalis, caule statim ramoso tetragono, ramis oppositis similiter tetragonis sulcatis. Folia ovato-lanceolata subhirsuta mollia, inferiora obtusiuscula; petiolata, opposita, obscure denticulata, superiora magis distincte dentata acutiora, & fere serrata. Verticilli florum breviter petiolati, qui duobus fasciculis florum utrinque ab uno folio stipulatis componuntur; uterque fasciculus flores habet a duodecim ad viginti pedunculatos, ab extremo primi pedunculi fere umbellatim enascentes, squammulis duabus instructos. Pedunculus quilibet, ceu radius florem sustinens, rubescens filiformis longitudinem pedunculi communis superat. Flores purpurascetes. Calyx campanulatus, dentibus erectis quinque subaequalibus. Corolla monopetala bilabiata patens, labio superiore ad medium fere bifido, latiore inferiore trifido, laciniis lateralibus aequalibus obtusiusculis, intermedia paullo longiori. Stamina quatuor subaequalia distantia recta, corolla, ejusque lacinulis longiora filiformia, antheris simplicibus incumbentibus purpureis. Faux corollae villosa. Radix fibrosa multiplex, etiam flagellis reptans. Tota planta subtilissimis pilis instructa est, qui longiores, & confertiores sunt in calyce, & pedunculis. Laete viridis est, & gratum, sed remissionem Pulegii odorem spirat.
74. MENTHA exigua.  
*Mentha floribus verticillatis, foliis lanceolato-ovatis glabris acutis integerrimis.* LINN. spec. p. 806.



*Mentha floribus verticillatis, foliis glabris ovato-lanceolatis, verticillis subhirsutis*, HALL. hist. I. n. 224.

Loc. Secus lacus *Eporediensis* Provinciae, atque in agris subhumidis planitiei *Pedemontanae* non infrequens. *PERENNIS*.

75. *MENTHA Pulegium*.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 86.

*Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus, staminibus corolla longioribus*. LINN. spec. p. 807.

*Pulegium foliis subrotundis, verticillis nudis*. HALL. Helv. 659.

*Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus prostratis exalbidis, staminibus corolla longioribus*. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 331.

*Pulegium latifolium*. BAUH. pin. 222.

*Pulegium*. BAUH. hist. II. p. 256.

*Pulegio*. MATTH.

OFF. *Pulegii herba*.

Loc. Secus arva, & in arvis subhumidis minime rara, praecipue inter *Augustam Taurinorum*, & *Ripularum* oppidum, ubi olim observatum a LOBELIO. *PERENNIS*.

VIR. *Menthae* omnes subamarae acres aromaticae sunt, atque principium praebent volatile oleosum. Vera etiam camphora ex *mentha piperita* elicita est. Hanc praestantem *menthae* speciem *Pedemontium* non habet, licet interim excolatur. In officinis autem solet *MENTHA crispata* adhiberi. Omnium praestantissima est *piperita*, quae speciatim prae reliquis singultui, & affectionibus spasmodicis ventriculi medetur. Post hanc venit *MENTHA crispata*, sed & aliae in usum medicinale recipi possunt; similia enim principia, similesque proprietates possident. *Mentha sylvestris* reliquas omnes vehementia odoris, & acrimonia aromatica superat, maximeque calefacit; gratior, & remissior sapor, & odor est in *MENTHA viridi*, & *Austriaca*. Omnes *menthae* species generatim vires habent, quibus stomachum roborant, flatum discutiunt, menses, & lochia pellunt. Extrinsecus adhibitae in fotu tumores oedematosos resolvunt. Quum non parum calefaciant, non nisi in iis, qui temperamenti pituitosi sunt, locum habere possunt, si de diutino, atque protracto usu agatur. *Pulegium* speciatim commendatur in tussi puerorum convulsiva, atque linguae subditum dicitur ejusdem paralysim sustulisse; in asthmate humido vere proficuum observavi. Comestum salivam elicit. Circumspecte, aut minime adhibendae *menthae* sunt in morbis febrilibus. Dari solet aqua stillatitia *menthae*, aut infusum theiforme foliorum *menthae* diligenter siccatorum.

THYMUS LINN. gen. n. 646., Syst. n. 727.. TOURN. Tab. 93.

Calyx bilabiatus villis clausus. Galea parum emarginata, barbae segmenta subrotunda pene aequalia. Flores nulla bractea distincti.

76. *THYMUS Serpillum*.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 98., & 101.

*Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis*. LINN. syst. 12. p. 399.

*Thymus floribus capitatis, foliis planis obtusis basi ciliatis, staminibus tubum floris excedentibus*. ZINN Gott. 313.

*Thymus foliis ovatis ad basim ciliatis*. HALL. hist. tom. I. n. 235.

*Thymus verticillis in summis ramis congestis, foliis ovalibus, basi ciliatis, flore minore*. HALL. Helv. 654.

*Serpillum vulgare minus*. BAUH. pin. 220.

*Serpillum vulgare, flore media parte minori*. BAUH. hist. III. p. 269.

*Serpillo citrato*. MATTH.

B. *Serpillum vulgare flore majore purpureo*. TOURN. inst. p. 196.

OFF. *Serpilli herba*.

VERN. *S'rpo*.

Loc. Ubique in pascuis, & declivibus apricis sterilibus potissimum. *PERENNIS*.



*VIR.* Gratus serpilli odor adeo vires reficit, ut inter cardiaca recenseri mereatur. Citrii pomi fragrantiam aemulatur, atque non modo acidam substantiam, sed volatile oleosum principium praebet. Vires habet nervinas, exstimulantes, cardiacas, resolventes, atque ejusdem usus proficius est in morbis nervorum & capitis ex pituita lenta, & fibrarum debilitate pendentibus; convenit etiam in morbis pectoris a simili causa productis. Juvat pariter in cachexia, & caephalaeam ex crapula dissipat. Extrinsecus potenter resolvit, atque prodest in contusionibus, tumoribusque serosis resolvendis, sive contrita planta applicetur, sive in fotu adhibeatur. Aqua benedicta serpilli, quae in officinis prostat, alias etiam aromaticas stirpes recipit, atque ea utiliter debiles, & paralyticae partes inunguntur; sed in ea paralyti solummodo locum habet, quae sine dolore est, & a vera nervorum debilitate producit. Laudatur etiam ejusdem usus in rheumatismo, sed in eo tantum convenit, qui sine febre est, & lymphae tenacitatem unice pro causa agnoscit. Male omnino in membrorum contracturis praescribitur. Aqua benedicta serpilli raro intus datur, drachmae tamen unius, aut alterius pondere exhiberi potest in morbis capitis, & soporosis affectionibus, in quibus irritantia, & calefacientia opportuna esse possunt. Oleum aethereum serpilli in carie dentium utile est, doloresque inde genitos interdum mitigat.

77. THYMUS pannonicus. N.

*Thymus verticillis in summis ramis congestis, foliis ovatis, & caule hirsutis.* HALL. Helv. 655.

*Thymus foliis ellipticis hirsutis.* HALL. hist. n. 236.

*Serpillum angusto, & lanuginoso folio.* CLUS. pann. p. 628. BAUH. hist. III. 267.

*Serpillum pannonicum III.* CLUS. hist. 235.

*Loc. Felix VALLE* reperit in arenosis fluminis *Duriae* prope arcem *Exilles*; in sterilibus, & sabulosis torrentium inter alpes non infrequens est. *PERENNIS.*

*Obs.* In hortum Academicum ex alpibus illata haec species constantissime hucusque per plures annos & hirsutiem, & foliorum magnitudinem, propriumque habitum conservavit; propterea illam aliis commiscere speciebus non audeo.

78. THYMUS vulgaris.

*Icon. TAUR. Vol. XIV. tab. 97.*

*Thymus erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato-spicatis.* LINN. spec. p. 825.

*Thymus vulgaris folio tenuiore.* BAUH. pin. 219.

*Thymum vulgare rigidius folio cinereo.* BAUH. hist. III. 263.

B. *Thymus vulgaris folio latiore,* BAUH. pin. 219.

*Thymo.* MATTH.

*VERN. Timid.*

*Loc.* In apricis saxosis collium *Nicaeensium* sponte nascitur. In hortis colitur ad usum culinae. *Cl. BELLARDI* inter *S. Vincent & Aosta*, atque *Giambava. Ignatius MOLINERI* secus flumen *Bormida* in provincia *Aquensi.* *SUFFRUTEX.*

*VIR.* Odore fragranti, & aromatico, atque sapore aromatico acri se se commendat thymus, qui per distillationem dat copiosum oleum aethereum, atque camphoram. Propter saporis, atque odoris gratiam, atque vires stomachicas, & carminativas frequens est ciborum condimentum. Caeterum generatim convenit iis in morbis, in quibus serpillum commendavimus; hoc tamen intercedit discrimen, quod in serpillo proprietates tonicae existant majores, thymus autem magis calefaciat, ejusque carminativae qualitates fortiores sint. In senibus autem, & pituitosis thymi usus utilis est.

79. THYMUS acinos.

*Icon. TAUR. Vol. IV. tab. 120., & Vol. XIII. tab. 80.*

*Thymus floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis.* LINN. syst. 12. p. 399.

*Clinopodium foliis ovatis dentatis, flore foliis breviori.* HALL. hist. tom. I. n. 237.

*Thymus racemis lateralibus secundis, foliis ovatis serratis.* SCOP. Flor. Carn. p. 457.



*Thymus floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus subramosis, foliis ovatis utrinque acutis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 277.

JACQ. Flor. Austr. tab. 97.

*Clinopodium arvense ocymi facie.* BAUH. pin. 225.

*Clinopodium vulgare.* LOB. ic. 506.

Loc. In arvis montanis, & sabulosis sterilibus abunde ubique reperitur potissimum in alveis fluminum. ANNUUS.

80. THYMUS alpinus.

*Thymus verticillis sexfloris, foliis obtusiusculis concavis subserratis.* LINN. spec. p. 826.

*Thymus montanus.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 278.

*Thymus pedunculis unifloris, foliis ovatis acutis concavis, caule diffuso.* SCOP. Flor. Carn. 457.

*Clinopodium foliis ovatis acutis serratis, flore folio majori.* HALL. hist. tom. I. n. 238.

*Acini pulchra species.* BAUH. hist. III. part. 2. p. 260.

Loc. TERRANEUS ex montibus Andurni. Circa thermas Vinadii frequens est. Abunde inter Limon, & Tenda. In saxosis apricis alpium frequenter obviam venit. PERENNIS.

81. THYMUS piperella. tab. 37. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 64. Fig. 1.

*Thymus pedunculis multifloris lateralibus, foliis ovatis obtusis glabris nervosis integerrimis.* LINN. syst. 12. p. 400.

*Marum hispanicum nigrum.* BOCC. mus. 2. p. 166. tab. 117.

Loc. In alpebus maritimis ad rupes ubique, uti illis, quae pertinent ad Monregalensem Provinciam, atque ad oppida di Garressio, Carlin, la Briga ec. PERENNIS.

VIR. Officinas nondum ingressa haec planta est, attamen ex aromatico gustu, atque odoris fragrantia penetrantissimis principiis abundare videtur, majoremque adhuc, quam Serpillum, efficaciam possidere ad morbos superandos ex nervorum debilitate. Iis in casibus praecipue prodesse potest, in quibus resolventia externa actuosa desiderantur.

DESCR. Caules fere decumbentes rotundi, aut simplices, aut parum ramosi, ramis primis oppositis, dein alternis. Folia ovato-acuta glabra nervosa opposita subsessilia, Serpilli aromatico odore. Caules, & ramuli circa medium florere incipiunt. Ex singulis alis brevis pedunculus tres, aut quinque flores sustinens, quorum duo inferiores serius florent, medio praecociori nullis bracteis instructo, & longius pedunculato. Calyx striatus quinque-dentatus, cylindricus, dentibus in spinulam abeuntibus, tres dentes superiores paullo breviores. Tubus floris cylindricus calyce duplo longior; galea non inflata. Flos purpureus, labium superius erectum cordatum rotunde emarginatum, labium inferius trifidum, segmentis lateralibus ovatis, medio latiori emarginato. Filamenta tubo adnata, & brevissima, Stylus stigmatibus bicorni. Antherae semilunares interna parte purpureae, externa albae. Stylus antheris brevior. Melissa potius quam Thymo proxima planta est.

ORIGANUM. LINN. gen. n. 645.; syst. n. 726. TOURN. tab. 94.

Flos Thymi, sed galea profundius emarginata. Strobilus tetragonus spicatus flores colligens.

82. ORIGANUM vulgare.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 13.

*Origanum spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis.* LINN. spec. p. 824.

*Origanum foliis ovatis, umbellis coloratis, staminibus exsertis.* HALL. hist. Tom. I. n. 233.

*Origanum spicis umbellatis paniculatis, bracteis ovatis calyce parum longioribus.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 282.

*Origanum sylvestre, cunila bubula Plinii.* BAUH. pin. 223.

*Origanum vulgare spontaneum.* BAUH. hist. III. 236.

Origano vulgare. MATTH.

OFF. Origani herba.



VERN. Cornabusa.

Loc. Secus vias ad sepes, in dumetis, & in clivis saxosis ubique frequens. PERENNE.

VIR. Calefaciens acris aromatica planta est tenuibus principiis instructa, olei aetherei exiguam quantitatem largitur. Asthmata humido succurrit, atque in pituitosis foeminis ad menses pellendos utiliter adhibetur. Instar affinium plantarum ex aqua levi ebullitione decoquitur dosi manipuli semissis; atque illa, quae flores protulerit, in usum eligenda. Balneis, fotibus, & epithematibus, quae ad discutendum, & resolvendum adhibentur, inservit. GERMANI Cerevisiae acescentiam Origano arcent. Nostrates adjiciunt uvis fermentantibus etiam in eundem scopum. Herba recens lanam purpureo colore tingit.

HYSSOPUS LINN. gen. n. 628.; syst. n. 709. TOURN. tab. 95.

Galea subrecta crenata bifida, segmentis ovatis. Barba trifida, segmentis lateralibus acutis, medio lato emarginato crenato.

83. **HYSSOPUS** officinalis.

ICON. TAUR. Vol IV. tab. 115.

*Hyssopus foliis linearibus punctatis, verticillis in spicas continuatis.* HALL. hist. Tom. I. n. 249.

*Hyssopus spicis secundis, foliis lanceolatis.* LINN. syst. 12. p. 389.

JACQ. Flor. Austr. tab. 254.

*Hyssopus foliis ovatis integerrimis sessilibus.* GOU. Hort. Monsp. p. 274. n. 1.

*Hyssopus officinarum caerulea, sive spicata.* BAUH. pin. 217. TOURN. inst. p. 200.

GARID. Aix. t. 50.

*Hyssopus vulgaris.* DOD. pempt. 287.

Hyssopo. MATTH.

Loc. Sponte nascitur in valle Augustae Praetoriae versus Ciambava. D. CACCIA legit in Valle Uliciensi. Provenit quoque non rara in Comitatu Nicaeensi. PEYROLERI inter Moutiers, & Besé. Oritur inter Garressio, & Ormea. In Monteferrato secus flumen Orba, & secus Scrivia in agro Derthonensi. In Valle Maurianensi saepe etiam obviam venit; atque frequens est in Valle di Bardonache. PERENNIS.

VIR. Haec etiam planta inter aromaticas locum suum meretur, odore suavi aromatico praedita, & sapore forti acri aromatico instructa. Principia habet fixa incidentia, atque oleosa volatilia aromatica, oleum etiam aethereum praebet. Aperit, resolvit, & mucum incidit. Speciatim juvat in asthmate humido, & morbis pectoris ex mucositate lento, & tenaci haerente; nequitiam adhibenda, si febris alicujus vehementiae adsit, & morbus ex pituitae salsa destillatione nascatur, aut constitutio aegri biliosa sit, aut urinae sint justo coloratiores. Debitis cautelis servatis prodest in mensibus retentis. Sugillationes, & contusiones potenter discutit. Laudatur etiam, nec sine ratione, in angina pituitosa, atque gargarisma ex decoctione paratum imperant Medici. Quum non parum calefaciat, atque, ut diximus, mucum incidat, confidentius in senibus, quam in juvenibus Hyssopus solet adhiberi. Frequens est usus aquae stillatitiae Hyssopi in officinis; solet etiam Hyssopus Syrupos varii generis, Oxymel, atque alia similia medicamenta in morbis pectoris adhibita ingredi.

SATUREJA. LINN. gen. n. 626.; syst. n. 707.

Flos Thymi, sed galea acute emarginata.

84. **SATUREJA** juliana.

*Satureja verticillis fastigiatis, foliis lineari-lanceolatis.* LINN. spec. p. 793.

*Satureja floribus verticillatis, foliis lanceolatis.* ROY. Leyd. p. 324. n. 3.

*Satureja spicata.* BAUH. pin. 218.

*Satureja foliis tenuibus, sive tenuifolia, Sancti Juliani quorundam.* BAUH. hist. III. 273.

Sassifraga prima. MATTH.

Loc. Circa Nicaeam in aridis. PERENNIS.



DESCR. Calycis segmenta in tubum conniventia. Tubus parum calyce longior. Hiatus ita se habet, ut labium inferius ad angulum rectum recedat. Labium superius planum emarginatum, inferioris segmenta subaequalia, medio quidem aliquantum majori, sed non emarginato, & emarginaturae loco a brevissimo sulco notato.

85. SATUREJA thymbra.

*Satureja floribus verticillatis hispidis, foliis oblongis acutis.* LINN. syst. 12. p. 389.

*Satureja floribus verticillatis, foliis ovatis acutis.* ROY. Leyd. p. 324. n. 4.

*Satureja cretica.* BAUH. pin. 218.

*Thymbra legitima.* CLUS. hist. I. p. 358.

Loc. In saxosis collium *Nicaensium*. PERENNIS.

86. SATUREJA graeca.

*Satureja pedunculis subtrifloris lateralibus, involucellis calyce brevioribus.* LINN. spec. p. 794.

*Clinopodium creticum.* ALP. exot. 265.

Loc. In agro *Nicaensi*. PERENNIS.

87. SATUREJA montana.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 32.

*Satureja pedunculis dichotomis, lateralibus solitariis, foliis lineari-lanceolatis mucronatis.* LINN. spec. p. 794.

*Satureja racemis lateralibus solitariis, foliis lanceolato-linearibus punctatis rigidis.* SCOP. Flor. Carn. p. 461. n. 2.

*Satureja racemis lateralibus solitariis, foliis lineari-lanceolatis punctatis duris.* SCOP. ed. 2. n. 738. tab. 30.

*Satureja pedunculis lateralibus solitariis multifloris, foliis ovato-lanceolatis ciliatis, margine reflexis.* ZINN Gott. p. 314.

*Calamintha frutescens, Saturejae folio, facie, & odore.* TOURN. inst. 194.

*Satureja montana.* BAUH. pin. 218.

*Satureja durior.* BAUH. hist. III. 272.

*Satureja.* LOB. adv. 182.

*Sassifraga II.* MATTH.

Loc. LOBELIUS in *Pedemontii* saxosis oriri scripsit. Frequentem revera ipse vidi in apricis scopulosis subalpinis una cum *Polio Lavandulae folio* saepe nascentem. In valle *Sturæ* frequens est, In valle *Macrae* legit TERRANEUS, GIUDICE circa *Nicaeam*. PERENNIS.

88. SATUREJA hortensis.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 123.

*Satureja pedunculis bifloris.* LINN. spec. p. 795.

*Satureja hortensis.* BAUH. pin. 218.

*Satureja sativa.* BAUH. hist. III. 272.

*Sassifraga di altra spezie,* MATTH.

VERN. Srea.

Loc. In agro *Nicaensi* sponte crescit, uti & in *Monteferrato*, praesertim in fluminum alveis sabulosis aridis. ANNUA.

VIR. ad usum culinarem, & odoris gratiam colitur. Menses pellit, & caput roborat acris aromatica stirps. Similia principia praebet ac *Thymus*, sed imbecilliora sunt; minorem continet olei aetherei quantitatem. Reliquae *Saturejae* non dissimiles utilitates suppeditant, sed propter gratiam aromaticam ad usum *Culinae* eligi solet *hortensis*.



THYMBRA. LINN. *gen. n.* 627.; *syst. n.* 708.

Calyx bilabiatus, labio superiori trifido, inferiori bipartito, linea villosa utrinque exaratus.  
Corollae galea obtusa bifida; barba trifida, laciniis fere aequalibus.  
Stylus semibifidus.

89. **T**HYMBRA verticillata.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 127.

*Thymbra floribus verticillatis.* LINN. *spec. p.* 796.

*Hyssopus angustifolia montana aspera.* BAUH. *pin.* 218.

Loc. Nascitur in agro Nicaeensi. PERENNIS.

90. **T**HYMBRA spicata.

*Thymbra floribus spicatis.* LINN. *spec. p.* 795.

*Thymbra spicata verior hispanica.* BARR. *rar.* 281. f. 1230.

*Thymum majus longifolium, stachadis foliaceo capite purpurascente pilosum.* PLUK. *alm.* 368. tab. 116. f. 5.

*Hyssopus capitata africana, Saturejæ rigido hirsuto folio.* MORIS. *hist.* 3. p. 361.

Loc. In montibus inter Garressio, & Ormea. PERENNIS.

b profunde secta.

LAVANDULA. LINN. *gen. n.* 630., *syst. n.* 711. TOURN. *tab.* 93.

Calyx cylindricus quinquedentatus non labiatus. Galea bipartita; labium inferius tripartitum, segmentis aequalibus.

91. **L**AVANDULA spica.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. III. 112.

*Lavandula bracteis calyce brevioribus, foliis integerrimis.* GOU. *Hort. Monsp. p.* 276. n. 4.

*Lavandula foliis lanceolatis integris, spicis nudis.* LINN. *syst.* 12. p. 390.

*Lavandula latifolia.* BAUH. *pin.* 216.

*Pseudonardus, quae lavandula vulgo.* BAUH. *hist.* III. p. 281.

B. *Lavandula angustifolia.* BAUH. *pin.* 216. GARID. *Aix. t.* 60.

*Nardo italiano.* MATTH.

OFF. Lavandula, s. spica nardi.

VERN. Lavanda.

Loc. Frequens est in aridis agri Nicaeensis. Abunde quoque nascitur in apricis torrentium ad montes subalpinos Valdensium, Vinadii, Valderii, atque Ligurum. In valle Augustae Praetoriae inter Nus, & Villafranca, atque in Tarantasia inter Moutiers, & Besé saepe occurrere significavit Cl. BELLARDI. PERENNIS.

OBS. Angustifolia, quae est spontanea, cultura in latifoliam mutatur.

VIR. Fragrans amara acris stirps est, plurimum olei essentialis, & salis volatilis continens. Lavandula latifolia angustifoliam viribus antecellit; summitates florentes utriusque praestantiores foliis sunt, & hae praecipue in usum medicum expetuntur. Virtutibus cephalicis, & nervinis praesertim se se commendant flores lavandulae, sive spicae lavandulae; humores nempe solvunt, nervos excitant, atque veluti instaurant. Pro externo usu, sive sacculis receptae, sive in fotibus adhibitae, utiles sunt in torpore, paralyti, rheumatismo, & partium debilitate. Utiliter intus datur in vertigine, aponia, paralyti, morbisque soporosis, torpore &c. Prostant in officinis aqua, oleum essenziale, conserva lavandulae, & spiritus lavandulae. Aqua lavandulae cum spiritu vini parata datur ab uncia una ad uncias duas. Ea utiliter lingua coluitur in aponia. Conserva florum lavandulae exhibetur in capitis morbis a drachmis duabus ad drachmas sex. Oleum lavandulae eximium cephalicum carminativum, & nervinum est. Intus sumitur a guttis duabus ad guttas sex. Externe convenit maxime in paralyti, stupore, & nervorum morbis; odore suo naribus ad motum languentes, & syncope labo-



rantes reficit; pediculos & tineas abigit. Spiritus lavandulae externo usu adhibetur in paralyti, & rheumatismo. Convenit usus lavandulae in senibus pituitosis, frigidis, atque iis tantum morbis, qui aromatica, calefacientia permittunt. Odoramenti causa linteis solent flores admisceri, atque suffituum odorosorum materiam suppeditare.

## 92. LAVANDULA stoechas.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 114.

*Lavandula foliis lanceolato-linearibus integerrimis, spicis comosis.* LINN. syst. 12. p. 391.

*Stoechas purpurea.* BAUH. pin. 216.

*Stoechas arabica vulgo dicta.* BAUH. hist. III. p. 277.

*Stoechas brevioribus ligulis.* CLUS. hist. 344.

*Stecha.* MATTH.

OFF. *Stoechadis arabicae flores.*

LOC. In locis apricis maritimis agri *Nicaeensis.* SUFFRUTEX.

VIR. Lavandulae vires habet, sed adhuc praestantior est.

GLECHOMA. LINN. gen. n. 634.; syst. n. 714.

Calyx tubulosus quinquedentatus. Galea bipartita; barba trifida, lacinia media latiore emarginata.

## 93. GLECHOMA hederacea.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 124. 125.

*Glechoma foliis reniformibus crenatis.* LINN. spec. p. 807.

*Chamoeclema caule procumbente radicato, foliis reniformibus rotunde crenatis.* HALL. hist. tom. 1. p. 107. n. 245.

*Glechoma caulibus procumbenti-erectis radicatis, foliis renum, aut cordis forma, crenatis.*

CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 247.

*Calamintha hederacea.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 730.

*Chamoeclema vulgare.* BOERRH. p. 172.

*Calamintha humilior folio rotundiore.* TOURN. inst. 194.

*Hedera terrestris vulgaris.* BAUH. pin. 306.

*Chamaecissus, seu Hedera terrestris.* BAUH. hist. III. p. 855.

*Edera terrestre.* MATTH.

OFF. *Hederae terrestris herba.*

LOC. Nihil ad sepes frequentius, & ad vias locis umbrosis. In saxosis ripis secus Padum non infrequens est. PERENNIS.

VIR. Amara, acris, subaromatica, & non parum calefaciens planta vires exstimulantes, & abstergentes habet. Urinam certo movet, & sabulosam renum materiam everrit. Sed hujusmodi calefacientia diuretica remedia opportuna esse nequeunt, si de paroxysmo nephritico agatur. Diu etiam in ejusdem usu manendum non est, praecipue si agatur de homine podagrigo; materiam enim podagrae ad renes urget. Convenit in asthmate humido, & pulmonum congestionibus citra febrim; vomicae rupturae favet; ejus decoctione cum addito melle utiliter usus sum in phtysicis ex congestionibus, quae in bonam suppurationem abierat. Abstinendum autem ea est, si phtysis muriaticam humorum conditionem consequatur, aut hemophthoem; aut aegrum febricula cum cutis calore teneat; vel de confirmata phtysi agatur. In foeminis pituitosis prodest ad menses pellendos. Syrupus de Hedera terrestri in morbis pectoris datur ab unciis duabus ad tres. Succus ab uncia una ad uncias duas. Herba recens a manip. uno ad duos; siccata ad manip. unum.



SIDERITIS. LINN. gen. n. 632., syst. n. 712. TOURN. tab. 90.

Calyx subquinquefidus. Galea erecta plerumque bipartita; barba trifida, laciniis lateralibus acutis, media subrotunda. Stigma superius cylindricum inferiori membranaceo involutum.

94. SIDERITIS romana.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 9. & Vol. XVIII. tab. 76.

*Sideritis herbacea decumbens ebracteata, calycibus spinosis, labio superiori ovato.* LINN. syst. 12. p. 391.

*Marrubiastrum Sideritidis folio, caliculis aculeatis, flore candicante.* TOURN. inst. 190.

*Sideritis genus spinosis verticillis.* BAUH. hist. III. 428.

Loc. Joannes GIUDICE legit in aridis collibus Nicaeae. Laurentius TERRANEUS in agris Uneliae. Cl. BELLARDI in monte Tendae, & circa Sospello. ANNUA.

95. SIDERITIS hyssopifolia.

*Sideritis foliis lanceolatis glabris integerrimis, bracteis cordatis dentato-spinosis, calycibus aequalibus.* LINN. spec. p. 803.

*Betonica foliis ellipticis obiter crenatis, verticillis spicatis, bractearum dentibus aristatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 260.

*Sideritis montana hyssopifolia major.* BARR. ic. tab. 329.

*Sideritis montana hyssopifolia minor.* BARR. ic. tab. 172.

Loc. Abunde in Sabaudiae monte la Tournette. In Sabaudiae alpinis crescere observavit LOBELIUS. PERENNIS.

DESCR. Radicem possidet crassam longam rugosam, digiti minimi fere crassitie, obscuri coloris, gustus amari, & tantisper aromatici. Radix haec multiceps evadit, & plures cauliculos producit minime ramosos, & palmares inflexos nodosos, & e rotundo-quadrangulos. Ad singulos nodos folia duo longe elliptica levissime hirsuta viridia sessilia nervosa, semel, aut bis utrinque dentata, aliquando integerrima. Flores sunt in verticillis dense positi, brevem idcirco spicam exhibentibus. Verticilli sexflori sunt, bracteis cordato-acutis in margine spinulosis. Dentes calycini pene aequales sunt, & spinulosi. Flos labiatus, labiis divergentibus; galea erecta est tantillum bifida; Barba trifida, media segmento cochlearis instar excavato, & alis triangularibus. Flos pallide luteus, galeae suprema parte purpurascente.

96. SIDERITIS incana.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 25.

*Sideritis fruticosa tomentosa, foliis lanceolato-linearibus integerrimis, floribus, bracteisque dentatis.* LINN. spec. p. 802.

*Sideritis hispanica erecta, folio angustiore.* TOURN. inst. p. 191.

*Hyssopus montana verticillata major.* BARR. ic. 239.

*Hyssopus verticillata minor.* BOCC. mus. 2. p. 77. tab. 68.

Loc. Inter l'Escarene, & Rocca talliada. PERENNIS.

97. SIDERITIS hirsuta.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 134.

*Sideritis foliis lanceolatis obtusis dentatis pilosis, bracteis dentato-spinosis, caulibus hirsutis decumbentibus.* LINN. syst. 12. p. 391.

*Tetrahit caulibus procumbentibus, foliis sessilibus.* GER. p. 272. n. 2.

*Stachys foliis oblongis vix serratis scabris sessilibus.* SAUV. monsp. 441.

*Sideritis hirsuta procumbens.* BAUH. pin. 233.

Loc. In Comitatu Nicaeensi ad rupes, & colles. PERENNIS.



MARRUBIUM. LINN. *gen. n.* 640., *syst. n.* 721. TOURN. *Tab.* 91.

Calyx hypocrateriformis rigidus, decemstriatus. Corollae labium superius bifidum lineare erectum.

98. **MARRUBIUM** vulgare.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 2.

*Marrubium dentibus calycinis setaceis uncinatis.* LINN. *spec.* p. 816.

*Marrubium dentibus calycinis setaceis uncinatis, medio corollarum segmento orchideo.*

CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 273.

*Marrubium album vulgare.* BAUH. *pin.* 230.

*Marrubium album.* BAUH. *hist. III. p.* 316.

*Marrubio.* MATTH.

OFF. *Marrubium album.*

VERN. *Marroubi.*

LOC. In arvis, & saxosis ruderatis provinciae *Astensis, Liguriae, & Montisferrati* saepe occurrit *Marrubium*. Legi quoque circa *Fossano, & Cherasco*. Frequens etiam est in valle *Maurianensi, & di Bardonache*. Cl. BELLARDI prope *Andrà supra Eporediam*. PERENNE.

VIR. Acris, amara, subaromatica planta est, principia habens etiam oleosa, odore fragranti forti donata, qui moschum aemulatur. Alia principia aqua, alia vero spiritus vini extrahit; non parum salis alkalini fixi ex cineribus elicitur. Vires solventes exstimulantes, & calefacientes habet, vere praestat ad menses pellendos, atque juvat in morbis pulmonum ex lenta pituita. Commendatum est in ictero, scyrrho hepatis, atque ipsa phtysi. Quod ad hanc pertinet in eo tantum casu prodesse posse crediderim, in quo agatur de pituitae suppuratione, & morbo incipiente. Quod ad icterum autem, & scyrrhum hepatis spectat, planum est opportunum remedium non esse posse, nisi sermo sit de homine cachectico, & morbus ex bile lenta, & inertis proficiscatur. Succus cum adjuncto melle in tussi infantum convulsiva non inefficax medicamentum sistit. *Celeb.* LINNÆUS (*fl. Svec. n.* 531.) refert salivationem ultra annum continuantem in juvene Siphilitide laborante, & mercurio ab agyrta curato, infuso *Marrubio*, irritis omnibus, brevi se sustulisse. Succus *Marrubii* cum addito saccharo, aut melle dari potest ab uncia una ad uncias duas. Herba decoquitur dosi manip. unius, aut alterius, siccata minorem efficaciam habet, sed tamen adhuc utilis est. Summitates tenerae, & florentes recte praestantiores habentur.

2. GALEA CONCAVA

LAMIUM. LINN. *gen. n.* 636., *syst. n.* 716. TOURN. *tab.* 85.

Calyx quinquefidus aristatus. Galea fornicata, etiam emarginata; barba biloba cordiformis, fauce utrinque denticulum setaceum emittente.

99. **LAMIUM** orvala.

*Lamium foliis cordatis inaequaliter, arguteque serratis, corollis fauce inflata, calycibus coloratis.* LINN. *syst.* 12. p. 393.

*Lamium pannonicum.* SCOP. *Flor. Carn. ed. 2. n.* 699. *tab.* 27.

*Lamium foliis cordatis petiolatis, corolla galea serrata, tubo longiore.* SCOP. *Flor. Carn. p.* 467. *n.* 4.

*Lamium montanum saxatile ferme glabrum, flore amplo purpureo cum labio superiori crenato D. Michellii.* TILLII *Pis. tab.* 34. *fig.* 1.

*Lamium italicum maximum flore purpureo magno.* ACAD. *Paris. an.* 1717. p. 347.

*Galeopsis maxima flore magno rubro.* BAUH. *hist. III. p.* 583.

LOC. Circa thermas *Vinadii, & Valderii* in saxosis umbrosis, atque etiam in montibus umbrosis *Monregalensis* Provinciae, & supra Oppidum *Limon*. PERENNE.

DESCR. Radix alba fibrosa perennis. Planta tota odorata, odore *Lamii*. Caules quadranguli virides, vel subrubentes. Folia venosa cordata obtuse, & inaequaliter



dentata glabra, supra splendide instar *Melissae* lucentia, infra pallide virentia, longe petiolata. Verticilli sexflori. Calyx glaber campaniformis, dentibus subaequalibus. Tubus floris calyce duplo longior est, & in magnam faucem ampliatur. Galea floris villosa in duo, aut tria segmenta veluti emarginata; ad faucem alae binae; labium inferius in duo ampla rotunda, & iterum emarginata segmenta divisum. Flos purpureus cum galea intensioris coloris, & villosa; Antherae villosae obscurae.

## 100. LAMIUM garganicum.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 5.

*Lamium foliis cordatis pubescentibus, corollis fauce inflata, tubo recto, dente utrinque gemino.* LINN. spec. p. 808.

*Lamium garganicum subincanum, flore purpurascente, labio superiore crenulato.* TILL. Pis. 93. tab. 34. f. 2.

*Lamium catariae folio, flore purpureo.* ACT. Paris. 1717. p. 351.

Loc. Oritur circa *Limon*, & visum est in *Maurianensi* Provincia prope *Lanebourg*, & loco dicto *Alp. rouss.* PERENNE.

## 101. LAMIUM. laevigatum.

*Lamium foliis cordatis rugosis, caule laevi, calycibus glabris longitudine tubi corollae.* LINN. syst. 12. p. 393.

*Lamium foliis cordatis acutis serratis, verticillis paucifloris.* HALL. hist. 1. n. 270.

*Lamium purpureum foetidum, folio parvo acuminato, flore majore.* PLUK. phyt. 198. f. 1.

*Lamium purpureum non foetens folio oblongo.* BAUH. pin. 231.

*Lamium subrotundo rugoso folio, flore rubro.* BOCC. mus. 2. tab. 23.

OFF. *Urtica iners* flore purpureo, sive *lamium*.

Loc. Cl. *BELLARDI* reperit circa *Fontanetto*, atque ad sepes inter *S. Germano*, & *Vercelli*. PERENNE.

## 102. LAMIUM maculatum.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 150.

*Lamium foliis cordatis acuminatis, verticillis decemfloris.* LINN. spec. p. 809.

*Lamium alba linea notatum.* BAUH. pin. 231. GARID. Aix. tab. 57.

*Lamium Plinii montanum campoclarensium.* COL. ecphr. 1. p. 190. tab. 92.

*Urtica lactea, o sia erba del latte.* MATTH.

Loc. Abunde nascitur in umbrosis submontanis locis *S. Albani*, & copiosissime ad sepes prope *Barge*, atque circa *Moncalieri*. Frequens etiam est in agro *Cana-piciensi*, & *Bugellensi*. PERENNE.

VIR. Haec speciatim *lienis infarctus* tollere dicitur, & idcirco ab *Italis* *Milzatella* appellatur.

## 103. LAMIUM album.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 148.

*Lamium foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis, verticillis vigintifloris.* LINN. syst. 12. p. 393

*Lamium foliis cordatis acutis serratis, verticillis multifloris.* HALL. hist. 1. n. 271.

*Lamium foliosum foliis cordatis acuminatis petiolatis, calycibus saepe maculatis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 258.

*Lamium foliis cordatis petiolatis, corollae galea crenulata tubi longitudine.* SCOP. Flor. Carn. p. 466. n. 2. ed. 2. n. 700.

*Lamium purpureum non foetens folio oblongo.* BAUH. pin. 231.

*Galeopsis, sive Urtica iners* flore purpurascente majore, folio non maculato. BAUH. hist. III. p. 321.

B. *Lamium album non foetens, folio oblongo.* BAUH. pin. 231.

OFF. *Lamium album*, sive *urtica iners*, s. *urtica mortua*.

Loc. Minime rarum ad sepes est. PERENNE.

VIR. Foetida planta oleo, & sale alkalino scatet. Commendatur ad fluorem album, scrophulas, atque *lienis infarctus*. Non video eam posse fluori albo mederi, quum



potius debeat vasa aperire, neque inter tonica medicamenta locum habeat; opportuniorem puto ad induratas glandulas, & lienis infarctus resolvendos. Datur succus ab uncis duabus ad uncias tres, aut ex aqua decoquitur. Extrinsecus applicata resolventes virtutes promittit. Raro in usum medicum venit.

## 104. LAMIUM purpureum.

ICON. TAUR. vol. IV. tab. 149. & vol. V. tab. 1.

*Lamium foliis cordatis obtusis petiolatis.* LINN. spec. p. 809.

*Lamium foliis cordatis obtusis in summo ramo congestis.* HALL. hist. 1. n. 272.

*Lamium nudum, foliis cordatis obtusis in summo caule congestis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 259.

*Lamium foliis cordatis petiolatis, corollae galea tubo brevior.* SCOP. Flor. Carn. p. 466. n. 1. ed. 2. n. 701.

*Lamium foliis cordatis obtusis in summo caule congestis.* HALL. Helv. 641.

*Lamium purpureum foetidum folio subrotundo, sive galeopsis Dioscoridis.* BAUH. pin. 230.

*Galeopsis, sive urtica minor, folio, & flore minori.* BAUH. hist. III. p. 323.

*Urtica iners altera.* DOD. pempt. 153.

OFF. *Lamium purpureum*, s. *lamium rubrum*.

Loc. Abunde in satis, hortis, ruderatis, & ad vias. ANNUUM.

## 105. LAMIUM amplexicaule.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 147.

*Lamium foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis.* LINN. spec. p. 809.

*Lamium foliis radicalibus petiolatis lobatis, superioribus caulem ambeuntibus rotunde incisis.* HALL. hist. 1. n. 273.

*Lamium foliis cordatis crenatis, bracteis oppositis cordatis incisis amplexicaulibus.* GOU. hort. 281. n. 3.

*Lamium foliis imis petiolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus.* SCOP. Flor. Carn. p. 467. n. 3., ed. 2. n. 702.

*Lamium minus folio caulem ambiente.* BAUH. pin. 231.

*Morsus gallinae folio hederulae alterum.* LOB. ic. p. 463.

Loc. Frequens est inter segetes. ANNUUM.

GALEOPSIS. LINN. gen. n. 637., syst. n. 717. TOURN. tab. 86.

Galea fornicata subcrenata; barba tripartita, lacinia media crenata, fauce utrinque denticulum cavum emittente.

## 106. GALEOPSIS ladanum.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 2., & Vol. XI. tab. 5.

*Galeopsis foliis linearibus serratis, verticillis dissitis.* HALL. hist. 1. n. 266.

*Galeopsis internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, calycibus inermibus.* LINN. syst. 12. p. 393.

*Lamium ladanum internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, foliis longe ellipticis subhirsutis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 260.

*Galeopsis patula segetum flore purpurascens.* TOURN. inst. 185.

*Sideritis arvensis angustifolia rubra.* BAUH. pin. 233.

*Ladanum segetum flore rubro quorundam.* BAUH. hist. III. p. 855.

Loc. Abunde in agris. ANNUA.

## 107. GALEOPSIS tetrahit.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 4.

*Galeopsis foliis ovato-lanceolatis serratis, caule hirsuto.* HALL. hist. 1. n. 268.

*Galeopsis internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, calycibus subpungentibus.* LINN. syst. 12. p. 393.

*Lamium tetrahit internodiis calycinis, & ramis primis incrassatis, foliis, & caule hirsutis, flore calyce quadruplo longiore.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 261.

*Galeopsis procerior calyculis aculeatis, flore purpurascens.* TOURN. inst. 185.

*Urtica aculeata foliis serratis.* BAUH. pin. 232.



*Cannabis sylvestris* quorundam *urticae inerti affinis*. BAUH. *hist.* III. p. 854.

B. *Flore albo*.

C. *Flore magno varicolore*.

*Cannabis spuria flore majore*. RIV. *tab.* 32.

Loc. Ad sepes, & in sylvis caeduis agri *Pedemontani* ubique. Varietas C. frequens ad vias, & ruderata in subalpinis potissimum *Valdensibus*. ANNUA.

STACHYS. LINN. *gen. n.* 638., *sys. n.* 719. TOURN. *Tab.* 86.

Galea fornicata integra, vel laeviter emarginata; barba lateribus reflexis, intermedio segmento majore emarginato. Stamina deflorata versus latera flexa.

108. STACHYS *sylvatica*.

*Stachys verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis*. LINN. *spec.* p. 811.

*Cardiaca foliis cordatis serratis, verticillis nudis spicatis*. HALL. *hist.* I. n. 276.

*Stachys foliis cordatis acuminatis petiolatis, floribus laxè spicatis, verticillis circiter sexfloris*. CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 265.

*Galeopsis procerior foetida spicata*. TOURN. *inst.* 184.

*Lamium maximum sylvaticum foetidum*. BAUH. *pin.* 231.

*Galeopsis, sive Urtica iners magna foetidissima*. BAUH. *hist.* III. p. 853.

*Galeopsis legitima*. CLUS. *hist.* p. 35.

Loc. Ad sepes, & in ruderatis frequentissima. ANNUA.

109. STACHYS *palustris*.

*Stachys verticillis sexfloris, foliis lineari-lanceolatis semiamplexicaulibus*. LINN. *spec.* p. 811.

*Stachys foliis hirsutis elliptico-lanceolatis breviter petiolatis, verticillis spicatis*. HALL. *hist.* I. n. 257.

*Stachys foliis subhirsutis ellipticis ad basim emarginatis, verticillis decemfloris*. CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 266.

*Stachys verticillis sexfloris, foliis lanceolatis*. SCOP. *Flor. Carn.* p. 463. n. 1., *ed. 2. n.* 707.

*Galeopsis palustris Betonicae folio*. TOURN. *inst.* 185.

*Stachys palustris foetida*. BAUH. *pin.* 236.

*Galeopsis angustifolia foetida*. BAUH. *hist.* III. p. 854.

Loc. Abunde secus fossas. PERENNIS.

110. STACHYS *alpina*.

*Stachys foliis hirsutis cordatis, verticillis subtomentosis*. HALL. *hist.* I. n. 256.

*Stachys verticillis multifloris, foliorum serraturis apice cartilagineis, corollis labio plano*. LINN. *spec.* p. 812.

*Stachys foliis articulato-cordatis, galea intus pilosissima, staminibus posticis uncinato-pedatis*.

*Galeopsis alpina Betonicae folio, flore variegato*. TOURN. *inst.* 185.

CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 268.

*Pseudostachys alpina*. BAUH. *prodr.* 113.

Loc. In spongiosis ad alpium radices nascitur. PERENNIS.

111. STACHYS *germanica*.

ICON. TAUR. *Vol. V. tab.* 78., & *Vol. X. tab.* 48.

*Stachys caule tomentoso, foliis imis cordatis, superioribus elliptico-lanceolatis, verticillis densissimis tomentosis*. HALL. *hist. Tom.* I. n. 255.

*Stachys verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis*. LINN. *spec.* p. 812.

*Stachys lanata foliis tomentosis, albis, caule lanato, verticillis densissimis ad basim exsectis longe decrescentibus*. CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 267.

JACQU. *Fl. Austr. tab.* 319.

*Stachys major germanica*. BAUH. *pin.* 236.

*Stachys Fuchsii*. BAUH. *hist.* III. p. 319.

*Stachys montana*. RIV. *tab.* 27.

*Stachys alba latifolia*. BARR. *ic.* 297.

*Stachys*. MATTH.

Loc. Secus arva saxosa, & in ruderatis declivibus abunde provenit. PERENNIS.



## 112. STACHYS heraclea. N. tab. 84. fig. 1.

*Stachys hirsuta foliis obscure virentibus elliptico-lanceolatis, verticillis decemfloris.*

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 78.

*Sideritis heraclea.* COL. ecphr. p. 131.

Loc. In collibus Comitatus *Nicaeensis* locis minime cultis. PERENNIS.

DESCR. Folia obscure, & splendide virentia utrinque hirsuta, radicalia rugosa petiolata petiolo canaliculato fere longitudine foliorum. Ambitus obtuse dentatus, forma elliptica, aut elliptico-lanceolata, sine non acuto. Caules sesquipalmes ab imo ad summum floriferi. Folia caulina prima radicalibus similia; sed quae sequuntur, dentata sunt, neque rugosa, & subsessilia, forma cordato-acuta. Verticilli ad summum decemflori. Calyx tubulatus, superne gibbosulus, inferne ventricosus, calycis dentes demum spinosi, calyx vix ringens, sed dentes duo inferiores approximati. Tota planta longo villo barbata. Flos, excepto tubo, eodem villo hirsutissimus est, obscure rubet.

## 113. STACHYS hirta. Tab. 2. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 75. fig. 1.

*Stachys verticillis sexfloris, caulibus prostratis, corollis labio superiore bifido divaricato reflexo.* LINN. spec. p. 813.

*Marrubium nigrum rotundifolium.* BAUH. pin. 230.

*Galeopsis caule piloso, calycibus labio corollae superiore longioribus.* ENUM. NIC. p. 44.

Loc. Habitat in agro *Nicaeensi*. PERENNIS.

DESCR. Radix parva duriuscula, & ex ea plures caules cubitales procumbentes ad singulas fere conjugationes ramosi, ramis etiam interdum denuo ramosis. Caules quadranguli multum hispidi, villo firmo, non tamen pungente. Folia opposita petiolata cum petiolo subrubenti saepe, & similiter hispido. Folia glabra obtuse dentata cordato-oblonga obtuse terminata. Rami longe in verticillis sexfloris floriferi. Calyx patens tubulatus semi-quinquedentatus, dentibus aequalibus, & in spinas inermes abeuntibus. Flos labiatus albus cum tubo calyce paulisper breviori. Labium superius primum cochleatum fit, deinde complanatur, & in duo veluti segmenta divaricatur. Inferius labium, seu barba secatur in duas breves alas acutas, & medium amplum bifidum segmentum. Labii inferioris media pars lutescit, & fauces punctis purpurascens signantur. Filamenta purpurea sunt; antherae obscurae. In hoc flore observavi labium superius integre explicari, anteaquam se se explicet labium inferius. Folia floralia in postremis verticillis integerrima sunt, & ovato-oblonga. Semina sunt rotunda nigra splendentia quatuor, cito in calyce adhuc viridi maturantia. Planta tota spirat odorem plurimum Galeopsidum.

## 114. STACHYS recta.

*Stachys verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus ascendentibus.* LINN. mant. p. 82. GOU. illustr. p. 36.

*Betonica foliis hirsutis ovatis rotunde crenatis, bracteis ovato-lanceolatis integerrimis.* HALL. hist. 1. n. 262.

JACQ. Fl. Austr. tab. 359.

*Sideritis vulgaris hirsuta erecta.* BAUH. pin. 233. BAUH. hist. III. p. 425.

Loc. Ubique in alveis fluminum saxosis, collibus, & declivibus sterilibus. PERENNIS.

VIR. Digitis trita Petrolei odorem quodammodo refert. Oleo tenui abundat, vires resolventes, & penetrantes habet, atque in fotibus, & balneo utilis est ad contracturas membrorum. ITALI *Stregarella* vocant, eo quod morbis fascino tribus medeatur.

## 115. STACHYS annua.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 11.

*Stachys verticillis sexfloris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caule erecto.* LINN. syst. 12. p. 395.

*Sideritis foliis ovatis crenatis, bracteis ovato-lanceolatis.* HALL. hist. 1. n. 263.

*Stachys (betonica) foliis basi attenuatis, corollae galea erecta.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 264.

*Sideritis verticillis decemfloris, galea crenulata.* SCOP. Flor. Carn. p. 463. n. 1.



*Stachys betonica*. SCOP. *Flor. Carn. ed. 2. n. 608.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 360.*

*Betonica arvensis annua flore ex albo pallescente*. TOURN. *inst. 203.*

*Sideritis arvensis latifolia glabra*. BAUH. *pin. 233.*

*Sideritis glabra arvensis*. BAUH. *hist. III. 427.*

Loc. Inter stipulas in Monteferrato, & agro Nicaeensi; frequens etiam in Liguria, atque in collibus Provinciae Taurinensis. ANNUA.

116. STACHYS arvensis.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 68.

*Stachys verticillis sexfloris, foliis obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caule debili*. LINN. *syst. 12. p. 395.*

*Trixago foliis ovatis cordatis, rotunde dentatis hirsutis*. HALL. *hist. Tom. 1. n. 231.*

*Stachys verticillis sexfloris, foliis obtusis nudiusculis: corollarum labio superiore integerrimo*. NECKER *tom. 1. p. 255.*

*Sideritis foliis cordatis oblongis crenatis, verticillis sexfloris, staminibus tubo floris paulo majoribus*. ZINN *Gott. p. 307.*

*Sideritis alsine trixaginis folio*. BAUH. *pin. 233. prodr. 111.*

*Stachys arvensis minima*. RIV. *monop. t. 27.*

*Cardiaca arvensis*. LAM. *Flor. Franc. tom. 11. p. 380.*

Loc. Uneliae, & Nicaeae, secus arva. ANNUA.

DRACOCEPHALUM. LINN. *gen. n. 648., syst. n. 729.* TOURN. *tab. 83.*

Calyx bilabiatus, corollae faux inflato-dilatata,  
labio superiori concavo,

117. DRACOCEPHALUM ruyschiana.

*Dracocephalum floribus spicatis, foliis, bracteisque lanceolatis indivisis muticis*. LINN. *spec. p. 830.*

*Dracocephalum foliis ellipticis, fasciculatis, verticillis spicatis, bracteis ovato-lanceolatis*. HALL. *hist. 1. n. 254.*

*Ruyschiana flore caeruleo magno*. BOERRH. *Lugdb. 1. p. 172.*

*Pseudochamaepithys austriaca*. RIV. *mon. 106.*

*Prunella hyssopifolio viridi amplo flore caeruleo*. MORIS. *hist. 3. p. 364. s. 2. tab. 5. f. 9.*

*Dracocephalum floribus verticillato-spicatis, foliis linearibus*. GMEL. *Sib. 3. p. 236.*

Loc. Abunde in pratis Pralugnan, observantibus Francisco PEYROLERI, & Cl. BELLARDI. Provenit etiam in summo jugo Col de la Roue versus Bardonache, & loco dicto la Combe d' Ambin ultra parvum Montem Cenisium. PERENNE.

LEONURUS. LINN. *gen. n. 641., syst. n. 722.* TOURN. *tab. 87.*

Galea elliptica concava integra non incumbens. Labium trifidum, segmentis omnibus, aut lateralibus acuminatis, Stamina villosa. Antherae punctis nitidis adpersae.

118. LEONURUS cardiaca.

*Leonurus foliis caulinis, lanceolatis trilobis*. LINN. *spec. p. 817.*

*Cardiaca foliis oppositis lanceolatis*. HALL. *hist. 1. n. 274.*

*Leonurus foliis trilobis, lobis acutis*. SCOP. *Flor. Carn. p. 469. n. 1., ed. 2. n. 703.*

*Cardiaca foliis trilobatis*. HALL. *Helv. 639.*

*Marrubium cardiaca dicium*. BAUH. *pin. 230.*

*Cardiaca*. BAUH. *hist. III. 320.*

*Cardiaca trilobata*. LAM. *Flor. Franc. tom. 2. p. 383.*

*Cardiaca*. MATTH.

OFF. *Cardiaca*.

Loc. Ad sepes frequens, & quandoque secus fossas. PERENNIS.

VIR. Calefaciens amara foetida planta est, quam cardialgiae, & palpitationi cordis ex tenaci pituita ventriculum obsidente succurrere dicunt. Inter sudorifera,



atque emmenagoga etiam numeratur. Non inutilis quidem planta est, sed hae utilitates ab aliis stirpibus efficacius possunt obtineri. Spemendum medicamentum non est ad febres intermittentes tollendas, praesertim autumnales. Apud *Vercellenses*, referente *Cl. BELLARDI*, frequenter adhibetur siccatae, & contritae *cardiacae* pulvis a drachma una ad dr. duas ante paroxysmum exhibitus ad febres intermittentes superandas.

119. LEONURUS marrubiastrum.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 10.

*Leonurus foliis ovatis, lanceolatisque serratis, calycibus spinosis.* LINN. spec. p. 817.

JACQ. Flor. Austr. tab. 405.

*Cunila foliis ovatis dentatis, verticillis multifloris.* HALL. Gott. 334.

*Marrubiastrum angusto cardiacae folio viridi.* BOCC. mus. p. 120. tab. 98.

Loc. D. CACCIA *Vicinovi* ad muros legit. *Ignatius MOLINERI* ad vias, & fossas in agro *Alexandrino*. PERENNIS.

120. LEONURUS galeobdolon.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 3.

*Leonurus foliis cordatis.* SCOP. Flor. Carn. 469. ed. 2. n. 705.

*Galeopsis verticillis sexfloris, involucro tetraphyllo.* LINN. spec. p. 810.

*Cardiaca foliis petiolatis cordatis, verticillis foliosis.* HALL. hist. 1. n. 275.

*Lamium galeobdolon verticillis dimidiatis subsexfloris, ore edentulo.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 262.

*Leonurus foliis ovatis serratis acutis.* LINN. hort. Cliff. 313., ROY. Lugdb. 310. Fl.

Svec. 497. DALIB. Paris. 182. It. Scan. 64.

*Lamium folio oblongo luteum.* BAUH. pin. 231.

*Urtica iners tertia, s. lamium flore luteo.* DOD. pempt. 153.

*Cardiaca sylvatica.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 384.

Loc. Ubique in sylvis umbrosis montium, & collium. PERENNIS.

PHLOMIS. LINN. gen. n. 642., syst. n. 723. TOURN. tab. 82.

Calyx angulatus. Galea incumbens compressa hirta.

121. PHLOMIS lychnitis.

*Phlomis foliis lanceolatis tomentosiss, floralibus ovatis, involucris setaceis lanatis.* LINN. spec. p. 819.

*Verbascum angustis salviae foliis.* BAUH. pin. 240.

*Phlomis lychnitis.* CLUS. hist. 11. 27.

Loc. Provenit in agro *Nicaeensi*. PERENNIS.

MOLUCELLA. LINN. gen. n. 643., syst. n. 724. TOURN. tab. 88.

Calyx campanulatus ampliatus spinosus.

122. MOLUCELLA frutescens. Tab. 2. fig. 2.

ICON. TAUR. vol. XIII. tab. 49.

*Molucella calycibus infundibuliformibus quinquefidis, corollis calyce longioribus.* LINN. spec. p. 821.

*Scordium spinosum floris labio superiore, seu galea lanuginosa, seu villosa.* RAJ. suppl. 311.

*Moluca, quae Molucella calycibus quinquefidis, corollis calyce longioribus.* ENUM. NIC. p. 51.

Loc. Abunde inter *Saorgio*, & *Breljo*, & supra *Sospello* e rupium fissuris exit.

SUFFRUTEX.

DESCR. Fruticulus est per dichothomiam valde ramosus, cauliculis, & ramis rotundis, & striatis, lignosis: rami toti floriferi sunt, floribus in singulo verticillo a duobus ad sex. Spinae ad ortum foliorum quatuor revera sunt, utrinque duae. Folia breviter petiolata ovalia, aut integra, aut margine ter, vel quinque dentato, dentibus obtusis; nervoso-venosa sunt, & breviter pilosa. Calyces sunt decem-



striati tubulati glabri, ora quinquefida, & patenti. Striae majores segmenta calycis dividunt, intermediae minores ad interstitia usque segmentorum calycis perveniunt. Striae majores semper in spinas abeunt, non ita minores. Summus numerus spinarum ad limbum calycis mihi decennario major non occurrit. Tubus floris tubo calycis pene aequalis. Galea floris parum fornicata est exiguo hilo incisa alto, & denso undique villo tecta; barbae segmentum medium ex cordato-quadratum emarginatum, & laeviter utrinque reflexum; Alae acutae. Stylus bicornis. Antherae sunt obscuro-purpureae. Semina oblonga, acuminata, non aspera.

PRUNELLA. LINN. *gen. n.* 654., *sys. n.* 735. TOURN. *tab.* 84.

Calyx bilabiatus, superiori quasi resecto brevissime tridentato. Galea ampla fornicata laevissime incisa; barba ad caulem reflexa tripartita, medio segmento semicirculari crenato. Filamenta bifurca.

123. PRUNELLA vulgaris.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 17.

*Brunella foliis ovato-oblongis, calycibus superne truncatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 277.

*Prunella foliis omnibus ovato-oblongis petiolatis.* LINN. *spec. p.* 837.

*Brunella vulgaris.* SCOP. *Flor. Carn. ed. 2. p.* 415.

*Brunella major folio non dissecto.* BAUH. *pin.* 260.

*Brunella flore minore vulgaris.* BAUH. *hist. III. p.* 428.

Loc. Nihil ad vias, atque in pratis vulgatus. PERENNIS.

VIR. Abstergit, & modice adstringit. Vulneribus utiliter imponitur. Vulnerarias decoctiones, quibus Medici utuntur in internis ulceribus, & ad sanguinis fluxum cohibendum ingredi solet Prunella. Speciatim autem recipitur in gargarismatibus ad uvulae morbos, & ab hac vi suum nomen accepit. Commendatur etiam ad oris ulcera cum melle conjuncta. Praescribitur ex aqua decocta, aut succus ex herba expressus, qui dari potest ab unciis duabus ad quatuor.

124. PRUNELLA grandiflora.

*Brunella foliis ovato-oblongis, calycibus superne tridentatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 278.

*Brunella caerulea magno flore.* BAUH. *pin.* 260.

JACQ. *Flor Austr. tab.* 377.

*Brunella flore majore.* RIV. *tab.* 29.

*Brunella flore magno, folio non laciniato.* BAUH. *hist. III. p.* 429.

Loc. In pratis collinis, & montanis. PERENNIS.

125. PRUNELLA laciniata.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 13. 16.

*Prunella foliis imis integris, superioribus laciniatis, parviflora.* CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 280.

*Prunella foliis radicalibus petiolatis integerrimis, caulinis laciniatis.* GOU. *Flor. 79. n.* 2.

*Prunella foliis ovato-oblongis petiolatis, supernis quatuor lanceolatis dentatis.* LINN. *spec. p.* 837.

*Brunella foliis imis ovatis oblongis, foliis caulinis dentatis, & semipinnatis.* HALL. *hist. Tom. 1. n.* 279.

JACQ. *Flor. Austr. tab.* 378.

*Brunella foliis pinnato-laciniatis.* GERARD. *p.* 260. *n.* 2.

*Brunella foliis imis integris, superioribus laciniatis, parviflora.* HALL. *Helv.* 637.

*Brunella folio laciniato.* BAUH. *pin.* 261.

*Brunella flore albo parvo, folio laciniato.* BAUH. *hist. III. p.* 429.

*Brunella II. non vulgaris albo flore.* CLUS. *hist. 2. p.* 43.

B. *Brunella verbenulae folio, flore caeruleo.* VAIL. *bot. p.* 22. *tab.* 5. *f.* 1.

Loc. Vulgaris est in pascuis siccis, & apricis agri Pedemontani: saepissime florem album, aut ocroleucum ostendit. PERENNIS.



## 126. PRUNELLA hyssopifolia.

ICON TAUR. Vol. XVII. tab. 33.

Prunella foliis lanceolato-linearibus ciliatis subsessilibus. LINN. spec. p. 837.

Brunella hyssopifolia. BAUH. pin. 261.

Loc. Legit in agro Nicaeensi Joannes GIUDICE. PERENNIS.

OBS. Ex agro Nicaeensi in hortum translata longe minus strigosum, atque PRUNELLÆ vulgari proximum habitum acquisivisse observavi. Similem observationem seminum satione, plantaeque cultura instituit Cl. BELLARDI. Plurimum suspicor meram varietatem, non distinctam speciem esse.

BALLOTA. LINN. gen. n. 639., syst. n. 720. TOURN. tab. 85.

Calyx hypocrateriformis quinque-dentatus decem-striatus. Galea concava parum emarginata; barba trifida, segmentis lateralibus acutis, medio plano crenato.

127. **B**ALLOTA nigra.

ICON TAUR. Vol. V. tab. 146.

Ballota, foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis. LINN. spec. p. 814.

Ballote foliis cordatis serratis, verticillis nudis. HALL. hist. Tom. 1. n. 259.

Marrubium nigrum foetidum. BAUH. pin. 230.

Ballota foetida. LAM. Flor. Franc. Tom. 2. p. 381.

Ballota. MATTH.

Marrubium nigrum, sive Ballote. BAUH. hist. III. p. 318.

OFF. Marrubium nigrum, sive Ballota.

Loc. Sepes, & ruderata saepe cum urticis inhabitat. PERENNIS.

VIR. Cum cardiaca viribus convenit foetida amara calefaciens planta, sed vix in usum venit.

OBS. Ballota alba visa est a Cl. BELLARDI prope Majon secus viam, quae ducit ad Vicum Borgo d' Ales. Jamdudum haec planta in horto culta, atque cum nigra comparata non videtur specie distinguenda.

BETONICA. LINN. gen. n. 631., syst. n. 718. TOURN. tab. 96.

Calyx bilabiatus aristatus. Tubus longus cylindræus incurvus; Galea adsurgens integra, aut fissa; barba trifida, lacinia media latiori emarginata.

128. **B**ETONICA officinalis.

ICON TAUR. Vol. IV. tab. 132. f. 1. & tab. 133. f. 2.

Betonica spica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. LINN. spec. p. 810.

Betonica alis septemfloris, foliis imis petiolatis rugosis ovatis crenatis. SCOP. Flor. Carn. p. 462. n. 2. ed. 2. n. 729.

Betonica verticillorum calycibus, bracteisque spinulosis, tubo longissimo. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 255.

Betonica lacinula intermedia corollarum labii inferioris emarginata. ROY. Leyd. p. 316. n. 1.

Betonica purpurea. BAUH. pin. 235.

Betonica vulgaris purpurea. BAUH. hist. III. p. 301.

Betonica. MATTH.

B. *Betonica alba*. BAUH. pin. 235.

Loc. In pratis collinis, & montanis, & in sylvis abunde. PERENNIS.

VIR. Herbae cum radice siccatae pulvis erthinum remedium facit. Olim de vi praesertim cephalica hujus stirpis mira praedicabantur, quae ab observatione minime confirmantur; neque tantas vires odor, & gustus plantae promittunt. Inducant quidem principia exstimulantia, spem autem non faciunt remedii nervini, & tonici. Virtutes tamen abstergentes, & exstimulantes eidem inesse crediderim. Radices nauseosae sunt, & fortius exstimulant, atque recentes vomitum, & alvum movent unciae unius dosi ex aqua decoctae.



129. *BETONICA alopecuros.**Betonica spica basi foliosa, corollis galea bifida.* LINN. spec. p. 811.*Betonica antheris didymis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 256.*Betonica spicata labii superioris apice bifido acuto.* JACQ. hort. Vindob. 251. n. 49. Flor Austr. tab. 78.*Sideritis alopecuros.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 711.*Betonica alis multifloris, foliis petiolatis cordatis crenatis.* SCOP. Flor. Carn. p. 462. n. 3.*Betonica montana lutea latifolia,* BARR. icon. 239. BOCC. mus. 2. p. 82. tab. 72.*Betonicae folio, capitulo alopecuri.* BAUH. pin. 235.*Betonicae folio, alopecuros quorundam.* BAUH. hist. III. p. 303.*Betonica alpina latifolia major villosa, flore luteo.* H. R. Par. TOURN. inst. p. 203.

Loc. BOCCONE legit in montibus Sabaudiae, atque in iisdem observavit D. BOYERON.

PERENNIS.

130. *BETONICA monierii.*

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 131.

*Betonica spica basi foliosa, corollis galea integra, foliis cordato-oblongis.* GOU. Illustr. p. 36.*Betonica (hirsuta) spica basi foliosa, corollis galea integra.* LINN. mant. p. 248.*Betonica foliis hirsutis, floribus purpureis amplissimis.* MONT. in Zanon. p. 46. tab. 30.*Betonica alpina incana purpurea.* BARREL. ic. 340.

Loc. In laetis pratis alpinis supra arcem Fenestrellarum abunde; neque rara est in alpibus Vinadiensibus, Valderianis, &amp; di Viù; tum etiam in monte Cenisio.

PERENNIS.

NEPETA. LINN. gen. n. 629., syst. n. 710. TOURN. tab. 95.

Calyx monophyllus tubulosus incurvus quinquedentatus, denticulis tribus labii superioris erectis, binis labii inferioris deflexis. Corolla tubulosa incurvata. Galea erecta plana emarginata; barba tripartita, laciniis lateralibus sursum flexis acutis, media lata concava serrata.

131. *NEPETA cataria.*

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 129.

*Nepeta floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-serratis.* LINN. spec. p. 796.*Cataria foliis cordatis petiolatis, verticillis spicatis.* HALL. hist. 1. n. 246.*Nepeta foliis cordatis petiolatis, verticillis spicatis subpedicellatis, corollarum labio superiori papilionaceo.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 271.*Cataria foliis cordatis petiolatis, verticillis spicatis.* HALL. Helv. 649.*Cataria major vulgaris.* TOURN. inst. 202.*Mentha cataria vulgaris, & major.* BAUH. pin. 228.*Mentha cataria.* BAUH. hist. III. 2. 225.*Nepeta vulgaris.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 398.

Erba gattaria. MATTH.

OFF. *Nepeta*, sive *mentha cataria*.

Loc. Habitat in agro Pedemontano ad sepes. PERENNIS.

VIR. Amara, atque fere instar *Pulegii* odorata planta non parum olei continet. Vires habet carminativas, anthistericas, & emmenagogas. Datur in infuso vinoso, aut aquoso, atque in insessibus solet adhiberi ad menses ciendos. Felibus optatissima planta, atque eos alliciendo utilis est ad mures ab eo loco, quem frequentant, fugandos.

132. *NEPETA pannonica.*

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 8.

*Nepeta floribus paniculatis, foliis cordatis petiolatis obsolete crenatis.* LINN. spec. p. 797.*Nepeta foliis cordatis petiolatis obsolete crenatis, floribus paniculatis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 270.



*Nepeta pannonica major, & elatior.* MORIS. *hist.* 3. p. 415. s. 11. tab. 6. f. 6.

*Mentha montana verticillata.* BAUH. *pin.* 227.

JACQU. *Fl. Austr.* tab. 129.

*Menthastrum montanum primum.* CLUS. *hist.* 32.

Loc. Copiose oritur supra oppidum la Tuille, & circa Boneval. PERENNIS.

133. NEPETA violacea.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 27.

*Nepeta verticillis pedunculatis corymbosis, foliis petiolatis cordato-oblongis dentatis.*

LINN. *spec.* p. 797.

*Cataria hispanica Betonicae folio angustiore, flore caeruleo.* TOURN. *inst.* 202.

*Nepeta montana purpurea major, sparsa spica.* BARREL. *ic.* 601., BOCC. *mus.* 2. p. 46.

Loc. In Pedemontio se legisse affirmat Paulus BOCCONE; mihi nondum obviam venit. PERENNIS.

134. NEPETA nepetella. Tab. 1. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 130.

*Nepeta floribus spicatis, verticillis inferioribus remotis, foliis petiolatis lanceolatis dentato-serratis.* GERARD. p. 274. n. 2.

*Nepeta foliis cordato-lanceolatis dentatis tomentosis, floribus racemosis, racemis quinque-floris.* LINN. *spec.* p. 797.

*Cataria tomentosa, foliis ellipticis acute serratis, verticillis spicatis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 247.

*Nepeta saxatilis caerulea minima hispanica.* BOCC. *mus.* p. 46.

*Nepeta angustifolia minor alpina hispanica, & italica.* BOCC. *mus.* p. 75.

Loc. In apricis, & sabulosis, & alveis fluminum ad alpium radices ubique frequens. PERENNIS.

DESCR. Caules quadrati, aut subrotundo-quadrati, pedales. Folia cordato-lanceolata breviter petiolata, in ramis sessilia, acute dentata. Flores verticillato-spicati; pedunculi nimirum axillares dichotomi flores sustinent a quinque ad quindecim. Calyces striati. Floris tubus longus inflexus: Galea profunde bifida, segmentis rotundis reflexis, aut planis; barbae medium segmentum concavum denticulatum. Stamina longitudine galeae. Flos exquisite albus. Odor vehemens.

VIR. Longe tenuiora, & copiosiora principia habet haec Nepetae species, & applicata plurimum efficax est in contusionibus resolvendis.

135. NEPETA nuda.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 27.

*Nepeta foliis cordato-oblongis subsessilibus serratis, racemis verticillis nudis.* LINN. *spec.* p. 797.

*Cataria foliis petiolatis imis cordatis obtusis, superioribus ovatis, verticillis sessilibus densissimis in spicam continuatis.* HALL. *hist.* 1. n. 248.

JACQU. *Fl. Austr.* tab. 24.

*Mentha cataria hispanica, olim sideritis altissima, flore albo.* BAUH. *hist.* III. p. 226.

Loc. In pascuis declivibus apricis collium Taurinensium, atque similibus locis montanis, tum secus flumina in saxosis non infrequenter adinvenitur. PERENNIS.

MELISSA. LINN. *gen.* n. 647., *sys.* n. 728. TOURN. *tab.* 91. 92.

Calyx tubulosus supra planiusculus bilabiatus, labio superiori trifido subfastigiato, inferiore trifido. Corolla ringens; Galea bifida; Barbae media lacinia amplior cordata.

136. MELISSA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 116.

*Melissa racemis axillaribus verticillatis, pedicellis simplicibus.* LINN. *spec.* p. 827.

*Melissa petiolis unifloris folio brevioribus, foliis cordatis serratis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 242.

*Melissophyllon, apiastrum citrigo.* LOB. *adv.* p. 220.

*Melissa hortensis.* BAUH. *pin.* 229.

*Melissa vulgaris odore Citri.* BAUH. *hist.* III. 2. 232.

*Melissa.* MATTH.



OFF. *Melissae herba.*

VERN. *Erba Sira*, aut *Melissa*, aut *confortacoeur.*

LOC. In umbrosis collibus ad sepes, ad vias, & secus nemora sponte nascitur.  
PERENNIS.

VIR. Principia volatilia habet, quibus fibras ad actionem prompte excitat. Urinam pellit; cephalica, & cardiaca habetur, & hunc in usum frequentissime adhibetur aqua hujus stirpis stillatitia, uti ad cordis palpitationem, singultum, ad menses ciendos, memoriae debilitatem, atque in morbis nervorum ex eorumdem mobilitate pendentibus. Infusum theiforme gratum etiam, & proficuum medicamentum sistit. Folia excussis floribus collecta majorem efficaciam habere videntur; trita enim fortiorem fundunt Citri odorem, & aliquam majorem praebent olei aetheri quantitatem. Aqua *Melissae composita* non modo in cordis palpitatione, sed etiam in lipothymia opportuna est.

137. MELISSA grandiflora.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 117.

*Melissa pedunculis axillaribus dichotomis longitudine florum.* LINN. spec. p. 827.

*Thymus grandiflorus racemis lateralibus sparsis, corollis calyce triplo longioribus.* SCOP. Flor. Carn. p. 457. n. 3., ed. 2. n. 732.

*Calamintha praestantior flore purpureo.* BOCC. mus. p. 59.

*Calamintha magno flore.* BAUH. pin. 229.

*Calamintha montana flore magno ex calyce longo.* BAUH. hist. III. 229.

*Calamintha montana praestantior.* LOB. ic. 512. adv. p. 219.

LOC. Frequens est ad vias umbrosis locis subalpinis, & ad alpium radices. Circa thermas *Vinadii*, & *Valderii* copiosissime nascitur. PERENNIS.

VIR. Haec potissimum ad menses ciendos commendatur. Olim Medici *Taurinenses* hanc stirpem quotannis accersebant ex *Patavino* agro, ut aquam stillatitiam elicerent (*Vid.* LOB. adv. p. 219). Haec aqua stillatitia odore, & sapore suo aquam stillatitiam *Menthae piperitae* aemulatur, atque ad eosdem usus adhibetur.

138. MELISSA calamintha.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 118.

*Melissa pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum.* LINN. spec. p. 827.

*Melissa foliis subhirsutis ovatis acuminatis acute serratis, petiolis ramosis folia superantibus.* HALL. hist. tom 1. n. 241.

*Melissa foliis obtuse cordatis, caule ex inclinato erecto panicula spicata terminato.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 285.

*Thymus (calamintha) racemis lateralibus secundis, foliis ovatis serratis.* SCOP. Flor. Carn. p. 457. n. 4., ed. 2. n. 733.

*Calamintha vulgaris, vel officinarum Germaniae.* BAUH. pin. 228.

*Calamintha flore magno vulgaris.* BAUH. hist. III. p. 228.

*Calamintha montana.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 396.

B. *Melissa petiolis ex foliorum alis longissimis, & repetito ramosis.* HALL. Helv. 652.

*Calamintha.* MATTH.

OFF. *Calaminthae montanae herba.*

LOC. In sylvis caeduis, & apricis collium *Taurinensium*, atque montanis oritur. *Felix VALLE* reperit varietatem B. ad radices montis *les Crevasses* in valle *Exiliarum*. *BOCCONE* reperit in *Sabaudia* ad ripam lacus *Anneccii*. PERENNIS.

VIR. *Emmenagoga*, *stomachica*, & *carminativa* planta est, minus tamen efficax quam *grandiflora*.

139. MELISSA nepeta.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 119. & Vol. XXII. tab. 49.

*Melissa foliis hirsutis ovatis acuminatis leniter serratis, petiolis ramosis folia superantibus.* HALL. hist. 1. n. 240.

*Melissa pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule adscendente hirsuto.* LINN. syst. 12. p. 400.

*Calamintha foliis ovatis obtusis caule procumbente.* HALL. Helv. 6.



- Calamintha parviflora*. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 396.*  
*Calamintha pulegii* odore, s. *nepeta*. BAUH. *pin. 228.*  
*Calamintha flore minore odore pulegii*. BAUH. *hist. III. p. 229.*  
*Calamintha montana*. MATTH.

VERN. Erba Carrera.

LOC. Passim ad vias, secus arva, & ad muros. PERENNIS.

VIR. Haec, odoris vehementia, & sapore suo, Mentharum vires promittit, maxime acris, & calefaciens est. ANGLI ex ea aquam stillatitiam eruunt. Pulegii proprietates habet, sed magis calefacit; atque in contumaci chlorosi efficacis auxilium praebet; flatus discutit, & stomachi actionem excitat. Vulgo negligitur planta quae caeteroquin vim maxime penetrantem, & resolventem spondet, atque in fotibus resolventibus recipi deberet. Quum maxime calefaciat, & saporis pene urentis sit, in iis tantum casibus ea utendum est, qui similia remedia aut permittunt, aut expostulant.

140. MELISSA cretica.

*Melissa racemis terminalibus pedunculis solitariis brevissimis*. LINN. *spec. p. 828.*

*Calamintha incana ocymi foliis*. BAUH. *pin. 228.* TOURN. *inst. 194.*

*Calamintha clinopodii Austriaci foliis, odore pulegii*. PLUK. *alm. 75. tab. 163. f. 4.*

*Calamintha folio, & flore parvo incana*. BAUH. *hist. III. p. 330.*

*Calamintha pulegii odore minor*. BARR. *ic. 1166.*

*Calamintha cretica*. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 395.*

LOC. Circa Lucerame lectam Cl. Honoratus CAUVINI communicavit. PERENNIS.

CLINOPODIUM. LINN. *gen. n. 644., syst. n. 725.* TOURN. *tab. 92.*

Calyx bilabiatus tubulosus. Galea fornicata divisa; barba trifida, lacinia media latiore emarginata. Stigma simplex. Involucrum multisetum verticillo subjectum.

141. CLINOPODIUM vulgare.

ICON. TAUR. *Vol. IV. tab. 104.*

*Clinopodium capitulis subrotundis hispidis, bracteis setaceis*. LINN. *spec. p. 821.*

*Clinopodium foliis ovatis acuminatis obiter dentatis, stipulis setaceis*. HALL. *hist. 1. n. 239.*

*Clinopodium foliis ovatis acutis, capitulis subrotundis densissimis dissitis, bracteis setaceis.*

CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p. 283.*

*Clinopodium origano simile elatius majore folio*. BAUH. *pin. 225.*

*Clinopodium quorundam origani facie*. BAUH. *hist. III. p. 250.*

*Clinopodio*. MATTH.

LOC. Ubique ad sepes, & vias, potissimum in collinis, & montanis, frequens quoque secus arva. PERENNE.

SCUTELLARIA. LINN. *gen. n. 653., syst. n. 734.* TOURN. *Tab. 84.*

Calyx brevis tubulosus, margine aequali; loco labii superioris adhaeret operculum membrana sursum reflexa auctum, integrum. Corolla tubulosa, tubus longus sursum flexus, bilabiatus. Galea integra concava, non nihil emarginata; barba trifida, binae vero laterales laciniae acutae accedunt e latere tubi positae, sursum flexae, ad labium superius relatae. Barbae lacinia media deorsum pendet late emarginata. Stigma simplex. Ab operculo post florescentiam tubus calycis clauditur.

142. SCUTELLARIA alpina. *Tab. 26. fig. 3.*

ICON. TAUR. *Vol. V. tab. 20.*

*Scutellaria foliis cordatis inciso-serratis crenatis, spicis imbricatis rotundato-tetragonis.*

LINN. *spec. p. 834.*

*Cassida procumbens, foliis ovatis crenatis subhirsutis, spicis foliosis*, HALL. *hist. 1. n. 281.*



*Scutellaria foliis ovatis crenatis, floribus capitato-spicatis bracteis superantibus.* ZINN  
Gott. p. 294.

*Cassida alpina supina magno flore.* TOURN. inst. 182.

*Teucrium alpinum inodorum magno flore.* BAUH. pin. p. 247. prodr. 116.

Loc. In lapidosis alpium, & saxosis torrentium locis aridis frequentissima. PERENNIS.

143. SCUTELLARIA galericulata.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 19.

*Scutellaria foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus.* LINN. spec. p. 835.

*Scutellaria foliis inferioribus basi dentatis, superioribus sagittatis integerrimis.* CRANTZ.  
fasc. IV. ed. 2. p. 276.

*Cassida galericulata.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 741.

*Cassida foliis oblonge cordatis crenatis, verticillis nudis bifloris.* HALL. hist. 1. n. 280.

*Cassida palustris vulgatiores flore caeruleo.* TOURN. inst. p. 182.

*Tertianaria, aliis lysimachia galericulata.* BAUH. hist. III. 435.

*Lysimachia galericulata.* LOB. ic. 344.

OFF. Tertianaria.

Loc. In agro Pedemontano ad oras lacuum, & secus fluentes aquas praesertim fluminum, & in pascuis subhumidis. PERENNIS.

VIR. Odore, & amarities Scordium aemulatur; debilior odor est, major amarities. Vires habet abstergentes utiles ad bilem corrigendam, non sine aliqua vi anti-septica. Tertianaria quoque dicta est, eo quod Tertianae medeatur; non quidem sufficit ad tertianam paullo vehementiorem tollendam, sed convenit in ea tertiana, quae solet minores paroxismos habere, sed contumaciores, & sustentatur non tantum a causa propria febrium intermittentium, verum & a quadam lymphae visciditate cum aliqua putridi principii praesentia. Datur ejusdem succus ab uncia una ad duas, aut infusum aquosum manipuli unius, aut alterius.

144. SCUTELLARIA minor.

*Scutellaria foliis cordato-ovatis subintegerrimis, floribus axillaribus.* HUDS. Angl. 232.

*Cassida palustris minima flore purpurascente.* I. R. H. 182.

*Cassida palustris minima flore purpurascente.* LINDERN. hort. Alsat. 216. tab. 9.

*Lysimachia galericulata minor.* RAJ. syn. ed. 2. 132., Hist. plant. 572.

*Gratiola minor, & latifolia nostras.* PARK. theatr. 221.

*Gratiola latifolia.* GER. em. 581.

Loc. Secus fossas prope Zublena detexit Cl. BELLARDI. PERENNIS.

VIR. Saporis amarities intensa superioris vires spondet.

DESCR. Radix perennis repens alba geniculata ramosa, ex geniculis fibras demittens capillares inaequalis longitudinis; ex geniculis saepe unus cauliculus tantum enascitur ad quatuor unciarum altitudinem, sed solet esse potius decumbens, ramis autem erectis. Caules, & rami tetragoni sunt, virides. Rami statim ad basim caulis nascuntur oppositi, iterumque ramosi esse solent. Folia cordato-lanceolata obtuso fine laeviter pilosa, saepius integra, aliquo interdum dente obtuso instructa, opposita, inferiora breviter petiolata, sed summa sessilia internodiis breviora. Rami sunt florigeri ex singulis axillis flore unico, uno latere dispositi sunt flores, & breviter pedunculati. Calyx, & flos de more gentis. Antherae subrotundae ex viridi albae. Stylus longitudine breviorum staminum. Color floris purpureus, sed labii inferioris segmentum medium saturatioribus punctis notatur. Semina reniformia nigra, quae maturitatem adeptam extus cum impetu prosiliunt, atque operculum dimovent.

145. SCUTELLARIA columnae. N. Tab. 84. Fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 88.

*Scutellaria villosa, caule erecto brachiato, foliis cordatis, floribus racemosis internodio longioribus.*

*Cassida.* COL. ecphr. p. 189.

Loc. Secus torrentem, qui descendit ad oppidum Grognard Ignatius MOLINERI.  
PERENNIS.



*DESCR.* Haec nostra omnino esse videtur *Cassida Columnae*, quam olim *Cl. LINNÆUS* ad *SCUTELLARIAM peregrinam* retulit, sed *SCUTELLARIA peregrina* praestantissimi hujusce Viri revera est *Cassida caule quadrangulo rubente, Teucriti serrato folio, flore caeruleo, labro albo*, quam *TILLI* commemoravit in *Horto Pisano*, nullumque hac de re dubium superest, quum *Tillianae SCUTELLARIAE* specimen siccum ad suam *peregrinam* pertinere, datis ad me litteris, scripserit. Distinxit a *Peregrina Mantissae suae* p. 249. atque vocavit *SCUTELLARIAM albidam* eam *Cassidam*, quam *flore ex albo pallente* appellavit *Columna* (*Ecphr.* 1. p. 196.). Ego vero puto *Cassidam flore pallente* *Cassidae Columnae* unice varietatem esse, atque *albidae* nomen triviale mutavi, quum apud nos caeruleum colorem habeat. Itaque *Cassidae Tilli*, atque *Columnae* differentias exponam. *Tilli* *Scutellaria* folia habet glabra subtus venosa obscure viridia firma ovata crenato-dentata, dentibus primum utrinque quatuor, deinde tribus, postea duobus. Folia floralia, sive bracteae integrae sunt ellipticae: Flores sunt purpuro-violacei cum labio albo, longitudine quinque linearum, internodia non superantes. Caules sunt fusco-rubentes nitidi glabri quadranguli, qui ramos longissimos florigeros praebent vix erectos. Ramuli florigeri subpilosi. Calyx hirsutulus. Galea floris aliquantum pilosa, sed in reliquo flore vix visibiles pili sunt. *SCUTELLARIA Columnae* ad duplo minorem altitudinem erigitur ramis erectis brachiata. Tota planta hirsuta est, ad flores autem hirsutissima, & viscosa. Caules sunt virides, folia viridia mollia cordata in ambitu obtuse dentata longius petiolata, & longe majora. Flores magni caerulei cum labio inferiori purpuro-caeruleo non albo, licet maculis albis signetur. Flores etiam superant longitudinem internodiorum, & novem circiter linearum longitudinem habent. Bracteae florales acuminatae aristatae minores, quam in *SCUTELLARIA Columnae* maxime hirsutae in *SCUTELLARIA Tilli*.

## 3. GALEA NULLA, S. FLORE UNILABIATO.

TEUCRIUM. LINN. *gen. n.* 625., *syst. n.* 706. *TOURN. tab.* 97.

Galea nulla, sed dentes divaricati pro egressu staminum.

## 146. TEUCRIUM botrys.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 99.

*Teucrium foliis multifidis, floribus lateralibus ternis pedunculatis.* LINN. *syst.* 12. p. 387.

*Chamaedrys foliis pinnatis, pinnis dentatis trilobis, verticillis paucifloris.* HALL. *hist.* 1. n. 289.

*Teucrium floribus verticillatis, pedunculatis senis, calycibus inferne ventricosis, foliis pinnatifidis.* GOU. *hort monsp.* p. 271. n. 9.

*Chamaedrys laciniatis foliis.* LOB. *ic.* p. 385.

*Botrys verticillata.* BAUH. *hist.* III. p. 298.

*Camedrio secundo.* MATTH.

*Loc.* In agris apricis *Segusii, Exilliarum* frequens. In saxosis circa arcem *Fenestrelarum* etiam reperi, neque infrequens est in sabulosis secus torrentes *Duriam Segusiensem, & le Chison.* ANNUUM.

*VIR.* Minime venit in usum medicinale, odor tamen, & sapor magnas virtutes indicat, & quantum quidem sensibus conjicere licet, abstergentes, & resolventes proprietates habere videtur, viresque *Chamaepiteos* posse aemulari.

## 147. TEUCRIUM iva.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 50.

*Teucrium foliis subtricuspidatis linearibus, floribus sessilibus, lateralibus solitariis.* LINN. *syst.* 12. p. 387.

*Teucrium floribus axillaribus solitariis subsessilibus, foliis linearibus tridentatis sessilibus.*

GOU. *hort.* 271. n. 6.

*Chamaepitys moschata foliis serratis.* BAUH. *pin.* 249.

*Teucrium foliis lanceolatis obtusis dentatis, floribus solitariis sessilibus.* ROY. *Lugdb.*

306. SAUV. *monsp.* 141.



*Chamaepitys moschata foliis serratis, an prima Dioscoridis.* BAUH. pin. 249. TOURN. inst. p. 208.

*Chamaepitys, sive iva moschata Monspelliensium.* BAUH. hist. III. p. 296.

*Chamaepitys spuria prior, sive anthyllis aliera.* DOD. pempt. 47.

OFF. *Chamaepithys moschata.*

LOC. In Comitatu *Nicaeensi*, & *Unelize* frequens ad vias, & secus agros. BIENNE.

VIR. Virtutes habet BUGULÆ *chamaepitheos*, sed principia possidet magis volatilia, & non modo viscidum mucum abstergit, sed cum efficacia humores resolvit, ita ut inter sudorifera locum mereatur. Convenit maxime iis in morbis, in quibus hae indicationes occurrunt.

148. TEUCRIUM *Chamaedrys.*

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 92. 93.

*Teucrium foliis cuneiformi-ovatis incisiss crenatis petiolatis, floribus ternis, caulibus procumbentibus subpilosis.* LINN. syst. 12. p. 388.

*Chamaedrys foliis firmis ovatis crenatis, verticillis paucifloris.* HALL. hist. 1. n. 286.

*Teucrium floribus verticillatis quaternis pedunculatis, calycibus inferne ventricosis, foliis ovatis inciso-crenatis petiolatis.* GOU. hort. monsp. p. 272. n. 13.

*Chamaedrys major repens.* BAUH. pin. 248.

*Teucrium officinale.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 414.

*Trissagine, o sia Camedri.* MATTH.

OFF. *Chamaedryos.*

VERN. *Calamandrina.*

LOC. In sylvis agri *Taurinensis*, & collium *Taurinensium* non rara locis siccis; uberior oritur similibus locis, & secus vias in montanis. PERENNE.

VIR. Subadstringens est amara, & subaromatica planta, continetque principia gummosa, & resinosa. Licet commodius menstruo partim spirituosum, ut vino, activa principia extrahantur, decoctum tamen, & efficax, & vulgatum medicamentum est. Cum aliqua tonica vi virtutes habet, quibus viscidum mucum abstergit, & corrigit vitium illud bilis, quod febres intermittentes facit. Usitatum remedium est apud rusticos adversus febres intermittentes. Jungitur utiliter usui corticis peruviani. Non sufficit in febribus paroxysmalibus paullo vehementioribus. Convenit maxime in febribus autumnalibus, atque iis, quae conjunctam habent quamdam lymphæ visciditatem ex suppressa perspiratione. Quotidianæ febrî, quae ex dicta causa pendeat, medetur prae cortice peruviano, similiterque convenit in febre quartana. Ad menses pellendos aliis emmenagogis stirpibus cum utilitate adjicitur, si non modo vasa aperienda sint, sed lymphæ visciditas amaro remedio subigenda. Arthritidi etiam succurrit, & in podagricis laudatur. Quod ad podagram pertinet, licet minime negaverim longo *Chamaedryos*, atque affinium plantarum usu posse podagram plurimum infirmari; minime tamen comprobo curationem podagrae, quae fit per medicamenta, cujusque generis fuerint. Vidi enim pluries usu saponaceorum, abstergentium, dissolventium, & tonicorum factum fuisse, ut podagra non amplius rediret, sed interim alia graviora mala advenisse, materia podagrica nobiliores partes obsidente. Id autem maxime sentiendum est de podagra confirmata, quae vere medicinam non recipit. Quum non parum calefaciat, non solet iis dari, quos febris continua tenet, attamen & locum habere potest in iis morbis febrilibus, in quibus magna lymphæ visciditas adest. Saepissime in usum venit extractum, quod datur a drachma semisse ad drachmam unam. Siccatorum foliorum pulvis exhibetur a drachma una ad drachmas duas.

149. TEUCRIUM *lucidum.*

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 74.

*Teucrium foliis ovatis acute inciso-serratis glabris, floribus axillaribus ternis, caule erecto laevi.* LINN. syst. 12. p. 388.

*Chamaedrys alpina frutescens folio splendente.* TOURN. inst. p. 205. MAGNOL. hort. Monspel. p. 52.

LOC. Ad montium radices circa *Lucerame*, & *Sospello* nascitur. Provenientem copiose vidit Cl. DANA in sylvis *Garrexianis*. Ad sepes circa *Constans Petrus* MO-



LINERI, *Franciscus PEYROLERI* in muris *See* non longe a *Bourg Saint Maurice*; etiam in monte *Du grand S. Bernard* lecta est haec *Teucris* species. *PERENNE*.  
*VIR.* Inusitata quidem planta, attamen *Chamaedryos* virtutes promittit.

## 150. TEUCRIUM flavum.

*Teucrium foliis cordatis obtuse serratis, bracteis integerrimis concavis, caule fruticoso, floribus ternis racemosis.* LINN. syst. 12. p. 388.

*Teucrium floribus verticillatis senis pedunculatis, calycibus inferne ventricosis, foliis subcordatis petiolatis crenatis, bracteis concavis integerrimis.* GOU. hort. 273. n. 14.

*Chamaedrys frutescens, Teucrium vulgo.* TOURN. inst. p. 203.

*Teucrium.* BAUH. pin. 247.

*Teucrium multis.* BAUH. hist. III. p. 290.

*Teucrium vulgare fruticans.* CLUS. hist. 1. p. 348.

*Teucris II.* MATTH.

*Loc.* In agro *Nicaeensi* ad rupes aridas, & sole percussas. *SUFFRUTEX*.

*VIR.* Apud *Nicaenses* loco *Chamaedryos* adhibetur, & vocatur *Grosse Germandré*.

Principiis volatilibus aromaticis *Chamaedrym* superat, atque majorem etiam efficaciam habere videtur.

## 151. TEUCRIUM scordium.

*Teucrium foliis oblongis sessilibus dentato-serratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso.* LINN. syst. 12. p. 388.

*Chamaedrys foliis mollibus hirsutis ellipticis crenatis, verticillis paucifloris.* HALL. hist. 1. n. 288.

*Teucrium floribus verticillatis quaternis pedunculatis, calycibus ventricosis, foliis ovatis sessilibus dentatis.* GOU. hort. monsp. 272. n. 12.

*Teucrium foliis ellipticis serrulatis sessilibus, floribus plerumque geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 251.

*Teucrium foliis sessilibus serratis mollibus, floribus ex alis binis.* BOHEM. Lips. p. 46. n. 101.

*Chamaedrys palustris canescens, seu scordium officinarum.* TOURN. inst. 205.

*Scordium.* BAUH. pin. 247.

*Teucrium palustre.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 411.

*Scordio.* MATTH.

*OFF. Scordium.*

*Loc.* In pascuis paludosis, aut humidis agri *Pedemontani*, & frequentius locis spongiosis, quae parum a lacubus distant. *PERENNE*.

*VIR.* Amarum est *Scordium*, subaromaticum, odorem alii spirans, qui pendet a principio quodam volatili aethereo. Anthelmintica virtute donatur. Magnam vim habet antisepticam, humores solvit, atque sudores movet. Efficaciter vere putredini resistit, atque convenit generatim in febribus peticularibus, iisque maxime, in quibus vires excitandae sunt, atque lymphae est a principio, quod ei inhaeret, corruptivae indolis expedienda. Si humores jam colliquari incipiant, acida vegetabilia *SCORDII* usui sunt adjungenda. Si febris maligna pendeat ex bile viridi sanguine affusa, quae solet ejusdem compagem solvere, *SCORDIUM* non sufficit, sed ad contrajervae decoctum cum spiritu salis conjunctum est confugiendum. Si febris maligna ardentem febrim subsequatur, neutiquam opportunum remedium sistit; potius acidis, atque attemperantibus curatio est perficienda. Cautè generatim in acutis febribus *SCORDIUM* debet adhiberi, atque iis tantum in casibus, qui calefacientia aut permittunt, aut exostulant. Convenit in febribus lentis nervosis, quarum causa saepe posita est in aliquibus reliquiis miliaris, & peticularis morbi lymphae tenaciter inhaerentibus. Remedium etiam febrifugum constituit *SCORDIUM*, atque utile praesertim iis in febribus ex genere intermittentium, in quibus aliquid putridi subest, & quae sustentantur a bile, quae majorem corruptionem contraxit, quam illam, quae facere solet febres legitimas intermittentes. Tunc autem maxime hoc remedii genus aptum est, quando lymphae aliquam visciditatem acquisivit. Gangrenae resistit, atque juvat forti decocto *SCORDII* partem gangraena affectam fovere; de ea autem gangraena



praesertim intelligendum hoc est, quae maligni humoris decubitus sequitur. Extractum SCORDII datur a drachma semisse ad drachmam unam.

## 152. TEUCRIUM Scorodonia.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 96.

*Teucrium foliis cordatis serratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto.* LINN. spec. p. 789.

*Chamaedrys foliis cordatis productis, spicis longissimis nudis heteromallis.* HALL. hist. tom. 1. n. 287.

*Teucrium calycibus bilabiatis inferne ventricosus, racemis secundis, foliis cordatis serratis petiolatis.* GOU. hort. monsp. p. 270. n. 2.

*Teucrium foliis cordatis crenatis, floribus racemosis, calycis labio superiore cordato, staminibus corollae longitudine.* GER. p. 278. n. 7.

*Scordium alterum, sive Salvia sylvestris.* BAUH. pin. 247.

*Scordotis, sive Scordium folio Salviae* BAUH. hist. III. p. 293.

*Teucrium sylvestre.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 412.

OFF. *Salvia agrestis*, s. *Scorodonia*.

LOC. In saxosis, & ad semitas sylvarum praesertim collium, ac montium frequenter reperitur. PERENNE.

VIR. Odor SCORDII suadet vires similes. Ad singultum, & ventriculi dolores utiliter in usum vocavi, quod a quibusdam *Alpicolis* didici.

## 153. TEUCRIUM montanum.

*Teucrium corimbo terminali, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosus.* LINN. spec. p. 791.

*Teucrium floribus subcapitatis, foliis integerrimis lanceolatis.* GOU. hort. monsp. p. 270. n. 3.

*Teucrium corymbo terminali, foliis integris angustis ellipticis, subtus incanis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 253.

*Polium lavandulae folio.* BAUH. pin. 220.

*Polium lavandulae folio, foemina recentiorum.* LOB. ic. p. 488.

Polio II. MATTH.

LOC. Abunde nascitur in sabulosis, & saxosis apricis locis meridiano sole percussis montium subalpinorum. LOBELIUS *montosa*, & *glareosa Sabaudiae* amare adnotavit. PERENNE.

VIR. Amara aromatica planta vires habet discutientes, carminativas, & sudorificas, utilisque est in febribus catarrhalibus, quibus aliquid maligni jungitur.

## 154. TEUCRIUM capitatum.

*Teucrium capitulis pedunculatis, foliis lanceolatis crenatis tomentosus, caule erecto.* LINN. spec. p. 792.

*Polium maritimum erectum monspeliacum.* BAUH. pin. 221.

*Polium monspessulanum.* BAUH. hist. III. par. 2. p. 299.

LOC. Minime rarum in Comitatu *Nicaeensi*. Oritur quoque secus arva in *Monteferrato*, & *Liguria*. PERENNE.

VIR. Vix in usum medicum recipitur, sed omnia suadent similes cum MARRUBIO albo virtutes obtinere.

## 155. TEUCRIUM polium.

*Teucrium capitulis subrotundis, foliis ovatis obtusis crenatis tomentosus sessilibus, caule prostrato.* LINN. spec. p. 792.

*Teucrium floribus subcapitatis, foliis linearibus sessilibus tomentosus apice crenatis.* GOU. h. p. 270. n. 4.

*Polium montanum album.* BAUH. pin. 221.

*Polium montanum luteum.* BAUH. pin. 220.

*Teucrium tomentosum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 407.

Polio. MATTH.

LOC. In saxosis jugi *D' Brauss Nicaeam* versus copiose nascitur. PERENNE.

VIR. Amara aromatica, atque oleum aethereum continens planta laudata est ad febres intermittentes tollendas. In iis autem febribus utilem esse crediderim, quae aromatica sudorifica, & resolventia medicamenta desiderant.



BUGULA. *TOURN. inst. 208. tab. 98.* AJUGA LINN. *gen. n. 601., syst. n. 705.*

Galea etiam nulla, sed loco galeae denticuli bini approximati.

156. **BUGULA** pyramidalis.

*ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 83. 84.*

*Ajuga tetragono-pyramidalis villosa, foliis radicalibus maximis. LINN. syst. 12. p. 387.*

*SCOP. Flor. Carn. p. 447. n. 2.*

*Bugula foliis angulosis hirsutis, calycibus villosis. HALL. hist. tom. 1. n. 283.*

*Bugula villosa. GERARD. Flor. Galloprov. p. 275. n. 2.*

*Teucrium (pyramidale) foliis anguloso-dentatis, caule simplici. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 252.*

*Consolida media Genevensis. BAUH. hist. III. p. 432.*

*Bugula sylvestris villosa flore caeruleo. TOURN. inst. 209.*

**B.** *Bugula sylvestris villosa flore albo. TOURN. inst. 209.*

**C.** *Bugula alpina maxima. TOURN. inst. 209.*

*Loc.* Abunde secus vias collium *Taurinensium*, & in montanis pratis. *Felix VALLE* legit varietatem c. ad radices montis *Chapé* prope *Chalmontium*, & in monte *le Vallon*, uti etiam inter pagum *Cels*, & arcem *Exilles. BIENNIS.*

*OBS.* AJUGA *Genevensis* LINNÆI non differt ab AJUGA *pyramidali*, & est mera varietas.

157. **BUGULA** alpina.

*ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 73.*

*Ajuga caule simplici, foliis caulinis radicalia aequantibus. LINN. mant. p. 80.*

*Bugula foliis ovatis hirsutis, calycibus villosis. HALL. hist. 1. n. 283.*

*Bugula alpina minor rubrifolia, flore ex rubro purpurascens. SCHEUCHZ. it. V. p. 424.*

*Loc.* Ad oras sylvarum, & in pascuis alpium vulgaris est. *BIENNIS.*

*DESC.* BUGULA *alpina* differt a BUGULA *pyramidali* foliis rugosis, magis ovatis confertioribus, hirsutis, brevissime, & latissime petiolatis, spica statim ex radice prodeunte. Radix fasciculus est teretium albarum fibrarum, quae circa medium fibrillas simplices utrinque demittunt. Ex summa radice rosulae foliorum, ex quibus statim caules digitales, aut sesquidigitales continuo foliosi, & florigeri nascuntur. Folia sunt ovata hirsuta hispida tribus evidentibus nervis, ut in *plantagine* exarata. Folia opposita, oppositionibus alternis. Ex qualibet axilla foliorum flores tres, quorum duo laterales sunt brevius pedunculati. Calyx inflatus ultra medium quinquefidus bilabiatus, segmentis duobus superioribus approximatis. Floris labium superius faciunt duo obtusi denticuli; labium inferius duas alas habet de more gentis, & medium segmentum cordatum, & emarginatum rosei coloris cum lineis purpureis. Caulis angulatus hirsutus totus floriger, & foliosus, ita ut flores inter folia abscondantur.

158. **BUGULA** reptans.

*ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 88.*

*Ajuga glabra stolonibus reptantibus. LINN. syst. 12. p. 387.*

*Bugula foliis ovatis dentatis, flagellis reptans. HALL. hist. 1. n. 282.*

*Bugula glabra. GERARD. Fl. Galloprov. p. 275. n. 1.*

*Teucrium (reptans) stolonibus reptantibus, caule simplicissimo, foliis ovatis crenatis.*

*CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 251.*

*Bugula. DOD. pempt. 135.*

*Consolida media, quibusdam Bugula. BAUH. hist. III. p. 432.*

*Bugula reptans. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 415.*

*Consolida media. MATTH.*

*OFF.* Bugula, Consolida media, & Symphitum medium.

*Loc.* Passim in pratis, & ad vias. *PERENNIS.*

*VIR.* Cum adstrictione abstergit, atque prodest in angina pituitosa, uvulae procidentia, in aphtis oris. Quum modice adstringat, confidenter adhiberi potest in sanguinis fluxu cohibendo; valentiora enim adstringentia magnam circumspectio-



nem expostulant, si praesertim sanguis ex pulmonibus veniat; laudatur etiam ad fluorem album mulierum; ulcera abstergit, atque hunc propter usum inter vulnerarias recensetur. In usum venit decoctum, aut succus expressus ab uncias duabus ad uncias tres.

## 159. BUGULA chamaepitys.

ICON TAUR. Vol. IV. tab. 91.

*Teucrium foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus sessilibus lateralibus solitariis, caule diffuso.* LINN. spec. p. 787.

*Bugula foliis imis linearibus, caulinis tripartitis.* HALL. hist. 1. n. 284.

*Bugula Chamaepitys.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 718.

*Teucrium floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis lineari-tripartitis integerrimis.* GOÛ. h. p. 270. n. 5.

*Chamaepitys lutea vulgaris, s. folio trifido.* BAUH. pin. 249.

*Chamaepitys vulgaris odorata flore luteo.* BAUH. hist. III. p. 295.

*Camepiti.* MATTH.

OFF. Chamaepitys, sive Ivae arteticae herba.

LOC. Oritur in agris sterilibus, & ad muros. BIENNIS.

VIR. Intense amara, resinosa, & abstergens planta est, stomacho utilis: mucum solvit, menses pellit, ad rheumaticos dolores, & arthritidem, morbosque omnes a lento muco productos vere efficax, si praesertim cum therebentina jungatur. Hac ratione adhibitam vidi profuisse in ipsa ischiade ex glutinoso tenaci humore. Monendum autem est in ea arthritide CHAMÆPITYM convenire, quae febrim acutam conjunctam non habet. Arthritis porro saepe cum febre, eaque etiam interdum acuta conjungitur, quae non nisi jam provento morbo calefacientium usum permittit. Gluten podagricum etiam solvit, sed, ut alias jam diximus, haec podagrae curatio periculo non vacat. Adjiciam denique in febribus intermittentibus anomalis, aut quotidiana, quae propter summam lymphae visciditatem cortici peruviano non obediunt, aut ejusdem usum subsequuntur, plurimum profuisse extractum CHAMÆPITEOS, quod etiam aliis amaris febrifugis eo in casu adjungi poterit.

## 4. GALEA NULLA, S. FLORE SEMIQUINQUEFIDO.

VERBENA. LINN. gen. n. 30., syst. n. 32. TOURN. tab. 94.

Corolla quinquefida subaequalis, tubo curvo. Stamina quatuor, vel duo. Semina in officinali quatuor, aut bina.

## 160. VERBENA officinalis.

ICON TAUR. Vol. I. tab. 21.

*Verbena tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario.* LINN. spec. p. 29.

*Verbena foliis tripartitis rugosis, spicis nudis gracilissimis.* HALL. hist. tom 1. n. 219.

*Verbena communis flore caeruleo.* BAUH. pin. 269.

*Verbena vulgaris.* BAUH. hist. III. 443.

*Verbena.* MATTH.

OFF. Verbenae herba.

LOC. Ad vias, & in ruderatis sat frequens. PERENNIS.

VIR. Pro vulnerario, aperiente, febrifugo, & caephalico commendata est etiam ab antiquissimis temporibus. Ejusdem usus exsolevit, experientia tantas vires non comprobante,



## C. PENTASTEMONES

## 1. SQUAMULIS IN FAUCE.

SYMPHYTUM. LINN. *gen. n.* 170., *sys. n.* 185. TOURN. *tab.* 56.

Corolla tubuloso-ventricosa ore quinquefido, segmentis rectis; fauce clausa radiis subulatis conniventibus.

## 161. SYMPHYTUM officinale.

ICON. TAUR. Vol II. tab. 2.

*Symphytum foliis omnibus alternis.* GOU. *hort. Monsp. p.* 83. *n.* 1.

*Symphytum foliis ovato-lanceolatis decurrentibus.* LINN. *spec. p.* 195. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 600.

*Symphytum foliis ovato-lanceolatis, caule alato.* HALL. *Helv.* 514.

*Symphytum Consolida major.* BAUH. *pin.* 259.

*Sinfito maggiore, o sia Consolida maggiore.* MATTH.

OFF. *Symphytum*, s. *Consolida major*.

LOC. Ubique ad fossas, rivulos, & loca humecta in agro *Pedemontano*. PERENNE.

VIR. Tota planta, sed praesertim radix glutinoso succo redundat, qui acria obtundit, & vulneratarum partium conglutinationem adjuvat. Utilis est in hemophthoë, urinae ardore, renum ulceribus, mensibus nimium fluentibus, tussi, diarrhaea, dyssenteria, aliisque morbis ab acris, & salsae lymphae irritatione productis. Datur in decocto a drach. duabus ad unc. unam, aut in substantia, & in pulverem contrita a scrupulo uno ad scrupulos quatuor. Si decoctum ore assumatur, diu decoquenda radix non est, ne nimis gravis stomacho evadat. In officinis extat syrupus de SYMPHYTO. Ingreditur emplastrum ad rupturas.

## 162. SYMPHYTUM tuberosum.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 3.

*Symphytum foliis inferioribus alternis, floralibus oppositis.* GOU. *h.* 83. *n.* 2.

*Symphytum semidecurrentibus foliis, summis oppositis.* LINN. *sys.* 12. *p.* 147.

*Symphytum radice tuberosa.* JACQ. *obs.* 3. *p.* 12. *tab.* 63., & *Flor. Austr. tab.* 225.

*Symphytum majus tuberosa radice.* BAUH. *pin.* 259.

*Symphytum tuberosum.* DOD. *pempt.* 134.

LOC. Ad agrorum margines, atque etiam in pratis locis montanis nascitur: copiosissime in montibus *Monregalensibus*. *Montium Nicaeensium* ad rivulos indigenam esse adnotavit GIUDICE. PERENNE.

VIR. Superioris principia, & virtutes habet.

BUGLOSSUM. TOURN. *inst. p.* 133. *tab.* 53. ANCHUSA. LINN. *gen. n.* 167., *sys. n.* 182.

Corolla infundibuliformis, tubo longo recto, segmentis limbiorbicularibus, orificio tubi clauso quinque squamulis.

## 163. BUGLOSSUM angustifolium.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 144. & Vol. XIII. tab. 90. f. 2.

*Buglossum angustifolium minus.* BAUH. *pin.* 256. TOURN. *inst.* 134. MORIS. *hist.* 3. *p.* 438. *s.* 11. *tab.* 26. *f.* 4.

*Buglossum foliis linguiformibus asperis, spicis supremis gemellis.* HALL. *hist.* 1. *n.* 599.

*Anchusa (Angustifolia) racemis subnudis conjugatis.* LINN. *spec. p.* 191.

*Borrago sylvestris perennis, flore rufo Kermesino.* ZAN. *hist.* 49. *tab.* 20.

*Echii facie, Buglossum minimum, flore rubente.* LOB. *ic.* 536.

LOC. Ad vias, & secus arva in agro *Pedemontano*. PERENNE.



## 164. BUGLOSSUM Barrellieri. N.

*Buglossum foliis ovato-lanceolatis, caule erecto, axillis foliorum florigeris, racemis florum unilateralibus.*

*Buglossum sylvestre minus flore azureo, radice perenni italicum.* BARR. ic. 333.

*Loc. Cl.* BELLARDI raram hanc BUGLOSSI speciem, quae solum a BARRELLIERI visa fuisse videtur, secus viam reperit inter Rocavion, & Robilant, & in valle Sturae prope Demont. PERENNIS.

*DESC.* Radix lignosa fusca intus dilute rubens. Folia ad radicem plurima elliptico-lanceolata per petiolum aliquantisper decurrentia in ambitu obsolete denticulata instructa petiolo lato canaliculato ad sui originem ampliore. Folia caulina sessilia semiamplexicaulia inordinatim nascentia erecta conferta magis lanceolata. Caulis angulatus striatus fere ex singulis astillis foliorum ramosus, rami interdum ramosi modo erecti, modo patentes, sed iterum sursum inflexi. Summus caulis etiam in ramos abit. Rami sunt florigeri, atque, si folia floralia exceperis, nudi sunt. Flores racemosi unilaterales axillares pedunculos habentes bracteis longiores. Cuilibet flori subiecta est bractea, sive foliolum aliis simile, sed minimum. Bracteae in oppositum latus reflectuntur. Flos azureus vix calyce major. Semina subtriquetra aspera. Folia radicalia sunt hispido-verrucosa; sensim pili molliores redduntur in caule, & foliis, ita ut demum molliter hirsuta evadant. Pedunculi, & summi rami hirsutiae subincani sunt.

## 165. BUGLOSSUM tinctorium.

*Anchusa ( tinctoria ) tomentosa, foliis lanceolatis obtusis, staminibus corolla brevioribus.*

LINN. spec. p. 192.

*Buglossum radice rubra, s. Anchusa vulgatiores floribus caeruleis.* TOURN. inst. p. 34.

*Anchusa puniceis floribus.* BAUH. pin. 255.

*Anchusa monspeliaca.* BAUH. hist. III. p. 584.

*Buglossum tinctorium.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 278.

*Loc.* Nascitur in aridis, siccis, & arenosis. PERENNE.

*VIR.* Radix rubrum colorem praebet, ita ut data opera in GALLIA calidiori excolatur.

## 166. BUGLOSSUM sempervirens.

*ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 95.*

*Anchusa ( sempervirens ) pedunculis diphyllis capitatis.* LINN. spec. p. 192.

*Buglossum latifolium sempervirens.* BAUH. pin. 256., MORIS. hist. 3. p. 437. s. 11. tab. 26. f. 2.

*Loc.* In arvis macilentis, & ad eorum margines in Comitatu Astensi, & Monteferrato, etiam in vineis Taurinensibus adinvenitur. PERENNE.

*VIR.* BUGLOSSUM angustifolium, & sempervirens viribus conveniunt cum officinali, quod prae reliquis ad culinae usum colitur. Virtus hisce plantis inest demulcens, & attemperans. Succum BUGLOSSI ad pleuritidem laudavit Summus BOERRHAAVE; opportunus videtur in pleuritide biliosa; utiliter etiam dari potest iis, quos tenet alvi fluxus ab acrium particularum irritatione genitus. Perperam floribus BUGLOSSI vires cardiacaе tributae sunt. Succu dosis esse poterit ab unciiis duabus ad uncias quatuor.

BORAGO. LINN. gen. n. 172., syst. n. 188.

Corolla fere sine tubo rotata profunde quinquefida, segmentis cuspidatis; fauce clausa radiis duorum ordinum.

## 167. BORAGO officinalis.

*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 5.*

*Borago foliis omnibus alternis, calycibus patentibus.* LINN. spec. p. 197.

*Borago foliis asperis lanceolatis, palis florum duplicatis.* HALL. hist. 1. n. 607.

*Buglossum latifolium, Borago.* BAUH. pin. 256.

*Loc.* Ad vias, & semitas quandoque occurrit in agro Pedemontano, & Provincia Astensi, locis, quae remota ab hortis sunt, ita ut indigena videatur. ANNUA.



*VIR.* Oleracea, succulenta habet succum nitrosum, quemadmodum constat ex observationibus *Cl. MARCGRAFF* in *Com. Berol. an. 1747.* Attemperat, humores blande solvit. Convenit in biliosis melancholicis, in febribus ardentibus. *LAZERME* commendat in pleuritide, & peripneumonia. Datur succus ab unc. duabus ad uncias quatuor. Flores non sunt cardiaci.

LYCOPSIS. LINN. *gen. n. 174., syst. n. 190.*

Corolla tubulosa, tubo inflexo, limbo quinquefido, laciniis obtusis quodammodo irregularibus. Ad faucem squamulae quinque prominentes.

168. **L**YCOPSIS variegata.

*Lycopsis foliis repandis dentatis callosis, caule decumbente, corollis cernuis.* LINN. *spec. p. 198.*

*Lycopsis foliis hispidis verrucosis, flore variegato.* HALL. *Gott. 224.*

*Lycopsis foliis asperrimis undulatis serratis linguiformibus.* HALL. *hist. 1. n. 605.*

*Buglossum creticum minimum odoratum, flore vario eleganti.* TOURN. *inst. 134.*

*Boragine murale variegata con fiore odorato di Candia.* ZANON. *inst. 37.*

*Loc.* In agro *Nicaeensi* lecta est a *D. GIUDICE.* *ANNUA.*

169. **L**YCOPSIS arvensis.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 148.*

*Lycopsis foliis lanceolatis hispidis, calycibus floresentibus erectis.* LINN. *spec. p. 199.*

*Lycopsis foliis asperrimis undulatis serratis linguiformibus.* HALL. *hist. 1. n. 605.*

*Lycopsis foliis lingulatis sinuatis asperis, caeruleo flore.* HALL. *Helv. 523.*

*Buglossum sylvestre minus.* BAUH. *pin. 257.*

*Echioides.* RIV. *mont. tab. 7.*

*Loc.* Abunde locis siccis agri *Nicaeensis.* Ego legi copiose inter *Pinerolo*, & *la Perosa*; non infrequens est ad vias, & secus arva collium calidiorum. *ANNUA.*

CYNOGLOSSUM. LINN. *gen. n. 168., syst. n. 183. TOURN. tab. 57.*

Corolla tubo brevi, segmentis orbicularibus. Squamae quinque in medio tubo, atque harum loco quandoque tumores, aut plicae. Capsulae quatuor depressae asperae interiori latere stylo affixae monospermae.

170. **C**YNOGLOSSUM officinale.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 18.*

*Cynoglossum fructu echinato, foliis imis petiolatis, caulinis sessilibus amplexicaulibus.*

SCOP. *Flor. Carn. p. 439. n. 2., ed. 2. n. 191.*

*Cynoglossum staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosiss sessilibus.*

LINN. *spec. p. 192.*

*Cynoglossum foliis ellipticis lanceolatis sericeis, caule folioso.* HALL. *hist. 1. n. 587.*

*Cynoglossum majus vulgare.* BAUH. *pin. 257.*

*Cinoglossa vulgare.* MATTH.

*OFF.* *Cynoglossae radix, & herba.*

*VERN.* *Lenga de Can,*

*Loc.* Nihil ad vias frequentius. *BIENNE.*

*VIR.* Odor foetidus, & narcoticus totius plantae, & suspectam plantam indicat, & ejusdem vim narcoticam prodit. Sunt qui commendaverint in tussi, & dissenteria, sed funesti effectus monent prudentiorem rem esse ab ejusdem usu abstinere. Si enim remedia narcotica sint adhibenda, consultius est ad opium confugere, cujus actionem convenienti dosi commodius metiri Medicus potest. Vis narcotica in principio volatili oleoso posita est, quod longa decoctione diffatur, & vix in extracto superest; neque verisimile est in pillulis de cynoglossa ejusdem plantae veram vim adhuc persistere, ita ut potius ab opio, quod harum pillularum compositionem ingreditur, sit repetenda. In tussi ex irritatione adhibentur pillulae de cynoglossa. Caute hoc remedii genere utendum est in morbis acutis, neque in



usum veniant, si sputa crassa sint, aut in pulmonibus congestiones extiterint, aut in iis haereat materia naturæ phlogisticae. Emplastrum ex foliis contritis utile est ad tumores glandularum resolvendos.

171. CYNOGLOSSUM cheirifolium.

*Cynoglossum corollis calyce duplo longioribus, foliis lanceolatis.* LINN. spec. p. 193.

*Cynoglossum foliis spathulatis incanis tomentosis semiamplexicaulibus.* GOU. h. 82. n. 2.

*Cynoglossum foliis sericeis, palis hirsutis cylindricis.* HALL. Gott. 223.

*Cynoglossum creticum argenteo angusto folio.* BAUH. pin. 257. GARID. cum icone.

*Cynoglossum argenteum.* LAM. Fl. Franc., tom. 2. p. 277.

Loc. Nicaeae crescit. Circa *Lucerame Honoratus* CAUVINI. ANNUUM.

172. CYNOGLOSSUM omphalodes.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 46.

*Cynoglossum fructu glabro, foliis petiolatis ovatis, caule repente.* SCOP. Flor. Carn. p. 439. ed. 2. n. 190. tab. 3.

*Cynoglossum repens foliis radicalibus cordatis.* LINN. spec. p. 193.

*Symphytum minus boraginis facie.* BAUH. pin. 209.

Loc. In sylvis, & dumetis umbrosis circa oppidum *la Ca di Prà* in provincia *Aquensi*. PERENNE.

ASPERUGO. LINN. gen. n. 173., syst. n. 189. TOURN. tab. 54.

Calyx quinquefidus post florescentiam compressus, forma bivalvi. Corolla infundibuliformis, tubo recto brevissimo, limbo semiquinquefido; Squamulae quinque in fauce positae.

173. ASPERUGO procumbens.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 11.

*Asperugo calycibus fructus compressis.* LINN. spec. p. 198. HALL. hist. 1. n. 606.

*Asperugo calycibus fructiferis reflexis cauli adpressis.* GOU. h. 85. n. 1.

*Asperugo vulgaris.* TOURN. inst. 135. GARID. tab. 9.

*Buglossum sylvestre caulibus procumbentibus.* BAUH. pin. 257.

Loc. Copiose nascitur *Nicaeae* ad sepes, & arva. *Taurini* TERRANEUS legit ad sepes hortorum inter *Portam novam*, & *Segusinam*. Ibi quoque a me lecta fuit. Secus arva in *Sabaudia* rara non est. ANNUA.

2. FAUCE NUDA

PULMONARIA. LINN. gen. n. 169., syst. n. 184. TOURN. tab. 55.

Calyx prismatico-pentagonus quinquefidentatus. Corolla infundibuliformis ex tubo longiori in limbum quinquefidum concavum expansa, laciniis rotundis erectis.  
Faux pervia.

174. PULMONARIA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 4.

*Pulmonaria foliis radicalibus ovato-cordatis scabris.* LINN. spec. p. 194. HALL. hist. 1. n. 597.

*Pulmonaria foliis radicalibus in petiolum decurrentibus, caulinis sessilibus semiamplexicaulibus.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 194.

*Pulmonaria vulgaris latifolia.* TOURN. inst. 137.

*Symphytum maculosum, seu pulmonaria latifolia.* BAUH. pin. 259.

*Pulmonaria.* MATTH.

OFF. Pulmonariae herba.

Loc. Nihil vulgatius in sylvis collinis, & montanis. PERENNIS.

VIR. Laudatur uti vulnerarium in pectoris morbis, sed nihil aliud praestat quam attemperare, & demulcere sua visciditate.



## 175. PULMONARIA angustifolia.

*Pulmonaria foliis radicalibus lanceolatis.* LINN. spec. p. 194. HALL. hist. 1. n. 598.

*Pulmonaria foliis radicalibus in petiolum decurrentibus, caulinis sessilibus semiamplexicaulibus.* SCOP. Flor. Carn. p. 442. n. 1.

*Pulmonaria foliis radicalibus ovato-lanceolatis inferius decurrentibus.* BOHEM. Lips. n. 30.

*Pulmonaria foliis radicalibus linguiformibus.* HALL. Helv. 517.

*Pulmonaria rubro flore foliis echii.* BAUH. hist. III. p. 597.

*Pulmonaria alpina angustifolia italica.* BOCC. mus. 2. p. 110. tab. 80.

OFF. *Pulmonaria angustifolia.*

Loc. Minime rara est locis apricis sylvarum editiorum collium *Taurinensium*, & montium subalpinorum. PERENNIS.

CERINTHE. LINN. gen. n. 171., syst. n. 186. TOURN. tab. 86.

Calyx quinquefidus laciniis inaequalibus. Corolla tubuloso-ventricosa, ore quinquefido, dentibus conniventibus, aut apertis, etiam revolutis. Capsulae duae biloculares ex seminibus coalitis.

## 176. CERINTHE major.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 52., & Vol. XXIII. tab. 80.

*Cerinte foliis amplexicaulibus ovatis, floris denticulis revolutis brevissimis.* HALL. hist. 1. n. 602.

*Cerinte foliis amplexicaulibus, corollis obtusiusculis patulis.* LINN. syst. 12. p. 147.

*Cerinte foliis caulem amplexantibus, dentibus floris revolutis brevissimis.* HALL. Gott. 220.

*Cerinte quorundam major spinoso folio, flore flavo.* BAUH. hist. III. p. 602.

Loc. In alpibus *Valdensium* observavi, ni fallor, circa *Rodoret*. ANNUA.

## 177. CERINTHE minor.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 12., & Vol. XXII. tab. 1.

*Cerinte foliis, amplexicaulibus integris corollis acutis clausis.* LINN. syst. 12. p. 147.

JACQ. Fl. Austr. tab. 124.

*Cerinte floribus semiquinquefidis.* HALL. Gott. 220.

*Cerinte minor.* BAUH. pin. 258.

*Cerinte minor, s. quarta.* CLUS. hist. 2. p. 168.

Loc. Abunde in pratis sterilibus, & secus arva circa *Segusium*. In arvis *Montisferrati* frequens. TERRANEUS circa *Taurinum* reperit. Cl. BELLARDI secus flumen *Duriam* in arenosis. ANNUA.

## 178. CERINTHE maculata.

*Cerinte foliis amplexicaulibus emarginatis corollis acutis clausis.* LINN. spec. ed. 1. p. 137.

*Cerinte alpina perennis, flore striato.* TOURN. inst. 79.

*Glastum montanum.* LUGD. 1204.

Loc. In pratis, & pascuis subalpinis alpium *Cottiarum* frequens. PERENNIS.

OBS. Differt a superiori foliis ovatis emarginatis amplioribus constanter maculatis intensius glaucis, caule erecto, flore utique luteo, sed versus denticulos purpurascens.

ONOSMA. LINN. syst. n. 187.

Corolla tubuloso-ventricosa, ore quinquefido. Semina quatuor distincta.

## 179. ONOSMA echioides.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 6.

*Onosma foliis lanceolatis hispidis, fructibus erectis.* LINN. spec. p. 196.

*Symphytum foliis lingulatis hispidis.* HALL. hist. 1. n. 601.

*Symphytum foliis lingulatis hispidis, flore palis destituto.* HALL. Helv. 515.

JACQ. Flor. Austr. tab. 295.

*Symphytum echii folio angustiore, radice rubra, flore luteo.* TOURN. inst. 138.

*Anchusa lutea minor.* BAUH. pin. 255.



*Anchusa echioides lutea, cerinthes flore, montana.* COL. *ecphr.* 1. p. 182.

*Loc.* Frequentissima ad rupes arcis la *Brunetta*, & circa *Segusium*. Passim in Comitatu *Nicaeensi*, & provincia *Aquensi*, & in valle *Augustae Praetoriae*, neque desideratur in vallibus calidioribus alpium locis apricis, & saxosis, atque in Comitatu *Astensi*. *PERENNIS*.

ECHIUM. LINN. *gen. n.* 175., *syst. n.* 191. *TOURN. tab.* 54.

Calyx profunde quinquepartitus. Corolla tubuloso-campaniformis, limbo erecto inaequali fere bilabiato. Stamina inaequalia.

180. ECHIUM italicum.

*Echium caule erecto piloso, spicis hirsutis, corollis subaequalibus, staminibus longissimis.* LINN. *spec. p.* 200.

*Echium foliis hirtis lingulatis, calycibus pungentibus, ex alis spiciferum.* HALL. *hist. 1. n.* 604.

*Echium majus, & asperius flore albo.* BAUH. *pin.* 254. CAM. *epit. p.* 738.

*Echium majus flore albo.* BAUH. *hist. III. p.* 588.

*Loc.* In arenoso litore *Duriae* circa *Taurinum* non infrequens. Secus viam prope *Chalmortium* reperit VALLE. Locis siccis *Nicaeensibus* vulgare est. Secus flumen *Bormida* in *Monteferrato*, & secus flumen *Scriveria* in agro *Dertonensi* copiose nasci observavit *Ignatius MOLINERI*. *BIENNE*.

181. ECHIUM vulgare.

*ICON. TAUR. Vol. II. tab.* 6.

*Echium caule tuberculato hispido, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus.* LINN. *spec. p.* 200.

*Echium foliis asperis lingulatis, calycibus hirsutis, ex singulis alis spiciferum.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 603.

*Echium spicis lateralibus, foliis lanceolatis hispidis.* SCOP. *Flor. Carn. p.* 446. *n. 1., ed. 2. n.* 200.

*Echium vulgare.* BAUH. *pin.* 254.

*Onosma.* MATTH.

*Loc.* Ad semitas locis aridis, & saxosis ubique. *BIENNE*.

182. ECHIUM lusitanicum.

*Echium corollis stamine longioribus.* LINN. *spec. p.* 200.

*Echium caule simplici, foliis caulinis lanceolatis sericeis, floribus spicatis lateralibus.* ROY. *Lugdb.* 407.

*Echium amplissimo folio, lusitanicum.* TOURN. *inst. p.* 135.

*Loc.* In agro *Nicaeensi*. *ANNUUM*.

183. ECHIUM plantagineum.

*Echium foliis radicalibus ovatis lineatis petiolatis.* LINN. *mant. p.* 202.

*Echium lato plantaginis folio italicum.* BARR. *rar. 145. tab.* 1026. *ENUM. NIC. p.* 60.

*Loc.* Ubique ad vias, & loca sicca *Nicaeae*. *BIENNE*.

LITHOSPERMUM. LINN. *gen. n.* 166., *syst. n.* 181. *TOURN. tab.* 55.

Corolla infundibuliformis, limbo quinquefido. Faux perforata sine squamulis. Semina quatuor dura.

184. LITHOSPERMUM officinale.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab.* 137.

*Lithospermum seminibus laevibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis.* LINN. *spec. p.* 189.

*Lithospermum caule erecto ramosissimo, floribus calycem vix superantibus.* HALL. *hist. 1. n.* 595.

*Lithospermum foliis nervosis rigidis, floribus in alis sessilibus.* HALL. *Gott.* 220.

*Lithospermum majus erectum.* BAUH. *pin.* 158.



*Litospermo minore.* MATTH.

OFF. *Lithospermum*, s. *Milium solis*.

LOC. Ad semitas locis aridis, & arvis uberrime. PERENNE.

VIR. *Lithospermi* seminibus, quae insipidam terream substantiam continent, perpetuam vires diureticae, & lithontripticae tributae sunt. Radix rubro diluto colore tingit.

185. LITHOSPERMUM arvense.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 140.

*Lithospermum* seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. LINN. spec. p. 190.

*Heliotropium* foliis lingulatis, floribus tubulosis. HALL. hist. n. 594.

*Buglossum arvense* annuum *Lithospermi* folio. TOURN. inst. 133.

*Lithospermum arvense* radice rubra. BAUH. pin. 258.

*Anchusa arvensis minor*, facie milii solis. TABERN. p. 849.

LOC. In arvis passim. ANNUUM.

OBS. Non eas plicas duplicatas habet, quales adsunt in *Heliotropio*, neque flos est hypocrateriformis; habitus etiam omnino LITHOSPERMI non sinunt hanc stirpem a LITHOSPERMI genere remove.

186. LITHOSPERMUM purpuro-caeruleum.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 139.

*Lithospermum* seminibus laevibus, corollis calycem multoties superantibus. LINN. spec. p. 190.

*Lithospermum* caulibus decumbentibus radicatis, ramis floralibus erectis. HALL. hist. 1. n. 596.

JACQ. Fl. Austr. tab. 14.

*Lithospermum* caulibus sterilibus procumbentibus radicatis floriferis erectis. HALL. Gott. 221.

*Lithospermum minus repens latifolium*. BAUH. pin. 258.

*Lithospermum majus*. DOD. pempt. 83.

*Lithospermum violaceum*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 271.

OFF. *Lithospermum repens*.

LOC. In arvis *Nicaeensis* frequens est. Passim occurrit in sylvis caeduis apricis collium, uti etiam ad radices montium. PERENNE.

HELIOTROPIUM. LINN. gen. n. 164., syst. n. 179. TOURN. tab. 57.

Corolla hypocrateriformis, limbo quinquefido, centro floris plicato sine glandulis.

187. HELIOTROPIUM europaeum.

ICON. TAUR. vol. I. tab. 136.

*Heliotropium* foliis ovatis integerrimis tomentosiss rugosis, spicis conjugatis. LINN. spec. p. 187.

*Heliotropium* foliis petiolatis ovatis, spicis inferioribus simplicibus, supremis gemellis. HALL. hist. Tom. 1. n. 593.

JACQ. Flor. Austr. tab. 207.

*Heliotropium* foliis ovatis petiolatis, caule erecto. GOU. hort. 78. n. 1.

*Heliotropium majus dioscoridis*. BAUH. pin. 253.

*Heliotropium majus solani folio*, flore echii adunco caudato scorpioidis. LOB. adv. 101. ic. p. 260.

*Heliotropium erectum*. LAM. Flor. Franc. Tom. 2. p. 281.

*Heliotropio maggiore*. MATTH.

OFF. *Heliotropium*, sive *Verrucaria*.

LOC. Frequens in agris *Pedemontanis*, sicuti jam olim animadvertit LOBELIUS. ANNUUM.

VIR. Neglecta planta est, licet olim commendata ad verrucas, & scrophulas tollendas extrinsecus applicita, quum viderint Medici hasce virtutes experimento non respondere.



MYOSOTIS. LINN. *gen. n.* 165., *syst. n.* 180. TOURN. *tab.* 126.

Flos est Heliotropii, sed ad fauces oris glandulas habet, interjectis albidis plicis.

188 MYOSOTIS palustris.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 142. 143.

Scorpiurus perennis floribus majoribus. HALL. *Helv.* 520.

Heliotropium foliis glabris. BOHEM. *Lips. n.* 31.

Echium scorpioides palustre. BAUH. *pin.* 254.

Echium scorpioides solisecum, flore majore caeruleo, & albo. BAUH. *hist. III.* p. 589.

Loc. Ad rivulos, & in humectis abunde. PERENNIS.

189. MYOSOTIS nana.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 90. fig. 1.

Myosotis foliis tomentosis, seminum marginibus serrato-marginatis invicem conjunctis.

VILL. *prosp. p.* 21. tab. 23. fig. 3.

Scorpiurus foliis ovatis, spica pauciflora, calycibus tomentosis. HALL. *hist. 1. n.* 592.

Echium scorpioides alpinum nanum supinum. BOCC. *mus. p.* 149. tab. 129.

Lithospermum alpinum tomentosum minimum. TOURN. *inst. p.* 137.

Lithospermum montanum saxatile minus perenne flore caeruleo. SEGUIER. *Supplem. p.* 112.

Loc. Abunde in monte Cenisio, in alpinis Grajis locis editioribus, & nivosis. PERENNIS.

190. MYOSOTIS arvensis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 142.

Myosotis seminibus nudis, foliis lanceolatis obtusis. GERARD. *Flor. Galloprov. p.* 297.

Scorpiurus annuus flore parvo. HALL. *Helv.* 519.

Heliotropium foliis hirsutis. BOHEM. *n.* 32.

Lithospermum arvense minus. TOURN. *inst.* 137.

Echium scorpioides arvense. BAUH. *pin.* 254.

Echium scorpioides solisecum flore minore. BAUH. *hist. III.* p. 589.

Loc. Abunde in agris. ANNUA.

191. MYOSOTIS lappula.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 147.

Myosotis seminis aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. LINN. *spec. p.* 189.

Cynoglossum glandulis in faucibus florum glabris. HALL. *hist. 1. n.* 589.

Cynoglossum lappula. SCOP. *Flor. Carn. ed. 2. n.* 192.

Cynoglossum glandulis glabris, seminibus nudis hispidis. HALL. *Gott.* 222.

Buglossum angustifolium semine echinato. TOUR. *inst.* 134.

Guetardia Manetti. VIRID. *Fl. p.* 36.

Cynoglossa montana minor altera serotina. COL. *ecphr. p.* 180.

Loc. In agris sterilibus, & ad vias sat frequens est. ANNUA.

192. MYOSOTIS apula.

Myosotis seminibus nudis, foliis hispidis, racemis foliosis. LINN. *spec. p.* 189.

Lithospermum seminibus laevibus, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis.

ROY. *Lugdb.* 405. SAUV. *monsp.* 62.

Echium luteum minimum. BAUH. *pin.* 254.

Buglossum luteum annuum minimum. TOURN. *p.* 134.

Anchusa lutea minor. BAUH. *hist. III.* 583.

Echioides lutea minima apula, campestris. COL. *part. 1.* 184.

Loc. In Comitatu Nicaeensi, & agro Uneliensi locis sterilibus, & secus arva. ANNUA.



## IV. ANGIOSPERMÆ RINGENTES

## A. MONANGIÆ.

OROBANCHE. LINN. *gen. n.* 677., *syst. n.* 779. TOURN. *tab.* 81.

Calyx quatuor, vel quinquefidus. Corollae labium superius emarginatum, inferius trifidum. Stamina quatuor. Capsula bivalvis polysperma.

## 193. OROBANCHE major.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 51. 52. 53.

Orobanche caule simplici, bracteis solitariis, calyce quadrifido. LINN. *mant.* p. 422. HALL. *act.* 6. p. 20.

Orobanche caule simplici, stipula unica, calyce quadrifido. HALL. *hist.* 1. n. 295.

Orobanche caule simplicissimo, calycibus 2-3-phyllis. CRANTZ. *fasc. IV.* ed. 2. n. 291.

Orobanche caule simplicissimo supra florifero. GMEL. *Sib.* 3. p. 214.

Orobanche major *Caryophyllum olens*. BAUH. *pin.* 87.

Orobanche flore majore. BAUH. *hist.* II. p. 780.

Rapum *Genistae*, sive *Hippospartium aphyllon*, foliis galeatis *tragorchidis*. LOB. *adv.* p. 407.

Orobanche. MATTH.

Loc. Nascitur abunde in collibus *Taurinensibus* sterilibus. ANNUA.

## 194. OROBANCHE ramosa.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 50.

Orobanche caule ramoso, corollis quinquefidis. LINN. *spec.* p. 882.

Orobanche caule ramoso, flore quinquepartito. HALL. *hist.* 1. n. 296.

Orobanche ramosa. BAUH. *pin.* 88.

Orobanche. CAM. *epit.* p. 311.

Loc. Vidi inter segetes in agro *Taurinensi*. Frequens inter cannabim. ANNUA.

## 195. OROBANCHE purpurea.

JACQ. *Flor. Austr.* p. 41. tab. 276. *Hort. Vindob.* p. 252.

Orobanche (laevis) caule simplici, bracteis ternis, calyce quinquefido. LINN. *mant.* p. 422.

HALL. *hist.* 1. n. 194.

Orobanche caule simplici caeruleo, bracteis brevibus. SAUV. *monsp.* 4.

Orobanche majore flore. BAUH. *pin.* 88. MORIS. *hist.* 3. *secl.* 12. tab. 16. f. 2.

Orobanche magna purpurea *monspessulana*. BAUH. *hist.* II. p. 782.

Loc. Locis apricis saxosis calidioribus collium *Taurinensium*, & Comitatus *Nicaeensis*. ANNUA.

LATHRÆA. LINN. *gen. n.* 661., *syst. n.* 743. TOURN. *tab.* 481.

Calyx quadrifidus. Stamina quatuor. Labium superius integrum, inferius trifidum. Capsula bivalvis polysperma. •

## 196. LATHRÆA squamaria.

*Lathraea* caule simplicissimo, corollis pendulis, labio inferiore trifido. LINN. *spec.* p. 844.

*Lathraea* caule subterrestri simplicissimo, floribus unilateralibus in series digestis. CRANTZ. *fasc. IV.* ed. 2. p. 293.

*Squamaria* orobanche. SCOP. *Flor. Carn.* ed. 2. p. 760.

*Squamaria* (*Lathraea*) caule simplicissimo, floribus pendulis, labio inferiori trifido. HALL. *hist.* 1. n. 297.

*Clandestina* pendulifolia. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 329.

*Squamaria*. RIV. *Mon.* tab. 88. HALL. *Helv.* 611.

Orobanche radice dentata major. BAUH. *pin.* 288.



*Anblatum Cordi, sive Aphyllum.* BAUH. *hist.* II. p. 783.

*Dentaria.* MATTH.

*Loc.* Observavi in umbrosis secus viam, quae ducit ad *Eremum*, non longe a *Vinea Reginae* parasyticam Ulmi. Circa *Azelio Cl.* BELLARDI. *PERENNIS.*

UTRICULARIA. LINN. *gen. n.* 29., *sys. n.* 31.

Calyx diphyllus. Corolla bilabiata, rictu clauso calcarata.

Stamina duo. Capsula bivalvis polysperma.

197. UTRICULARIA vulgaris.

*ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 25.*

*Utricularia nectario conico, scapo paucifloro.* LINN. *spec. p.* 26. HALL. *hist. tom. 1. n.* 290.

*Lentibularia vulgaris.* TOURN. *inst.* 479.

*Millefolium aquaticum, flore luteo galericulato.* BAUH. *hist.* III. p. 783.

*Millefolium aquaticum lenticulatum.* BAUH. *pin.* 141.

*Loc.* In stagnis circa *Civasso*, & *Villanova Astensium*. In spongiosis prope *la Marsaglia* lectam communicavit *Thomas PRIM. Cl.* BELLARDI. in fossis circa *Bourgmasin*. Vulgaris est ad lacus, & paludosa in planitie *Pedemontana*. *PERENNIS.*

PINGUICULA. LINN. *gen. n.* 28., *sys. n.* 30. TOURN. *tab.* 74.

Calyx bilabiatus quinquefidus. Corolla tubuloso-ventricosa patens. Labium superius bifidum, inferius trifidum. Stamina duo bifurca.

Capsula bivalvis, polysperma.

198. PINGUICULA lusitanica.

*Pinguicula nectarii apice incrassato.* LINN. *spec. p.* 25.

*Viola palustris, pinguicula dicta lusitanica.* GRIS. *Lusit.*

*Loc.* Ex alpebus *Vinadiensibus* misit *Cl. GIAVELLI.* *PERENNIS.*

199. PINGUICULA vulgaris.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 18.*

*Pinguicula nectario cylindraneo longitudine petali.* LINN. *spec. p.* 25.

*Pinguicula calcare floris longitudine.* HALL. *hist. 1. n.* 292.

*Pinguicula calcare gracili cylindrico violaceo flore.* HALL. *Helv.* 611.

*Pinguicula montana flore calcari donato.* BAUH. *pin.* 243.

*Pinguicula Gesneri.* BAUH. *hist. III. p.* 546.

*OFF.* Pinguicula.

*Loc.* Ad radices alpium in umbrosis asperis rupibus aquarum stillicidio irriguis sat frequens est. *PERENNIS.*

*VIR.* Folia oleosum pinguem humorem exsulant, & oleo infusa apud nostros *Alpicolas* vulnerariam medicinam sistunt pro usu externo. Hinc ad fissuras mammarum in pecoribus utiliter imponuntur. Intus adhibita dicuntur alvum ducere. Sed ad hunc usum non solet adhiberi, suspecta enim planta est, & pecoribus, si eam comedant, noxia. LAPPONES super filtrum folia recentia imponunt; atque lac calens, sive statim emultum eisdem affundunt, ut lac in aequalem substantiam, atque gratam lac hiperboreum dictam cogant, cujus lactis cochlear unum, aut alterum novam lactis quantitatem similiter figit.

200. PINGUICULA alpina.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 19.*

*Pinguicula nectario conico, petalo brevior.* LINN. *spec. p.* 25.

*Pinguicula calcare brevissimo.* HALL. *hist. 1. n.* 293.

*Pinguicula calcare conico, flore albo brevior.* CRANTZ. *fasc. IV. ed. 2. p.* 288.

*Pinguicula calcare lato conico, flore albo.* HALL. *Helv.* 612.

*Pinguicula flore albo minore, calcari brevissimo.* RAJ. *hist. p.* 752.



Loc. Reperi ad nivis deliquescentis stillicidia in monte *Cenisio* loco *los laros*. Etiam in alpihus *di Viù*, & *Valdensium* non infrequens est. *PERENNIS*.

201. *PINGUICULA villosa*.

*Pinguicula scapo villoso*. LINN. *spec.* p. 25.

*Pinguicula cornubiensis flore minore carneo*. RAJ. *hist.* p. 752.

Loc. Ex alpihus *Vinadiensibus* misit Cl. GIAVELLI. *PERENNIS*.

TOZZIA. LINN. *gen. n.* 663., *sys. n.* 745.

Calyx tubulosus quinquentatus. Corollae tubulosae labium superius bifidum, inferius tripartitum, laciniis omnibus fere aequalibus.

Stamina quatuor. Capsula bivalvis monosperma.

202. **T**OZZIA alpina. LINN. *spec.* p. 844., HALL. *hist.* 1. n. 298.

JACQ. *Flor. Austr.* tab. 165.

*Tozzia alpina lutea alsines folio, radice squamata*. MICH. *gen.* p. 20. tab. 16.

*Euphrasia lutea alsines folio, radice squamata*. BAUH. *pin.* 234. *prodr.* III.

*Anonima Fratris Gregorii radice dentaria*. COL. *ecphr.* 2. p. 49.

Loc. Circa *Vinadii* thermas in montibus *le Vallon di S. Anna*. Incolit loca frigida umbrosa, & irrigua. Frequens in alpihus supra *Giaveno*. Collecta est a Cl. BELLARDI in alpihus *Pralugnan*. *ANNUA*.

L I N D E R N I A N.

Calyx pentaphyllus. Corollae labium superius integrum, inferius tripartitum.

Stamina quatuor, duobus bifurcatis. Capsula bivalvis unilocularis polysperma.

203. **L**INDERNIA pyxidaria. MISC. TAUR. *Tom.* 3. p. 178. LINN. *mantiss.* p. 252.

ICON. TAUR. *Vol.* XVI. tab. 84.

*Capraria* (gratioloides) foliis oppositis sessilibus ovatis integerrimis, pedunculis solitariis, caule repente. LINN. *sys.* 12. p. 419.

*Alsinoides paludosa foliis anagallidis similibus, flosculis monopetalis rubescentibus, capsula oblonga*. LINDERN. *Pl. Als.* tab. 5. 9. p. 156.

*Antirrhinum palustre minus Centaurii minoris foliis* D. Gagnebin. HALL. *Fl. Ien.* p. 237.

Loc. Secus flumen *Sesiam* ad urbem *Vercellarum*. Circa *Frosasco*, & *la Marsaja* in palustribus. Simili loco circa *Envie*, & in finibus *Bargiarum* Cl. DANA. Circa lacum *di Majon*, & inter *Gayani*, & *Candeil* copiose nasci observavit Cl. BELLARDI, qui legit etiam secus *Padum* in agro *Taurinensi*, & in pratis paludosis ad oppida *Bollengo*, & *Azelio*. Petrus MOLINERI circa lacus *di Candia*, & *di Vivrone*. *ANNUA*.

CORIS. LINN. *gen. n.* 216., *sys. n.* 242. TOURN. *tab.* 243.

Calyx decemdentatus. Corolla parum ringens, quinquefida. Stamina quinque.

Capsula quinquevalvis.

204. **C**ORIS monspeliensis. LINN. *spec.* p. 252., GOU. *h. monsp.* p. 102. n. 1.

ICON. TAUR. *Vol.* XVIII. tab. 46.

*Coris caerulea maritima*. BAUH. *pin.* 280.

*Coris monspessulana caerulea maritima*. BAUH. *hist.* III. 434.

*Cori.* MATTH.

OFF. *Coris monspeliaca*.

Loc. Inhabitat colles siccos, & rupes in agro *Nicaeensi*, neque in montibus *Ligurum* desideratur, uti circa *Garrexium*. *PERENNIS*.



## B. DIANGIÆ

## 1. CALYCE NON QUINQUEFIDO.

ALECTOROLOPHUS. HALL. *hist.* 1. p. 137. RHINANTHUS. LINN. *gen. n.* 658. *sys. n.* 740.

Galea bifida auriculata; barba trifida, medio segmento emarginato transversim lato.  
Capsula compressa bivalvis. Semina compressa.

## 205. ALECTOROLOPHUS hirsutus.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 21.

*Alectorolophus calycibus hirsutis.* HALL. *hist.* 1. n. 314.

*Alectorolophus calycibus hirsutis, foliis inter flores latioribus.* HALL. *Helv.* 624.

*Pedicularis pratensis lutea erectior, calyce floris hirsuta.* TOURN. *inst.* 172.

*Crista galli Mas.* BAUH. *hist.* III. 436.

*Mimulus Alectorolophus.* SCOP. *Flor. Carn. ed.* 2. n. 752.

*Rhinanthus hirsuta.* LAM. *Flor. Franc. tom.* 3. p. 253.

Loc. In pratis montanis. ANNUUS.

## 206. ALECTOROLOPHUS glaber.

*Alectorolophus calycibus glabris.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 313.

*Alectorolophus foliis inter flores latioribus.* HALL. *Helv.* 624.

*Pedicularis pratensis lutea, vel Crista galli.* BAUH. *pin.* 163.

*Crista galli foemina.* BAUH. *hist.* III. p. 436.

*Mimulus Crista galli.* SCOP. *Flor. Carn. ed.* 2. n. 751.

Loc. Copiose in pratis macilentis agri Pedemontani, & secus arva. ANNUUS.

OBS. Nomen, quod Celeberrimus HALLERUS constituit ALECTOROLOPHI servandum esse existimavi, quod affabre cristam galli designat. Rhinanthi nomen aptari poterit illi speciei, quae a COLUMNA describitur sub *Elephas Campoclarensium* nomine, eo quod videatur genere ab ALECTOROLOPHO distingui debere.

MELAMPYRUM. LINN. *gen. n.* 660., *sys. n.* 742. TOURN. *tab.* 78.

Corolla tubulosa sursum ampliata. Galea cava recta non emarginata. Barba trifida, segmentis aequalibus. Capsula bivalvis. Semina ovata saepius quatuor.

## 207. MELAMPYRUM cristatum.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 70.

*Melampyrum spicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis.* LINN. *spec. p.* 842.

*Melampyrum foliis integerrimis, floribus spicatis, bracteis duplicatis cristatis imbricatis.* HALL. *hist.* 1. n. 311.

*Melampyrum luteum angustifolium.* BAUH. *pin.* 234.

*Melampyrum cristatum flore albo, & purpureo.* BAUH. *hist.* III. p. 440.

Loc. Passim in apricis, & sylvestribus summorum collium, maxime in ericetis frequens. Abunde in colle Taurinensi Superga dicto. Legi quoque copiose in pas-  
cuis declivibus prope oppidum S. Dalmatii. ANNUUM.

## 208 MELAMPYRUM arvense.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 23.

*Melampyrum spicis conicis laxis, bracteis dentato-setaceis coloratis.* LINN. *sys.* 12. p. 406.

*Melampyrum foliis integerrimis, bracteis semipinnatis.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 310.

*Melampyrum floribus spicatis, bracteis omnibus coloratis incisis.* GER. *p.* 284. n. 1.

*Melampyrum coma purpurascente.* BAUH. *pin.* 234.

*Melampyrum multis triticum vacinum.* BAUH. *hist.* III. p. 439.



Loc. Inter segetes circa la Marsaglia Pinerolo, & la Perosa frequens. Felix VALLE abunde oriri scripsit inter Exilles, & Chaumont. Inter segetes collium non infrequenter obviam venit. ANNUUM.

## 209 MELAMPYRUM nemorosum.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 71. fig. 1.

Melampyrum foliis ovato-lanceolatis, floralibus hamatis acute dentatis patulis, calycibus hirsutis. HALL. hist. 1. n. 309.

Melampyrum floribus secundis lateralibus, bracteis dentatis: summis coloratis sterilibus, calycibus lanatis. LINN. syst. 12. p. 406.

Melampyrum bracteis unifloris coloratis, calycibus hirsutis. SCOP. Fl. Carn. p. 481. n. 1., ed. 2. n. 756.

Melampyrum spica laxissima colorata, bracteis cordato-lanceolatis, calycibus lanatis. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 302.

Melampyrum coma caerulea BAUH. pin. 234.

Melampyro affinis Parietaria caerulea quorundam. BAUH. hist. III. p. 440.

Parietaria sylvestris I. CLUS. hist. 2. p. 44.

Melampyrum violaceum. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 356.

Loc. In sylvis umbrosis montium Sabaudiae, & Pedemontii. ANNUUM.

## 210. MELAMPYRUM pratense.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 24.

Melampyrum foliis imis integerrimis, mediis dentatis, floralibus hastatis. HALL. hist. 1. n. 308.

Melampyrum floribus secundis, lateralibus foliorum conjugationibus remotis, corollis clausis. LINN. syst. 12. p. 406.

Melampyrum floribus binatis, corollis clausis. CRANTZ fasc. IV. ed. 2. p. 304.

Melampyrum floribus sparsis sessilibus binatis, foliis superioribus incis. HALL. Helv. 626.

Melampyrum luteum latifolium. BAUH. pin. 243.

Melampyrum sylvaticum flore luteo, sive satureja lutea sylvestris. BAUH. hist. III. p. 349.

Crateogonon Melampyrum alterum Neotericorum. LOB. adv. p. 11.

Loc. LOBELIUS scripsit oriri in sylvis collibus, & devexis umbrosis Pedemontii, & sane caeteris vulgatus est in apricis sylvis montanis, & editiorum collium Taurinensium. ANNUUM.

## 211 MELAMPYRUM sylvaticum.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 71. fig. 2.

Melampyrum foliis integerrimis, floribus hianibus. HALL. hist. 1. n. 307.

Stahelina flore flavo. HALL. Comm. Nor. 1735. p. 92.

Melampyrum floribus secundis lateralibus, foliorum conjugationibus remotis, corollis hianibus. LINN. syst. 12. p. 406.

Melampyrum floribus sparsis binatis, corollis hianibus. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 303.

Melampyrum latifolium, floribus parvis luteis. CELS. Ups. 32.

Loc. Abunde oritur in summa sylva umbrosa thermis tepidis Valderianis imminente.

Legi quoque copiose in sylvis supra Lanebourg, & circa vicum Cels in valle d'Exilles. Habeo quoque lectam in alpinis Vinadiensibus. In montibus alpinis umbrosis generatim rara non est. ANNUUM.

EUPHRASIA. LINN. gen. n. 659., syst. n. 741. TOURN. tab. 78.

Corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore bifido, aut inciso, inferiore tripartito, medio saltem segmento saepius emarginato. Capsula bivalvis, polysperma seminibus exiguis foeta.

## 212. EUPHRASIA latifolia.

Euphrasia foliis dentato-palmatis, floribus subcapitatis. LINN. spec. p. 841.

Euphrasia purpurea minor. BAUH. prodr. p. 111.

Euphrasia tertia latifolia pratensis. COL. ecphr. 200.



*Euphrasia pratensis latifolia italica*. BAUH. pin. 234. MORIS. hist. 3. p. 430. s. 11. tab. 24. f. 8.

Loc. In agris Montisferrati frequentem vidit Ignatius MOLINERI. In agro Nicaeensi collegit GIUDICE. Observata etiam est in agro Taurinensi loco dicto *la Molinetta*. ANNUA.

213. EUPHRASIA officinalis,

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 22. & Vol. XIII. tab. 75. f. 1.

*Euphrasia foliis ovatis lineatis argute dentatis*. LINN. spec. p. 841. HALL. hist. 1. n. 303.

*Euphrasia officinarum*. BAUH. pin. 233.

*Euphrasia*. BAUH. hist. III. p. 432.

*Euphrasia erecta alpina, foliis subrotundis*. BOCC. mus. 2. p. 19.

*Euphrasia*. MATTH.

B. *Euphrasia minor ramosa, flore ex caeruleo purpurascens*. H. Eyst.

C. *Euphrasia alpina parva, luteis floribus*. TOURN. inst. 174.

*Euphrasia lutea minima alpina, folio nigricante*. BOCC. mus. p. 64. tab. 60.

OFF. *Euphrasiae herba*.

Loc. In pratis subhumidis sterilibus agri Pedemontani, & collium Taurinensium vulgaris planta est. Varietas B. in pratis subalpinis frequens, paulo rarior varietas C., quam collegi in pascuis sterilibus summorum alpium *Valdensium*. Haec eadem inhabitat montem *Cenisium* infra rupem *la Tura*; saepe occurrit in alpi-  
bus *di Viù*; ex alpiibus quoque circa *Vinadii* thermas retuli. ANNUA.

VIR. Valde efficax praedicatur adversus oculorum morbos. Actis est, & tunc solum adhibenda, quando morbus exstimulantia desiderat.

214. EUPHRASIA tricuspidata.

*Euphrasia foliis linearibus tricuspidatis*. LINN. spec. p. 841.

*Euphrasia alpina tenuissime dissecto folio angusto*. BOCC. mus. p. 64.

*Euphrasia angustis, & tricuspidatis foliis, floribus ex albo-purpureis*. MONT. in Zan. p. 110. tab. 76.

Loc. Thomas PRIM communicavit in nostris alpiibus procul dubio lectam. Ex alpiibus *Vinadiensibus* attulit Cl. GIAVELLI. ANNUA.

215. EUPHRASIA odontites.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 26.

*Euphrasia foliis linearibus omnibus serratis*. LINN. spec. p. 841.

*Odontites bracteis serratis hirsutis*. HALL. hist. 1. n. 304.

*Euphrasia foliis lineari-lanceolatis serratis*. SCOP. Fl. Carn. p. 483. n. 2. ed., 2. n. 754.

*Pedicularis serotina purpurascens flore*. TOURN. inst. 172.

*Euphrasia pratensis rubra*. BAUH. pin. 234.

*Euphrasia parva purpurea*. BAUH. hist. III. p. 433.

*Euphrasia serotina*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 350.

Loc. Ad radices alpium, & montium, imo etiam collium Taurinensium locis um-  
brosis, aut secus fossas non infrequenter occurrit. ANNUA.

216. EUPHRASIA lutea.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 44.

*Euphrasia foliis linearibus serratis, superioribus integerrimis*. LINN. spec. p. 842.

*Odontites bracteis glabris integerrimis*. HALL. hist. 1. n. 305.

*Euphrasia (coris) foliis inter flores serratis: pistillo corollarum labio inferiori incum-  
bente*. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 298.

JACQ. Flor. Austr. tab. 398.

*Pedicularis serotina lutea*. TOURN. inst. 172.

*Coris monspessulana lutea*. BAUH. hist. III. p. 433.

*Euphrasia pratensis lutea*. BAUH. pin. 234.

Loc. Locis montanis apricis, atque in arvis etiam editiorum montium frequens est. ANNUA.



## 217. EUPHRASIA viscosa.

*Euphrasia foliis linearibus, calycibus glutinose hispidis.* LINN. mant. p. 86. GERARD. prov. p. 285.

*Pedicularis annua lutea, tenuifolia viscosa pomum redolens Tournefortii.* GARID. Aix. p. 351. tab. 76.

*Odontites foliis viscidis rariter serratis.* HALL. hist. 1. n. 306.

*Euphrasia foliis linearibus, calycibus villosis-viscosis.* GOU. illustr. p. 37.

Loc. In valle Segusina supra Bussolino, atque locis aridis collium Nicaeensium. Inter Modane, & Bramant; circa Berzes, & in valle Bardouche. ANNUA.

BARTSIA. LINN. gen. n. 657., syst. n. 739.

Calyx bifidus, segmentis emarginatis. Corolla tubulosa bilabiata, labio superiori tenui integro laeviter emarginato, inferiori brevi trifido reflexo.

Capsula bivalvis polysperma, seminibus angulatis.

## 218. BARTSIA viscosa.

*Bartsia foliis superioribus alternis serratis, floribus distantibus lateralibus.* LINN. syst. 12. p. 405.

*Bartsia foliis superioribus alternis serratis, floribus distantibus.* GERARD. p. 283. n. 1.

*Rhinanthus viscosa.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 354.

*Pedicularis lutea viscosa serrata pratensis.* TOURN. inst. 172.

*Alectorolophos italica luteo-pallida.* BARREL. ic. 665.

Loc. Joannes GIUDICE in agro Nicaeensi. ANNUA.

## 219. BARTSIA alpina.

*Bartsia foliis oppositis cordatis obtuse serratis.* LINN. spec. p. 839.

*Sphaelina foliis cordatis amplexicaulibus serratis, floralibus coloratis.* HALL. hist. 1. n. 312.

*Sphaelina (alpina) foliis oppositis sessilibus obcordatis, obtuse serratis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 294.

*Pedicularis Teucris folio, atro-rubente coma.* TOURN. inst. 172.

*Clinopodium alpinum hirsutum.* BAUH. pin. 225.

*Chamaedry vulgari falsae aliquatenus affinis alpina, & Clinopodium alpinum.* BAUH. hist. III. p. 289.

Loc. Vulgatissima in summis pratis alpinis, & ad humidam saxosam montium subalpinorum. PERENNIS.

## BELLARDIA.

Calyx bilabiatus, labio superiore semibifido, inferiore integro. Galea rostrata, barba trifida, segmento medio ampliore. Fructus est capsula ovata bilocularis bivalvis polysperma.

## 220. BELLARDIA Trixago.

*Bartsia foliis oppositis linearibus lanceolatis inciso-serratis, spicis foliosis compactis.* GER. p. 283. n. 2.

*Rhinanthus (Trixago) calycibus hirsuto-tomentosis, foliis oppositis obtuse serratis, caule simplicissimo.* LINN. syst. 12. p. 405.

*Pedicularis maritima folio oblongo serrato.* TOURN. inst. p. 172.

*Trixago apula unicaulis.* COLUMN. ecphr. 1. p. 199.

*Trixago altius serratis foliis.* BARR. ic. 774. n. 2.

*Chamaedrys unicaulis spicata.* BAUH. pin. 248.

*Antirrhinum folio dissecto.* BAUH. pin. 211.

*Antirrhinum album serratis foliis.* BAUH. hist. III. 437.

Loc. Nascitur in litore Nicaeensi prope Lanternam.

DESCR. Caules rotundi erecti palmares, & sesquipalmares. Folia opposita sessilia linearia fine non acuto, dentibus profundis obtusiusculis, atque dissitis semipinnata obscure virentia. Spica densa florum caulem terminat: hi purpurei sunt



magni, & habent subjectam bracteam lanceolatam calyci subaequalem. Galea rostrata est rostro non tenui: stamina quatuor longitudine galeae, quorum duo paullo breviora sunt; antherae hirsutae biloculares. Barba trifida segmentis lateralibus ovatis acutis medio ampliori cordiformi. Calycis, qui striatus est, utrinque compressus, labium superius semibifidum segmentis bifidis, sive bidentatis, labium inferius lanceolatum concavum. Capsula ovata stylo persistente instructa, bivalvis, valvarum margine integro aequali non acuminato semina plurima rotunda minutissima continens, bractee, & calyces hirsuti sunt. TOURNEFORTIUS ad *Pedicularem*, LINNÆUS ad *Rhinanthum*, atque GERARD ad *Bartsiae* genus retulerunt, sed cum nullo genere convenit, atque differt potissimum calycis forma, quae magnam in his generibus notam constituit, atque fructu ovato neque compresso, neque acuminato. Idcirco novum plantae genus constituo, quod *Cl. Ludovici* BELLARDI diligentis olim mei discipuli, nunc Collegii Medicorum Taurinensium Praesidis, atque Botanici eximii nomini inscribo in grati animi, & existimationis significationem.

## 2. CALYCE QUINQUEFIDO

PEDICULARIS. LINN. *gen. n.* 664., *syst. n.* 746. TOURN. *tab.* 77.

Corollae labiatae. Galea fornicata, modice interdum incisa, etiam in quibusdam rostrata. Barba trifida, segmentis integris, medio minori. Capsula ex ovato-conica, bivalvis. Semina angulata.

## 221. PEDICULARIS palustris.

*Pedicularis caule ramoso, calycibus calloso-punctatis, corollis labio obliquo.* LINN. *spec.* p. 845.

*Pedicularis caule ramoso, foliis pinnatis, primis pinnis dentatis, calyce bifido.* HALL. *hist.* 1. n. 320.

*Pedicularis caule ramoso erecto, calycibus bifidis, quadrifidisque, laciniis fimbriatis.* CRANTZ *fasc. IV.* p. 324. *ed.* 2.

*Pedicularis pratensis rubra elatior.* RAJ. *hist.* 700.

Loc. Circa Salanche, atque in valle Ursina locis paludosis; circa lacum Avilianae Ignatius MOLINERI. BIENNIS.

## 222. PEDICULARIS sylvatica.

*Pedicularis caule ramoso, calycibus oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato.* LINN. *spec.* p. 845.

*Pedicularis caule ramoso procumbente, foliis pinnatis, pinnis dentatis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 321.

*Pedicularis caule ramoso procumbente, floribus sparsis obtusis.* HALL. *Helv.* 622.

*Pedicularis pratensis purpurea.* BAUH. *pin.* 163.

*Pedicularis quibusdam Crista galli flore rubro.* BAUH. *hist. III.* p. 476.

Loc. In pratis spongiosis montanis, & submontanis, locisque sylvis subhumidis non infrequens. ANNUA.

## 223. PEDICULARIS rostrata.

*Pedicularis caule declinato subramoso, corollis galea rostrato-acuminatis, calycibus cristatis subhirsutis.* LINN. *syst.* 12. p. 407.

*Pedicularis caule procumbente ramoso, floribus rostratis sparsis.* HALL. *hist.* 1. n. 322. *tab.* 8. *f.* 1.

JACQ. *Fl. Austr.* *tab.* 205.

*Pedicularis caulibus reflexis, spica laxa purpurea.* SEGU. *Veron.* tom. 3. p. 125.

*Pedicularis rostrato-capitata.* CRANTZ *fasc. IV.* p. 320.

Loc. Frequens ad humidam scopulosas rupes summarum alpium *Valdensium*, montis *Cenisii*, & *di Viù*. PERENNIS.

Obs. Haec planta mutationem floris in PELORIAM semel exhibuit.



## 224. PEDICULARIS verticillata.

*Pedicularis caule simplici, foliis quaternis.* LINN. spec. p. 846.

*Pedicularis foliis pinnatis quaternis, floribus purpureis spicatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 318. tab. 9. f. 1.

*Pedicularis alpina floribus purpureis spicatis, foliis pinnatis verticillatis.* HALL. Helv. 623. tab. 17. f. 1.

*Pedicularis caule simplici, foliis quaternis verticillatis, calycibus pilosis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 312.

JACQ. Flor. Austr. tab. 206.

*Alectorolophos alpina 2. floribus purpureis.* CLUS. hist. p. 210.

Loc. Abunde ubique in pratis alpinis. PERENNIS.

## 225. PEDICULARIS recutita.

*Pedicularis caule simplici staminibus floris galea longioribus.* LINN. spec. p. 846.

*Pedicularis alpina foliis alternis pinnatis, floribus ex atro-rubentibus in spicam densam congestis.* HALL. Helv. 623. tab. 16. fig. 2.

*Pedicularis caule simplici, foliis pinnatis, floribus spicatis, staminibus eminentibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 316. tab. 8. f. 2.

JACQ. Flor. Austr. tab. 258.

*Pedicularis caule simplici, foliis semipinnatis, pinnulis obtusis acute serratis.* GMEL. Sib. 3. p. 212.

*Pedicularis obsoleta.* CRANTZ. fasc. IV. p. 316.

Loc. Felix VALLE in pratis montis Echallier inter Fraissen, & Peyran. PERENNIS.

## 226. PEDICULARIS flammea.

*Pedicularis caule simplici, foliis pinnatis retro imbricatis.* LINN. spec. p. 846.

*Pedicularis caule simplici, foliis pinnatis, pinnis dentatis retroversis imbricatis.* HALL. hist. 1. n. 315. Helv. tab. 16. f. 3.

*Pedicularis alpina folio Ceterach.* BAUH. pin. 663.

Loc. Mihi semel occurrit in nivoso scopulo summae alpis Savine; ex monte Cenisio etiam habui. PERENNIS.

## 227. PEDICULARIS hirsuta tab. 3. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 41. fig. 2. & tab. 43. fig. 1.

*Pedicularis pinnis foliorum acute pinnatis, floribus obtusis purpureis spicatis.* SPEC. PEDEM. p. 52. tab. 12. f. 1.

*Pedicularis caule simplici, foliis dentato-pinnatis linearibus, calycibus hirsutis.* LINN. spec. p. 847.

*Pedicularis humilior, foliis tenuissime divisis, floribus spicatis purpureis.* AMMAN. Ruth. p. 32.

Loc. Minime rara ad deliquescentem nivem inter scopulos diffractarum alpium di Jaillione, le Vallon, & montis Cenisii, atque inhabitat etiam summa juga alpium ad valles di Viù, Groscaval, di Pont, Ceresole &c. pertinentia. PERENNIS.

## 228. PEDICULARIS incarnata tab. 3. fig. 2. &amp; tab. 4. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 41. fig. 1.

*Pedicularis caule simplici, foliis pinnatis serratis, calycibus rotundatis glabris, corollis galea uncinata acuta.* LINN. syst. 12. p. 407.

*Pedicularis foliis pinnatis, pinnis longis dentatis, floribus rostratis spicatis, calycibus tomentosis.* HALL. hist. 1. n. 319.

JACQ. Flor. Austr. tab. 141.

*Pedicularis rostrato-spicata.* CRANTZ. fasc. IV. p. 323.

*Pedicularis foliis alternis, pinnis semipinnatis, floribus rostratis, laxe, & longissime spicatis.* SPEC. PEDEM. tab. 12. f. 2.

*Pedicularis alpina purpurea strigosior, spica oblonga incana, floribus alternatim, & per intervalla positus.* BURSERII. apud LINN. amaen. acad. 1. p. 553.

Loc. Nulla frequentior est nostris in pratis alpinis, & summis nivosis jugis. PERENNIS.



*OBS.* Olim dubitavi, num *incarnata* LINNÆI vere nostra planta esset, sed præstantissimus LINNÆUS, viso, quod miseram, sicco specimine, certio rem me fecit, ad meam omnino pertinere. *Tab. IV. Fig. 2.* exhibet insignem hujusce *Pedicularis* varietatem, cujus folia profundissime pinnatifida sunt, & flos albus. Olim habui (*Spec. Pedem. p. 51.*) pro distincta specie, sed revera unice varietas esse videtur.

229. *PEDICULARIS* comosa *tab. 4. fig. 1.*

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 42. f. 1. & tab. 43. f. 2.*

*Pedicularis caule simplici, spica foliosa, corollis galea acuta emarginata, calycibus quinquedentatis. LINN. syst. 12. p. 407.*

*Pedicularis foliis bipinnatis, calyce non cristato, floribus ochroleucis in spicam nudam congestis. SPEC. PEDEM. p. 50. tab. 11. f. 1.*

*Loc.* In pratis nostris alpinis frequentissima. *PERENNIS.*

230. *PEDICULARIS* foliosa.

*Pedicularis foliis alternis, pinnis pinnatis, foliis ex spica florifera longe eminentibus.*

*HALL. Helv. 623. tab. 17. f. 2.*

*Pedicularis caule simplici, spica foliosa, corollis galea obtusissima integra, calycibus quinquedentatis. LINN. mant. p. 86.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 139.*

*Pedicularis alpina filicis folio major. BAUH. pin. 163.*

*Pedicularis major Dalechampi. BAUH. hist. III. p. 438.*

*Loc.* Felix VALLE legit in parvo monte Colissé; Ego in parvo monte Cenisio; Cl. BELLARDI in pratis Pralugnan. In monte S. Bernardi Petrus MOLINERI, qui legit etiam in alpiibus frigidis di Faussigny. Petrus PEYROLERI ex Bardonache retulit. In alpiibus Pedemontii admodum rara, frequentior in Sabaudia est. *PERENNIS.*

231. *PEDICULARIS* tuberosa.

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 43. f. 3. 4.*

*Pedicularis caule simplici, floribus spicatis rostratis, calycibus glabris. HALL. hist. 1. n. 323.*

*Pedicularis alpina, foliis alternis pinnatis, pinnulis pinnatis, floribus ochroleucis rostratis in spicam congestis. HALL. Helv. 600. tab. 15.*

*Pedicularis caule simplici, calycibus crenatis, corollis galea rostrata adunca. LINN. syst. 12. p. 408.*

*Pedicularis alpina, asphodeli radice, purpurascente flore. TOURN. inst. 163.*

*Alectorolophus I. CLUS. hist. 2. p. 210.*

*Loc.* Ego legi in summis nivosis jugis alpium Fenestrellarum, montis Cenisii, & Vinadiensibus prope sacellum sanctae Annae. Felix VALLE in supremis pratis montis Chapé. In editoribus jugis alpium non infrequens est. *PERENNIS.*

*OBS.* Nostris in alpiibus purpureum florem solet ostendere, non luteum, aut ochroleucum.

*ANTIRRHINUM. LINN. gen. n. 668., syst. n. 750. TOURN. tab. 75. & 76.*

Corolla tubulosa ventricosa, calcare plus minus evidente prædita bilabiata, labii instar duarum mandibularum congruentium. Galea profunde divisa, lateribus reflexis; barba trifida, segmento medio minori. Capsula polysperma varie dehiscens.

232. *ANTIRRHINUM* cymbalaria.

*ICON. TAUR. Vol. V. tab. 27.*

*Antirrhinum foliis cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus. LINN. spec. p. 851.*

*Antirrhinum caule repente, foliis reniformibus quinquelobatis. HALL. hist. 1. n. 329.*

*Antirrhinum foliis alternis quinquelobis. HALL. Helv. 613.*

*Antirrhinum floribus solitariis, foliis quinquelobis alternis cordatis. SCOP. Fl. Carn. p. 476. n. 4., ed. 2. n. 770.*

*Linaria folio hederaceo glabro, seu cymbalaria vulgaris. TOURN. inst. 169.*



*Cymbalaria*. BAUH. pin. 306.

*Cymbalaria flosculis purpurascens*. BAUH. hist. III. p. 685.

*Antirrhinum hederaceum*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 338.

*Cymbalaria*. MATTH.

Loc. Vulgaris ad muros, & rupes locis umbrosis, & subhumidis. PERENNE.

233. ANTIRRHINUM elatine.

*Antirrhinum foliis hastatis alternis, caulibus procumbentibus*. LINN. spec. p. 851.

*Antirrhinum caule procumbente, foliis hastatis, imis conjugatis, superioribus alternis*.

HALL. hist. 1. n. 340.

*Antirrhinum foliis imis conjugatis, superioribus alternis ad basim hamatis*. HALL. Helv. 613.

*Linaria segetum nummulariae folio aurito, & villoso, flore luteo*. TOURN. inst. 169.

*Elatine folio acuminato in basi auriculato, flore luteo*. BAUH. pin. 253.

*Elatine foemina folio anguloso*. BAUH. hist. III. p. 372.

*Elatine*. MATTH.

Loc. In arvis abunde. ANNUUM.

234. ANTIRRHINUM spurium.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 37.

*Antirrhinum foliis ovatis alternis, caulibus procumbentibus*. LINN. spec. p. 851.

*Antirrhinum caule procumbente, foliis villosis ovatis, imis conjugatis, superioribus alternis*. HALL. hist. 1. n. 341.

*Antirrhinum foliis rotunde obcordatis, caulibus procumbentibus*. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 311.

*Linaria segetum Nummulariae folio villoso*. TOURN. inst. 169.

*Elatine folio subrotundo*. BAUH. pin. 253.

*Elatine mas folio subrotundo*. BAUH. hist. III. p. 371.

*Veronica foemina*. MATTH.

OFF. *Elatine mas*.

Loc. Similibus etiam locis, sed hoc uberius est in arvis collinis. ANNUUM.

235. ANTIRRHINUM repens.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 13.

*Antirrhinum foliis linearibus confertis, inferne quaternis, calycibus capsulam aequantibus*.

LINN. syst. 12. p. 410.

*Linaria angustifolia, flore cinereo striato*. DILL. Elth. p. 198. f. 197.

Loc. GIUDICE in agro Nicaeensi. PERENNE.

OBS. ANTIRRHINUM repens a *Monspessulano* parum differt. *Antirrhino Monspessulano* flos paullo minor, & praeter duas lineas flavas barbatae, quae gulam percurrunt in labio inferiori, habet ad originem barbae maculas duas flavas distinctas. In *repenti* lineis purpuro-violaceis flos undequaque striatus, rami sunt magis virgati, & confertiores. In *ANTIRRHINO monspessulano* folia etiam paullo minora.

236. ANTIRRHINUM monspessulanum.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 38.

*Antirrhinum foliis linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunculis spicatis nudis*.

LINN. spec. p. 854.

*Linaria capillaceo folio, odora*. BAUH. prodr. 106.

*Linaria odorata monspessulana*. BAUH. hist. III. p. 459.

*Antirrhinum striatum*. LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 343.

Loc. Passim in Comitatu Nicaeensi locis aridis, & incultis. Frequens quoque in saxosis, aut arenosis apricis calidioribus secus flumina. PERENNE.

237. ANTIRRHINUM arvense.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 19. f. 1.

*Antirrhinum foliis sublinearibus, inferioribus quaternis, calycibus piloso-viscidis, floribus spicatis, caule erecto*. LINN. spec. p. 855.

*Antirrhinum foliis linearibus, alternis recurvis, ramis caule brevioribus*. ROY. Lugdb. 297.



- Linaria pumila foliolis carnosis, flosculis minimis flavis.* BAUH. pin. 213. DILL. Elth. 200.  
*Linaria tetraphylla lutea.* COL. ecphr. 1. p. 299. tab. 300.  
 Loc. In arvis Comitatus Nicaeensis, & Liguria non infrequens. Reperi etiam circa Taurinum. ANNUUM.
238. ANTIRRHINUM bipunctatum.  
*Antirrhinum foliis linearibus glabris, inferioribus quaternis, caule erecto paniculato, floribus spicato-capitatis.* LINN. spec. p. 853.  
*Linaria lutea parva annua.* BAUH. hist. III. p. 457.  
 Loc. In arvis collium Nicaeensium. ANNUUM.
239. ANTIRRHINUM pelisserianum.  
*Antirrhinum foliis ad caulem linearibus, ad radicem ovalibus, saepe ternis.* SAUV. monsp. p. 166.  
*Antirrhinum foliis caulinis linearibus alternis, radicalibus lanceolatis ternis, floribus corymbosis.* LINN. spec. p. 855.  
*Linaria annua purpuro-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundioribus.* MAGN. monsp. 159.  
 Loc. In agro Nicaeensi. ANNUUM.
240. ANTIRRHINUM supinum.  
 ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 106. f. 3.  
*Antirrhinum foliis subquaternis linearibus, caule diffuso, floribus racemosis, calcaribus recto.* LINN. syst. 12. p. 410.  
*Antirrhinum foliis linearibus acuminatis alternis, floribus racemosis, caule diffuso.* ROY. Leyd. p. 296. n. 17.  
*Antirrhinum foliis linearibus semicylindratis carnosis.* GMEL. Sib. 3. p. 197.  
*Linaria pumila supina lutea.* BAUH. pin. 213.  
*Linaria Hispanica V.* CLUS. hist. 1. p. 321.  
 Loc. Minime rarum est in apricis arenosis torrentium ad radices alpium; frequenter occurrit circa Segusium, & Exilles in arenosis Duriae. ANNUUM.
241. ANTIRRHINUM alpinum.  
 ICON. TAUR. Vol. V. tab. 38. & Vol. XV. tab. 106. f. 2.  
*Antirrhinum foliis quaternis lineari-lanceolatis glaucis, caule diffuso, floribus racemosis, calcaribus recto.* LINN. syst. 12. p. 410.  
*Antirrhinum caule procumbente breviter spicato, foliis verticillatis.* HALL. hist. 1. n. 338.  
*Antirrhinum caule ad radicem debiliore procumbente, foliis subquaternis linearibus, floribus racemosis, calcaribus recto.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 306.  
*Antirrhinum racemis terminalibus, foliis verticillatis, caule diffuso.* SCOP. Flor. Carn. p. 475. n. 1., ed. 2. n. 767.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 58.  
*Antirrhinum foliis saepius quaternis linearibus, caule diffuso, floribus racemosis.* ROY. Leyd. p. 297. n. 22.  
*Linaria caerulea repens.* BAUH. pin. 213.  
*Linaria purpurea parva, foliis sine ordine dispositis.* BAUH. hist. III. p. 416.  
 B. *Linaria quadrifolia supina.* BAUH. pin. 213.  
*Linaria purpurea parva.* BAUH. hist. III. p. 460.  
*Linaria III. Stiriaca.* CLUS. hist. p. 322.  
 Loc. Alpium indigena stirps inhabitat scopulosa humentia juga, & torrentium alveos inter saxa. ANNUUM.
242. ANTIRRHINUM linaria.  
 ICON. TAUR. Vol. V. tab. 35.  
*Antirrhinum foliis lanceolatis linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis.* LINN. spec. p. 858.  
*Antirrhinum foliis linearibus adscendentibus congestis, caule erecto spicato.* HALL. hist. tom. 1. n. 336.



*Antirrhinum racemis terminalibus, floribus imbricatis, foliis linearibus confertis.* SCOP.  
*Flor. Carn. p. 475. n. 2., ed. 2. n. 768.*

*Linaria vulgaris lutea flore majore.* BAUH. *pin.* 212.

*Linaria lutea vulgaris.* BAUH. *hist. III. p. 456.*

*Antirrhinum commune.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 340.*

*Osiride.* MATTH.

OFF. *Linaria, sive Osyris.*

LOC. *Vulgaris est ad fossas in ruderatis, & ad vias in collinis. Secus Padum in declivibus uberrime.* PERENNE.

VIR. *Abundat oleo acri fere empirheumatico. Cito putrescit, & vires putrefacientes habet. Intus data nauseam producit, & alvum movet. Extrinsecus applicita dolores sedat. Laudatur autem in hemorrhoidibus, aut cum butyro subacta, aut lacti incocta.*

243. ANTIRRHINUM genistifolium.

ICON. TAUR. *Vol. XXVII. tab. 76.*

*Antirrhinum foliis lanceolatis acuminatis, panicula virgata flexuosa.* LINN. *spec. p. 858.*

*Antirrhinum corollarum labio superiore maxilla destituito virgata flexuosa.* CRANTZ.  
*fasc. IV. ed. 2. p. 307.*

JACQ. *Flor. Austr. tab. 244.*

*Linaria panonica 1.* CLUS. *hist. 1. p. 321.*

*Linaria Genistae folio glauco, flore luteo.* HERM. *Par. app. 9. DILL. Elth. 202. cum icone.*

*Antirrhinum pallidifolium.* LAM. *Flor. Franc. tom. 2. p. 341.*

LOC. *Abunde circa Segusium.* PERENNE.

OBS. *Folia carnosia longa elliptico-lanceolata firma subtus tribus nervis exarata. Caulis diffuse ramosi, ramis fere horizontalibus, iterum ramosis. Flos luteus labii inferioris, palato hirsuto croceo. Flore non differunt ANTIRRHINUM Linaria, & Genistifolium, sed in Genistifolio color floris luteus, qui in Linaria pallide ex albo luteus flavescit. Flos in ANTIRRHINO Genistifolio paullo minor. Semina similia, & paullo minora. Differt itaque ANTIRRHINUM Linaria caule recto non nisi versus summum ramoso, ramis erectis, plerumque simplicibus, foliis linearibus subtus glaucis teneris. Fateor exigua haec discrimina esse, & a soli diversitate posse proficisci.*

244. ANTIRRHINUM orontium.

ICON. TAUR. *Vol. V. tab. 34.*

*Antirrhinum corollis ecaudatis, floribus subspicatis, calycibus corolla longioribus.* LINN.  
*syst. 12. p. 411.*

*Antirrhinum foliis ellipticis obtusis, floribus sparsis, calycibus subulatis longissimis, calcare brevissimo.* HALL. *hist. 1. n. 334.*

*Antirrhinum floribus sparsis sessilibus, calyce brevioribus, calcare destitutis.* HALL. *Helv. 615.*

*Antirrhinum foliis lanceolato-linearibus oppositis: summis alternis, corollis caudatis, calycibus corolla longioribus.* GOU. *Flor. monsp. p. 101. n. 9.*

*Antirrhinum arvense majus.* BAUH. *pin. 222.*

*Antirrhinum angustifolium sylvestre.* BAUH. *hist. III. p. 464.*

*Antirrhino quarto.* MATTH.

LOC. *In agris macilentis, & vinetis passim.* ANNUUM.

245. ANTIRRHINUM minus.

ICON. TAUR. *Vol. V. tab. 37.*

*Antirrhinum foliis plerisque alternis lanceolatis obtusis, caule diffuso ramosissimo.* LINN.  
*spec. p. 852.*

*Antirrhinum viscidum, foliis inferioribus conjugatis ellipticis obtusis hirsutis, calcare dimidii floris longitudine.* HALL. *hist. 1. n. 335.*

*Antirrhinum foliis obtuse lanceolatis, caule diffuso ramosissimo, calcare brevi.* CRANTZ.  
*fasc. IV. ed. 2. p. 309.*

*Antirrhinum floribus solitariis, foliis sublinearibus alternis obtusis.* SCOP. *Fl. Carn. 476.*  
*n. 3., ed. 2. n. 769.*

JACQ. *Flor. Austr. tab. 187.*



*Linaria pumila vulgatiore arvensis*. TOURN. inst. 169.

*Antirrhinum arvense minus*. BAUH. pin. 212.

*Antirrhinum minimum*. BAUH. hist. III. p. 464.

*Antirrhino terzo*. MATTH.

Loc. In agris praecipue montanis, & apricis frequentissimum, neque rarum ad muros est. ANNUUM.

246. ANTIRRHINUM majus.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 28. 29.

*Antirrhinum foliis ellipticis obtusis, floribus spicatis, calycibus obtusis, calcare brevissimo*. HALL. hist. tom. 1. n. 333.

*Antirrhinum corollis ecaudatis, floribus spicatis, calycibus rotundatis*. LINN. spec. p. 859.

*Antirrhinum majus alterum, folio longiore*. BAUH. pin. 211.

*Antirrhinum vulgare*. BAUH. hist. III. p. 463. GARID. tab. 7.

*Antirrhino secundo*. MATTH.

OFF. Antirrhinum, sive caput vituli.

Loc. Ad muros vetustos ubique. PERENNE.

247. ANTIRRHINUM bellidifolium.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 93.

*Antirrhinum foliis radicalibus spathulatis, duplicato-serratis, caulinis digitatis, laciniis lanceolato-linearibus integerrimis, intermedia longiore*. GOU. illustr. p. 29.

*Antirrhinum foliis radicalibus lingulatis dentatis lineatis, caulinis partitis integerrimis*. LINN. mant. alt. obs. p. 417.

*Antirrhinum foliis imis elliptico-lanceolatis acute dentatis, caulinis capillaribus trifidis*. HALL. hist. tom. 1. n. 342.

*Linnaria bellidis folio*. BAUH. prodr. 106.

Loc. Laurentius TERRANEUS in Liguria collibus circa Oneliam. Ignatius MOLINERI in sylvis caeduis secus Ticinum, atque supra oppidum Grognard in Monteferrato. Cl. BELLARDI inter Borgmasin, & Cossan. BIENNE.

SCROPHULARIA. LINN. gen. n. 674., syst. n. 756. TOURN. tab. 74.

Corolla globosa resupinata, limbo bilabiato, galea divisa squamula plerumque interius ornata; barba trifida, medio segmento ovato majori, & ad tubum floris reflexo.

Capsula subrotunda bivalvis polysperma.

248. SCROPHULARIA nodosa.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 40.

*Scrophularia foliis cordatis trinervatis, caule obtusangulo*. LINN. syst. 12. p. 413.

*Scrophularia foliis cordatis, conjugatis, ramis spica nuda paniculata terminatis*. HALL. Helv. 619.

*Scrophularia caule obtusangulo, foliis cordatis, racemo terminali, calyce tubo floris aequali, galea emarginata*. ZINN hort. Gott. p. 285.

*Scrophularia foliis cordatis basi transversis, caule, & ramis spica nuda paniculata terminatis*. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 325.

*Scrophularia nodosa foetida*. BAUH. pin. 235.

*Scrophularia vulgaris, & major*. BAUH. hist. III. p. 421.

*Scrophularia*. MATTH.

Loc. Passim ad vias, & sepes in collinis, & montanis. PERENNIS.

VIR. Radix haemorrhoidum dolores lenire dicitur. Adversus scrophulas celebratur, unde nomen venit. Induratas quidem glandulas a simplici obstructione scrophulariae usu resolutas vidi, irritato vero successu hoc remedium adhibitum fuisse ad debellandas scrophulas affirmit.

249. SCROPHULARIA aquatica.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 42.

*Scrophularia foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule membranis angulato, racemis terminalibus*. LINN. spec. p. 864.



*Scrophularia caule quadrangulo alato paniculato, foliis ovato-lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 328.

*Scrophularia caule membranis angulato, foliis cordatis, tubo floris ventricoso e calyce longe eminente.* ZINN hort. Gott. p. 286.

*Scrophularia aquatica major.* BAUH. pin. 235.

*Betonica aquatilis.* DOD. pempt. 50.

Loc. Ubique ad fossas, ad aquas lente fluentes, & arva subhumida. PERENNIS.

VIR, MARCHANTIUS (Mém. de l'Acad. de Par. 1701.) detexit hanc esse *Liquitajam Brasiliensium*, & nauseosum SENNÆ saporem corrigere.

250. SCROPHULARIA auriculata.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 57.

*Scrophularia foliis cordato-oblongis, basi appendiculatis, subtus tomentosis, racemis terminalibus.* LINN. spec. p. 864.

*Scrophularia aquatica montana mollior.* BARR. rar. 189. tab. 274.

Loc. Ad fossas in agro Nicaeensi. PERENNIS.

251. SCROPHULARIA Scorodonia.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 56.

*Scrophularia foliis cordatis duplicato-serratis, racemo composito foliis interstincto.* LINN. syst. 12. p. 413.

*Scrophularia foliis oblongo-cordatis inaequaliter serratis, racemo composito.* ROY. Leyd. p. 294. n. 7.

*Scrophularia Scorodoniae folio.* MORIS. hist. 2. p. 482. s. 5. tab. 35. f. 6.

Loc. Agri Nicaeensis indigena planta est. PERENNIS.

252. SCROPHULARIA betonicifolia.

*Scrophularia foliis cordatis oblongis dentatis, dentibus integerrimis.* LINN. syst. 12. p. 413. Mant. 87.

*Scrophularia betonicae folio.* TOURN. p. 166.

Loc. Ex agro Nicaeensi missam habeo. PERENNIS.

253. SCROPHULARIA vernalis.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 1.

*Scrophularia foliis cordatis caulinis ternis, pedunculis axillaribus solitariis bifidis.* LINN. mant. obs. 418.

*Scrophularia foliis cordatis acuminatis, floribus globosis.* HALL. Gott. 311.

*Scrophularia flore luteo.* BAUH. prodr. 112.

*Scrophularia lutea magna amplis foliis.* BAUH. hist. III. p. 422.

*Scrophularia montana maxima latifolia.* BARR. ic. 273.

Loc. Reperi in montibus Vinadii prope Balnea. Circa Limone frequens. Passim in Liguria locis sylvestribus, & umbrosis. Copiose in montibus Monregalensibus, & S. Michaëlis Maurianensium. BIENNIS.

254. SCROPHULARIA peregrina.

*Scrophularia foliis cordatis lineatis lucidis, pedunculis axillaribus bifloris, caule sexangulari.* LINN. syst. 12. p. 414.

*Scrophularia Urticae folio.* BAUH. pin. 236.

*Scrophularia peregrina.* CAM. hort. 157. tab. 43.

*Scrophularia geminiflora.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 336.

Loc. In umbrosis agri Nicaeensis. ANNUA.

255. SCROPHULARIA canina.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 43.

*Scrophularia foliis pinnatis, pinnis lobatis circumserratis, caule paniculato.* HALL. hist. 1. n. 328.

*Scrophularia foliis pinnatis pinnatifidis, racemo terminali nudo, pedunculis bifidis.* LINN. syst. 12. p. 414.

*Scrophularia foliis pinnatis, calycis segmentis rotundatis, ala alba cinctis, tubo floris recto, squamula lineari.* ZINN hort. Gott. p. 287.



- Scrophularia foliis pinnatis, caule paniculato.* SCOP. *Flor. Carn.* p. 478. n. 4.  
*Scrophularia Ruta canina dicta.* BAUH. *pin.* 236.  
*Scrophularia tertia Dodonaeo tenuifolia, Ruta canina quibusdam vocata.* BAUH. *hist. III.* p. 423.  
*Ruta canina.* CLUS. *hist.* 2. p. 209.  
 Loc. Ubique in arenosis fluminum, & torrentium. *ANNUA.*

## 256. SCROPHULARIA lucida.

- ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 60.*  
*Scrophularia foliis inferioribus bipinnatis subcarnosis glaberrimis, racemis bipartitis.* LINN. *syst.* 12. p. 414.  
*Scrophularia foliis filicis modo laciniatis, s. Ruta canina latifolia.* BAUH. *pin.* 236.  
*Scrophularia glauco folio in amplas lacinias diviso.* TOURN. *corol.* 9. it. 1. p. 84. tab. 85.  
*Scrophularia saxatilis lucida Laserpitii Massiliensis folio.* BOCC. *mus.* 2. p. 166. tab. 117.  
 Loc. In agro Nicaeensi locis sabulosis. *BIENNIS.*

DIGITALIS. LINN. *gen. n.* 676., *syst. n.* 758. TOURN. *tab.* 73.

Corolla ventricosa fere campanulata, limbo bilabiato. Galea emarginata;  
 barba tripartita, lacinia media majori. Capsula subrotunda  
 acuminata bivalvis polysperma.

## 257. DIGITALIS parviflora N.

- ICON. TAUR. Vol. V. tab. 95.*  
*Digitalis foliis calycinis lanceolatis, galea bifida, faucibus immaculatis.* HALL. *hist.* 1. n. 332.  
*Digitalis (lutea) caulinis foliolis lanceolatis, corollis acutis, labio superiore bifido.* LINN. *spec.* p. 867.  
*Digitalis caule simplici, calycinis foliolis lanceolatis, corollae segmentis acutis, superiore emarginato.* CRANTZ. *fasc. IV. ed.* 2. p. 354.  
 JACQ. *hort. Vindob. tab.* 105.  
*Digitalis foliolis calycinis subulatis.* ROY. *Leyd.* p. 293. n. 3.  
*Digitalis major lutea, vel pallida parvo flore.* BAUH. *pin.* 224.  
*Digitalis flore minore subluteo, angustiore flore.* BAUH. *hist.* 2. p. 814. *MISC. TAUR.* tom. 5. p. 61.  
*Digitalis lutea.* LOB. *adv.* p. 245.  
*Digitalis parviflora.* LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 333.  
 Loc. Amat dumeta, & umbrosa saxosa collium Taurinensium, & montium subalpinorum. *PERENNIS.*

## 258. DIGITALIS grandiflora. N.

- ICON. TAUR. Vol. V. tab. 44.*  
*Digitalis foliis calycis linearibus acutis, flore venoso maculoso.* HALL. *Helv.* 617.  
*Digitalis lutea magno flore.* BAUH. *pin.* 244. *MISC. TAUR.* tom. 5. p. 61.  
*Digitalis lutea flore majore, folio latiore.* BAUH. *hist. II.* p. 813.  
 Loc. In subalpinis cum superiore nascitur, sed haec frequentior est; incolit autem loca umbrosa, & saxosa, aut prata declivia, & minime pingua. *PERENNIS.*  
 VIR. Acris, virulenta, suspecta planta est ad internum usum non adhibenda. Scopo resolvendi, & dolores leniendi utiliter imponuntur hemorrhoidibus caecis flores cum butyro in unguenti formam subacti.

## 259. DIGITALIS Thapsi.

- Digitalis foliis decurrentibus.* LINN. *spec.* p. 867.  
*Digitalis hispanica purpurea minor.* TOUR. *inst.* p. 165.  
*Digitalis angusto Verbasci folio montana.* BOCC. *mus.* 2. p. 108. tab. 85.  
 Loc. Locis Sabaudiae frigidis collegit Paulus BOCCONE. BOYERON habet in horto sicco. Mihi nondum obviam venit in Pedemontio. *PERENNIS.*



## 260. DIGITALIS ferruginea.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII, tab. 110.

*Digitalis calycinis foliolis ovatis obtusis, corollae labio inferiore barbato.* LINN. syst. 12. p. 414.

*Digitalis angustifolia, flore ferrugineo.* BAUH. pin. 244. RIV. mon. 98.

*Digitalis latifolia flore ferrugineo.* MORIS. hist. 2. p. 478. s. 5. tab. 8. f. 2. 3.

Loc. In collibus di Bobbio, & inter Grognardo, & Cavatore in provincia Aquensi.

PERENNIS.

OBS. Folia elliptico-acuminata subtus pilosa, & hirsuta, albicantia, costa acuta, nervosa, supra glabra, & obscure virentia, margine obiter denticulato. Cuilibet flori foliolum tortuosum reflexum subjicitur. Calyx ex quinque foliolis ovatis viridibus margine albicantibus membranaceis, quorum tria exteriora, duo interiora. Flos brevissime pedunculatus, labium superius lineare reflexum, duae alae laterales breves, ovatae, labium inferius magnum longe productum, demum propendens, etiam reflexum, majori villo barbato. Color floris luridus lutescens totus subhirsutus. Stamina reflexa, antheris luteis. Stylus longitudine staminum, demum, marcescente flore, extra calycem protensus. Stigma simplex. Altitudo plantae tripedalis.

GRATIOLA. LINN. gen. n. 27., syst. n. 29.

Corolla tubulosa bilabiata. Galea emarginata; barba trifida. Duo tantum stamina fertilia. Capsula bivalvis polysperma.

## 261. GRATIOLA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 20.

*Gratiola floribus pedunculatis, foliis lanceolatis serratis.* LINN. spec. p. 24.

*Gratiola foliis ovato-lanceolatis superne serratis, bracteis geminis linearibus calyce longioribus.* GOU. hort. monsp. p. 13. n. 1.

*Digitalis minima Gratiola dicta.* MORISON. 2. p. 479.

*Gratiola centauroides.* BAUH. pin. 279.

*Gratiola, seu Gratia Dei.* LOB. ic. p. 435. MATTH.

OFF. Gratiola, sive Gratia Dei.

VERN. Grasieta.

Loc. In pratis humidiusculis collium Taurinensium infrequens non est, praecipue in convallibus. PERENNIS.

VIR. Amara, acris, & nauseosa GRATIOLA est inter hydrotica medicamenta recensenda, sed & vomitum movet, qui facilis esse non solet, & quem magna nausea, & anxietates comitantur. Alvum autem ciet non sine torminibus. Principium acre activum inest praesertim substantiae gummosae, pars alia inhaeret principio resinoso, quod minori in quantitate existit, sed major est hujusce principii proportio in radice. Succus ex planta expressus per quietem sedimentum ponit resinose, quod vomitum potenter excitat. Succus autem separatum ab hoc sedimento inspissatus vix emeticus est, alvum autem movet, atque etiam urinam. Non exiguam quantitatem salis alkalini fixi praebet exusta planta; vis foliorum per longam exsiccationem infirmatur; radix potentius agit, et tenacius activa principia retinet. Plenius per menstruum vinosum vis plantae extrahitur, sed & infusum aquosum efficax, & activum est. Ab omni tempore laudata fuit ad aquas hydropicorum per alvum evacuandas, atque tum ad hunc usum, tum ad contumaces febres intermittentes tollendas notum, & familiare rusticis medicamentum est. Quum validum, & pene urens purgans sit, administrari tantummodo debet in robustis, & pituitosis hominibus, & iis, quibus viscera imi ventris adhuc firma sunt. Convenit speciatim in hydrope anasarca ex serosa, ut dicitur, colluvie. Minime opportunum puto, si febris adsit, si metus sit viscerum laesorum, si morbus hydropis scyrthum lienis, aut hepatis, aut timpanitidem sit consecutus, aut a pulmonum vitio proficiscatur, si urinae rubrae, aut rutilae sint, aut si hydrops acutam febrim, aut repercussa cutis exanthemata, uti morbillos, scarlatinam &c. fuerit consecutus. Quod ad febres intermittentes pertinet, eas tollit, quas fovet cachochimia primarum via-



rum; non modo enim evertit tubum intestinale, sed etiam bilem ex vesica fellea excutit, atque hac agendi ratione in ictero etiam prodesse potest. Vermes expellit praesertim ascarides, quo in casu suam maxime dabit utilitatem per clysteres adhibita. Quum mania saepissime pendeat ex viscidis humoribus, atque praesertim ex lenta bile in hypocondriis haerente, ad eos humores valide educendos utilis erit GRATIOLA prudenter, & repetitis vicibus adhibita. *Jacobus KOSTRZEWSKI* (*Vid. Vasserberg. diss. fascic. 3.*) commendat GRATIOLÆ usum in ulceribus, tophis, exostosis venereis, atque hosce contumaces morbos affirmat debellatos usu extracti GRATIOLÆ, quod sequenti ratione administrabat. *℞. Extract. gratiol. dr. 1. sacch. alb. Lapid. cancr. aa dr. 11. Ss. semin. foenic. dr. 1. m. f. pulvis tenuissimus, de quo sumantur ab initio ter de die grana decem, augendo sensim dosim, donec diei spatio drachma integra absumatur.* Num tantam habeat efficaciam observationes in posterum docebunt. Cum *Cl. vitis COSTE*, & *VILLEMET* radici Jalappae utique substitui posse puto, non autem Ipecacuanhae. Hujus vices supplere in dysenteria nonnulli dixerunt: sed vomitus a GRATIOLA excitatus periculosior est; tonica praeterea & subadstringens vis Ipecacuanhae, in dysenteriae curatione plurimi faciendae, in GRATIOLA desideratur; timendum etiam in hoc morbo est ab usu purgantium drasticorum, praesertim si febris aliqua adjungatur. Sal fixus GRATIOLÆ in hydropicis urinae separationem promovet. Multiplici ratione adhibetur GRATIOLA. Folia enim siccata, & in pulverem redacta, aut folia recentia, uti etiam radix vino, aut aquae infusa in usum vocantur, praescribitur etiam extractum ex foliis, aut ex radice elicium. Nobis ea maxime probatur dandi ratio, quae foliorum infusum in lacte, aut in jure insulso maceratorum exhibet. Si extractum praescribatur, cum salibus alkalinis fixis jungendum esse videtur, atque in juscule, aut emulsione solvendum, ne cum magnis torminibus, & cruciatibus hypercatharsim inferat. Recentium foliorum dosis esse potest a drachma 1. ad 2., siccatorum a drachma semisse ad dr. 1., si vero ex radice elicium fuerit, prudentis medici erit intra paulo minorem dosim se continere,

ERINUS. LINN. *gen. n. 689., syst. n. 771.* TOURN. *tab. 422.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pene infundibuliformis quinquefida, vix bilabiata, segmentis emarginatis. Capsula quadrivalvis polysperma.

262. **ERINUS** alpinus.

*Erinus floribus racemosis.* LINN. *spec. p. 478.* HALL. *hist. p. 133.*

*Ageratum serratum alpinum.* BAUH. *pin. 221.*

*Ageratum purpureum Dalechampii.* BAUH. *hist. III. 144.*

*Ageratum serratum alpinum glabrum, flore purpurascens.* TOURN. *inst. p. 651.*

*Ageratum purpureum* Lugd. 1184.

*Loc.* Ad rupes in Sabaudia, prope Menton, prope Chamberi, & Salanches, uti etiam inter Tenda, & Savorgio; reperi etiam circa thermas Vinadii, atque supra Pertus de Margon. PERENNIS,



# V. ANGIOSPERMÆ NON RINGENTES

## A. 1-4-STEMONES

### 1. COROLLA QUATUOR, VEL QUINQUEFIDA

VERONICA. LINN. *gen. n.* 25., *syst. n.* 25. TOURN. *tab.* 60.

Calyx quadrifidus. Corolla rotata quadrifida, segmento uno minori. Semina duo.  
Capsula bilocularis polysperma.

263. VERONICA spicata.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 92. f. 7.

*Veronica spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo.*

LINN. *spec. p.* 14.

*Veronica racemo terminali subspicato, foliis ellipticis subhirsutis obtusis crenatis, SCOP.*

*Flor. Carn. p.* 303. *n.* 3.

*Veronica foliis ellipticis serratis conjugatis, floribus spicatis. HALL. hist. tom. 1. n.* 542.

*Veronica (orchidea) corolla orchidea bilabiata, floribus spicatis sessilibus, caule simplicissimo. CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p.* 333.

*Veronica spicata recta minor, & major. BAUH. hist. III. 282.*

*Veronica spicata minor. BAUH. pin. 247. VAILL. Paris. tab. 33. f. 4.*

*Loc.* In apricis rupestribus circa arcem *la Brunetta* copiosissime; sed rara non est in pascuis siccis montanis, & secus flumina in sabulosis declivibus. PERENNIS.

264. VERONICA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 3.

*Veronica racemis lateralibus subspicatis solitariis, foliis oppositis villosis siccis, caule repente. SCOP. Flor. Carn. p.* 306. *n.* 2., *ed. 2. n.* 21.

*Veronica spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. LINN. spec. p.* 14.

*Veronica caule decumbente, foliis scabris petiolatis ovatis, ex alis racemosa. HALL. hist. tom. 1. n.* 540.

*Veronica spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis ovatis serratis, caule strigoso procumbente. GER. p.* 322. *n.* 3.

*Veronica mas supina, & vulgatissima. BAUH. pin. 247.*

*Veronica CAMER. epit. 461.*

OFF. *Veronicae herba.*

*Loc.* Abunde in sylvis collinis potissimum, & montanis. PERENNIS.

*VIR.* Amara, & subadstringens, leviter abstergens, & tonica est; pro vulnerario habetur in morbis pectoris, sed balsamicum principium exiguum est. Puto igitur praesertim convenire posse ad debilem vim fibrarum erigendam. Urinas aliquantum movet, & stomachi imbecillitati medetur. Non crediderim in ulceribus pulmonum eas mereri laudes, quae ipsi tributae sunt. In morbis renum ad arenulas ex renibus pellendas, ac tonum fibrarum firmandum vere utilis est, atque juvare etiam potest in mictu cruento, sed qui citra febrim sit, atque a laxitate fibrarum, non autem a lotii acrimonia, aut aestu sanguinis producat. Tanta extitit hujusce stirpis fama, ut herbae theae succedaneum habitum sit. Si gustum consulas, non assentiri licebit. Solet ex aqua brevi ebullitione decocta adhiberi.

265. VERONICA pyrenaica N. tab. 4. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 6. f. 1.



*Veronica repens ex alis spicata, foliis rotundis firmis glabris denticulatis.* SPEC. PEDEM. p. 21. tab. 4. f. 3.

*Veronica spicis lateralibus, terminalibusque pedunculatis, foliis oppositis subrotundis glabris, caule procumbente stolonifero.* GERARD. Fl. Gall. p. 322. n. 2.

*Veronica caule repente fruticoso, foliis hirsutis serratis, spicis erectis.* VILL. prosp. p. 20.

*Veronica mas repens pyrenaica, folio longiori glabra.* TOURN. inst. p. 143.

Loc. In omnibus pratis, & pascuis alpinis vulgatissima. PERENNIS.

OBS. Foliis maxime firmis, & duris apud nos glabris non strigosis longe tenuius denticulatis a superiori distinguitur.

VIR. Nostrates officinali praeferunt Veronicam pyrenaicam, & appellant Veronica d' Montagna.

266. VERONICA aphylla.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 90. f. 9.

*Veronica corymbo terminali scapo nudo.* LINN. spec. p. 14.

*Veronica caule nudo, foliis ovatis serratis, racemo paucifloro.* HALL. hist. tom. 1. n. 541.

*Veronica alpina pumila, scapo subaphyllo.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 336.

*Veronica parva saxatilis, cauliculis nudis.* RAJ. hist. 846. SEGU. Ver. 241. cum icone.

*Veronica alpina pumila, caule aphylo.* BOCC. mus. 2. p. 17. tab. 1. SEGU. Veron. tom. 3. p. 17. tom. 1. tab. 3.

*Veronica nudicaulis* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 427.

Loc. In monte Cenisio vulgaris, nec infrequens ad nivem deliquescentem in summitatibus saxosis reliquarum alpium. PERENNIS.

267. VERONICA bellidioides.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 6. f. 1.

*Veronica corymbo terminali, caule ascendente diphylo, foliis obtusis crenatis.* LINN. syst. 12. p. 57.

*Veronica caule simplici paucifloro, foliis scabris ovatis serratis, spica pauciflora.* HALL. hist. 1. n. 543. tab. 15.

*Veronica caule inferne procumbente fruticoso, foliis ovatis oppositis, racemo terminatrici.* ROY. Leyd. p. 302. n. 6.

*Veronica caule non ramoso floribus congestis terminato, foliis ovatis subasperis.* HALL. Helv. 531. cum icone optima.

*Veronica alpina bellidifolia hirsuta.* BAUH. prodr. 116.

Loc. Minime rara in pascuis, & saxosis summorum alpium. PERENNIS.

268. VERONICA fruticulosa.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 92. f. 3.

*Veronica racemo terminali, foliis ovatis crenulatis glabris pedunculo brevioribus.* SCOP. Fl. Carn. p. 302.

*Veronica foliis ovatis raro crenatis, fructu ovali, minor, floribus in summo caule caeruleis.* HALL. Helv. 532.

*Veronica (fruticans) corymbo terminali, foliis oppositis, calycibus glabriusculis, pedunculis folia floralia superantibus.* JACQ. obs. p. 200.

*Veronica (fruticans) corymbo ex pedunculis axillaribus longis terminali, corollarum speciosarum umbilico purpurascente.* CRANTZ. fasc. IV. p. 339.

*Veronica saxatilis.* BAUH. hist. III. p. 284.

Loc. In alpibus, atque etiam montibus subalpinis ad rupes, & scopulos editiores ubique abunde. PERENNIS.

269. VERONICA alpina.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 92. f. 4. 5. 8. 10.

*Veronica corymbo terminali, foliis oppositis, calycibus hispidis.* LINN. spec. p. 15.

*Veronica caule simplici, foliis ovatis glabris subserratis, spica pauciflora.* HALL. hist. tom. 1. n. 544. tab. 15. f. 2.

*Veronica (Teucrium Etscher:) corymbo terminali, foliis caulinis oppositis pene glabris, calycibus, fructibusque hispidis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 337.



*Veronica alpina*, Bugulae facie, calyce villosa. HALL. comm. Norimb. 1732. p. 300.  
Loc. In saxosis, & ad scopulos non infrequens in summis alpibus. PERENNIS.

270. VERONICA pumila N. Tab. 22. fig. 5.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 107. fig. 1.

*Veronica caule simplici floribus congestis terminato, foliis ovatis acutis dentatis.* SPEC.

PEDEM. p. 19. tab. 3. fig. 3.

Loc. In saxosis summae alpibus Albergian dictae. PERENNIS.

OBS. Folia non crenata, sed dentata rugosa, & acutiora hanc a superiori distinguunt.

271. VERONICA serpyllifolia.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 7.

*Veronica foliis imis oppositis ovatis, summis alternis lanceolatis, racemo terminali.*

GOU. hort. p. 10. n. 5.

*Veronica racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis.* LINN. spec. p. 15.

*Veronica caule erecto, foliis ovatis, glabris crenatis, petiolis ex alis unifloris brevissimis.*

HALL. hist. tom. 1. n. 546.

*Veronica foliis glabris ovatis, floribus rarius spicatis sessilibus.* HALL. Gott. p. 236.

*Veronica pratensis serpyllifolia.* BAUH. pin. 247.

*Veronica foemina quibusdam, aliis Betonica Pauli.* BAUH. hist. III. p. 385.

Loc. In pratis, & pascuis ubique. PERENNIS.

272. VERONICA tenella N. tab. 22. fig. 1.

*Veronica repens foliis rotundis crenulatis, ramis breviter racemosis.*

Loc. In umbrosa sylva alpibus Albergian. Prope arcem Fenestrellarum hanc *Veronicam* collegi. PERENNIS.

DESCR. Cauliculis reptat, & ex nodis radices demittit. Folia petiolata opposita tenera tenuiter, & raro crenulata rugosula glabra orbiculata. Rami brevi racemo florum terminantur purpureorum. Floralia folia alterna sunt, ovata, aut elliptica, breviora pedunculis. VERONICA serpyllifolia ab hac differt foliis duris firmis, & omnino laevibus, floribusque densius racemosis, aut, si velis, spicatis in erecto cauliculo.

273. VERONICA Beccabunga.

ICON. TAUR. Vol. 1. tab. 12.

*Veronica foliis ovatis serratis glabris ex alis racemosa.* HALL. hist. tom. 1. n. 534.

*Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente.* LINN. spec. p. 16.

*Veronica racemis lateralibus oppositis laxis, foliis planis glabris.* SCOP. Flor. Carn. p. 305. n. 8., ed. 2. n. 11.

*Veronica aquatica major, & minor folio subrotundo.* TOURN. inst. 145.

*Anagallis aquatica major (& minor) folio subrotundo.* BAUH. pin. 252.

*Anagallis aquatica, folio rotundiore major (& minor).* BAUH. hist. III. p. 790.

OFF. Beccabungae, aut Anagallidis aquaticae herba.

Loc. Ad fontes, & puras fluentes aquas ubique: alpes non ascendit.

VIR. Aquosa est Beccabunga aliquem habens saporem nasturtii aquatici; possidet nempe principium aliquod volatile sui generis, quo humores blande solvit, urinae secretionem ciet, atque vitium scorbuticum emendat. Debile antiscorbuticum est, verum si diu ejusdem usus protrahatur, suam veram efficaciam habet. Convenit autem potissimum in eo scorbuto, in quo propter biliosam aegri constitutionem, aut humorum compagem in solutionem pronam fortiora, & calida antiscorbutica locum non habent. Interdum expedit Acetosam, Acetosellam, aliasque similes plantas adjungere, alias opportunum est Cochlearia, aut Nasturtio aquatico vim Beccabungae acuere pro aegri, aut morbi statu. Syrupum antiscorbuticum ingreditur; dari solet succus expressus ab uncis duabus ad unc. quatuor, aut herbae recentis infusum. Exsiccata vires suas amittit, neque eadem in decocto servantur, quum principium activum volatile sit.



## 274. VERONICA anagallis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 11. 13.

*Veronica foliis lanceolatis serratis glabris ex alis racemosa.* HALL. hist. tom. 1. n. 533.

*Veronica racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto.* LINN. spec. p. 16.

*Veronica aquatica major, & minor folio oblongo.* TOURN. inst. 145.

*Anagallis aquatica major folio oblongo.* BAUH. pin. 252.

Loc. lisdem locis nascitur. PERENNIS.

VIR. Superioris vires habet, sed debiliores. Prima idcirco semper in usum medicum eligitur.

## 275. VERONICA scutellata.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 41.

*Veronica foliis lineari-lanceolatis, racemis ex alis paucifloris.* HALL. hist. 1. n. 532

Catalog. Gotting. p. 236.

*Veronica racemis lateralibus alternis, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis.*

LINN. syst. 12. p. 58.

*Veronica aquatica foliis linearibus rariter dentatis.* HALL. Gott. 236.

*Veronica aquatica angustiore folio.* TOURN. inst. 145.

*Anagallis aquatica angustifolia scutellata.* BAUH. prodr. 119.

*Anagallis aquatica.* BAUH. hist. III. 791.

Loc. TERRANEUS in stagnis, & fossis agri Cheriensis, sed ad oras lacuum, & aquarum lentissime fluentium communis est. PERENNIS.

## 276. VERONICA teucrium.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 5.

*Veronica racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus procumbentibus.* LINN. syst. 12. p. 58.

*Veronica foliis cordatis retusis nervosis serratis, racemis longissimis.* HALL. hist. 1. n. 537.

*Veronica foliis imis cordatis, superioribus angustioribus ellipticis, ex alis racemosa.*

HALL. Helv. 529.

*Veronica ( chamaedrys ) racemis lateralibus, foliis cordato-ovatis sessilibus dentatis, caule stria opposita pilosa incana.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 346.

*Veronica racemis lateralibus, terminalibusque, foliis lanceolatis rugosis dentatis, caulibus procumbentibus.* GERARD p. 324.

*Chamaedrys spuria major angustifolia.* BAUH. pin. 248.

Teucro II. MATTH.

B. *Veronica minor angustifolia ramosior, & procumbens.* MORIS. Ox. 2. p. 321.

C. *Veronica major frutescens altera.* MORIS. Ox. 2. p. 319.

Loc. In pratis montanis apricis vulgatissima. Varietatem B. legi in collinis Astensibus, & circa Sanctuarium B. M. V. dell' Oropa. Varietas C. occurrit Felici VALLE secus viam, quae ducit ad pagum le Jambon inter oppidum Exilles, & Chalabertrand. PERENNIS.

VIR. BEROLINENSES MEDICI ( Act. Berol. 1. v. 11. p. 129. ) Teucroii veri nomine hanc stirpem commendant in arthriticis, & rheumaticis affectibus. Visceribus etiam laesis balsamico principio succurrere affirmant; sed non majores vires, quam VERONICAM officinalem habere existimamus.

## 277. VERONICA prostrata.

*Veronica racemis lateralibus, foliis ovato-oblongis serratis, caulibus prostratis.* LINN. spec. p. 17.

*Chamaedrys incana spuria minor angustifolia.* BAUH. pin. 249. prodr. 117. BAUH. hist. III. p. 287.

Loc. Bartholomaeus CACCIA in valle Ulciensi. PERENNIS.

## 278. VERONICA latifolia.

*Veronica racemis lateralibus longissimis, foliis cordato-mucronatis venosis rugosis dentatis, caule stricto.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 348.

*Veronica racemis lateralibus, foliis cordatis rugosis dentatis, caule striato.* LINN. spec. p. 18.



*Veronica foliis hirsutis nervosis sessilibus cordatis lanceolatis serratis, floribus racemosis longe petiolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 535. It. Helv. 2. n. 26.

*Veronica racemis lateralibus, foliolis calycinis ovatis integerrimis.* GOU. hort. Monsp. p. 11. n. 9.

*Veronica urticifolia.* JACQ. Fl. Austr. p. 37. tab. 59.

*Veronica maxima.* LUGD. p. 165.

*Chamaedrys falsa maxima, an. Teucrium I., sive majus pannonicum Clusii.* BAUH. hist. III. p. 286.?

*Chamaedrys spuria major latifolia.* BAUH. pin. 248.

Loc. In sylvis umbrosis editiorum collium *Taurinensium*, similibus locis montanis, & subalpinis quoque nascitur. PERENNIS.

279. VERONICA Chamaedrys.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 4.

*Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus rugosis dentatis, caule bifariam piloso.* LINN. spec. p. 17. mant. alt. p. 317.

*Veronica racemis oppositis erectis ex summis alis, foliis subovatis patulis dentatis rugosis.* SCOP. Fl. Carn. p. 304. n. 5.

*Veronica foliis cordatis subrotundis hirsutis nervosis, ex alis racemosa.* HALL. hist. 1. n. 536.

*Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus dentatis foliolis calycinis linearibus inaequalibus.* GOU. hort. Monsp. p. 11. n. 8.

*Veronica (pratensis) racemis lateralibus densis, foliis duris lanceolatis serratis, caulibus ex prostrato-erectis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 344.

*Veronica racemis lateralibus, foliis rugosis dentatis, inferioribus subrotundis, caeteris lanceolato-ovatis.* GER. p. 324. n. 9.

*Veronica minor foliis imis rotundioribus.* MOR. Ox. 11. p. 320.

*Chamaedrys spuria minor rotundifolia.* BAUH. pin. 249.

*Veronica pratensis latifolia.* RIVIN. tab. 94.

Loc. Ad sepes, dumeta, & pascua in agro *Pedemontano*: in collinis frequentior. PERENNIS.

280. VERONICA austriaca.

*Veronica racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis pinnato-dentatis.* LINN. spec. p. 17.

*Chamaedrys austriaca, foliis tenuissime laciniatis.* BAUH. pin. 248. prodr. 117.

*Chamaedrys spuria tenuissime laciniata.* BAUH. hist. III. p. 287.

Loc. Cl. BELLARDI in montibus di *Roascia*. PERENNIS.

281. VERONICA verna.

*Veronica floribus solitariis, foliis digitato-partiis pedunculo calyce longioribus.* LINN. syst. 12. p. 58.

*Veronica foliis ovatis tripartitis, & quinquepartitis floribus brevissime petiolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 552.

*Veronica Dillenii foliis digitato-partiis, floribus solitariis spicatis, sessilibus.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 352.

*Veronica humilis erecta montana, flore parvo caeruleo.* DILL. app. 38.

Loc. Secus arva locis collinis, atque in pascuis apricis. ANNUA.

282. VERONICA Bellardi. † tab. 85. fig. 1.

*Veronica hirsuta, caule erecto simplici toto florifero, foliis linearibus fructu subsessili brevioribus.*

Loc. Cl. BELLARDI reperit in pascuis prope arcem *Fenestrellarum*. ANNUA.

DESCR. Ex radice fibrosa cauliculus simplex erigitur digitum circiter longus, totus florifer. Folia breviter petiolata sublinearia obtusa calycibus breviora alterna, integerrima, si excipias foliola duo radici proxima, in quibus lentis vitreae auxilio unus, aut duo dentes observantur. Ex singulis foliorum axillis flos parvus laete caeruleus subpetiolatus calyce minor. Calycis foliola aequalia inter se dissita linearia, atque internodiis longiora. Fructus bilocularis cordatus pro ratione plantae sat magnus, calycis foliolis humilior, sed transversim calyce multo latior. Tota planta hirsuta est.



- Obs.* Accedit ad *VERONICAM vernam* LINNÆI, a qua differt caule simplici toto florifero, foliis linearibus non partitis, omnibus alternis; differt quoque a *VERONICA peregrina* caule nihil ramoso, foliis fructu brevioribus, calycibus fructu longioribus.
283. *VERONICA succulenta*. N. tab. 22. Fig. 4.  
*ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 106. f. 5.*  
*Veronica erecta spicata, foliis succulentis, caulinis pinnato dentatis floralibus integerrimis.*  
*Loc.* Legi in saxosis apricis circa thermas *Valderianas*. *ANNUA.*  
*DESCR.* Caulem habet filiformem erectum duriusculum, digiti, aut etiam spithamæ altitudine. Folia sunt opposita petiolata crassiuscula viridia glabra linearia, utrinque dentata. Post tertiam, aut quartam foliorum conjugationem caulis longa, & rara spica evadit. Folia floralia alterna, & integerrima. Ex eorum alis pedunculus uniflorus. Fructus cordatus amplior, & brevior calyce, semina recondit subobscura compressa a sex ad octo. Floribus excussis se se obtulit hæc stirps, quam ex calyce, & fructu ad *VERONICÆ* genus pertinere vidi. Foliis succulentis, dentibus non acutis, atque omnibus foliis floralibus integerrimis differt a *VERONICA verna*, cui proxima est.
284. *VERONICA agrestis*.  
*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 15.*  
*Veronica caule procumbente, foliis petiolatis ovatis crenatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 549.  
*Veronica floribus solitariis, foliis cordatis incisis, pedunculo brevioribus.* LINN. spec. p. 18.  
*Veronica foliis cordatis incisis, pedunculis fructificantibus longioribus cernuis, calycibus basi gibberis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 249.  
*Veronica floribus pedunculatis axillaribus, foliolis calycinis ovatis subaequalibus.* GOU. h. 11. n. 10.  
*Veronica flosculis oblongis pediculis insidentibus.* BAUH. pin. 250.  
*Alsine serrato folio glabro.* BAUH. hist. III. p. 366.  
*Loc.* Ubique in hortis, & ruderatis. *ANNUA.*
285. *VERONICA arvensis*.  
*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 9.*  
*Veronica foliis oppositis cordatis crenatis, floribus in caule virgato sessilibus.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 350.  
*Veronica caule erecto, foliis ovatis subhirsutis dentatis, petiolis brevissimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 548.  
*Veronica floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo longioribus.* LINN. spec. p. 18.  
*Veronica floribus axillaribus, foliolis calycinis lanceolatis inaequalibus.* GOU. hort. Monsp. p. 12. n. 11.  
*Veronica flosculis cauliculis adhaerentibus.* MOR. Ox. 11. p. 322.  
*Alsine Veronicæ foliis flosculis cauliculis adhaerentibus.* BAUH. pin. 250.  
*Alsine serrato folio hirsutiore, flosculis, & loculis cauliculis adhaerentibus.* BAUH. hist. III. 367.  
*Loc.* In arvis, & hortorum areis ubique. Secus prata quoque nascitur. *ANNUA.*
286. *VERONICA hederifolia*.  
*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 14.*  
*Veronica floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis.* LINN. spec. p. 19.  
*Veronica caule procumbente foliis lobatis, petiolis unifloris.* HALL. hist. 1. n. 550.  
*Veronica floribus solitariis, foliis quinquelobis, corollis calyce brevioribus.* SCOP. Flor. Carn. p. 307. n. 12., ed. 2. n. 24.  
*Veronica Cymbalariae folio verna.* TOURN. inst. 145.  
*Alsines genus Fuchsio, folio hederulae hirsuto.* BAUH. hist. III. p. 368.  
*Loc.* Iisdem locis copiose. *ANNUA.*
287. *VERONICA triphyllos*.  
*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 8.*  
*Veronica floribus solitariis, foliis digitato partitis, pedunculis calyce longioribus.* LINN. syst. 12. p. 58.



*Veronica foliis ovatis tripartitis, & quinquepartitis, floribus longe petiolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 551.

*Veronica foliis digitato-partitis, floribus solitariis, in foliorum capitulorum rosulis congestis.* CRANTZ. fasc. IV. ed. 2. p. 351.

*Veronica verna trifido, vel quinquefido folio.* TOURN. inst. 145.

*Alsine triphyllus caerulea.* BAUH. pin. 250.

*Alsine folio profunde secto, flore purpureo, seu caeruleo.* BAUH. hist. III. 367.

*Veronica digitata.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 445.

Loc. In arvis apricis collium *Taurinensium*. *ANNUA*.

288. *VERONICA acinifolia.*

*ICON. TAUR. Vol. I. tab. 10. f. 1. 2.*

*Veronica floribus solitariis pedunculatis, foliis ovatis glabris crenatis, caule erecto subpiloso.* LINN. spec. p. 19. HALL. hist. tom. 1. n. 547.

*Veronica minima Clinopodii minoris folio glabro romana.* BOCC. mus. p. 29. tab. 102.

*Veronica erecta acinifolio glabro, floribus caeruleis.* DILL. app. 39.

Loc. Felix VALLE prope *Exilles* ad radices montis *Collisée*. Cl. BELLARDI circa *Moncrivello, & Borgomasino*. *ANNUA*.

289. *VERONICA romana* tab. 85. fig. 2.

*Veronica floribus solitariis subsessilibus, foliis oblongis subdentatis, caule erecto.* LINN. spec. p. 19.

Loc. In ericetis, & pascuis sterilibus *Cigliani* legit Cl. BELLARDI. *ANNUA*.

*DESCR.* Quamvis notae a Cl. LINNÆO huic *VERONICÆ* tributae penitus non conveniant, ex nomine Linnaeano, atque illa, quam addidit Cl. REICHARD, descriptione, videtur ab his clarissimis Auctoribus haecce planta indicari; liceat igitur ad rem omnino definiendam observatiunculas adjungere, atque iconem, quae usque nunc deficit, exhibere. Plantula haec in loco natali, qui vere sterilis est, solet vix duarum, aut trium unciarum altitudinem habere. Se se erigit cauliculo filiformi non ramoso ex radice tenui fibrosa. Folia opposita sessilia erecto-patentia oblonga ovata duobus, aut tribus denticulis utrinque incisa. Conjugationes foliorum solent esse tres: quae deinde sequuntur folia alterna sunt, & floralia, ex singulis alis flos evidenter pedunculatus. Flos dilutissime caeruleus pene albus calyce minor. Calycis foliola linearia obtuso fine distantia. Fructus cordatus calyce non major. Calyx, & fructus laevissimam hirsutiem habent, neque altitudine folia floralia superant. Quemadmodum ex descriptione patet, confundi non potest cum *Acinifolia*, quae plerumque ramosa est praesertim ad basim, caule non recto instructa, atque foliis donatur patentibus petiolatis, potius subrotundis omnibus alternis, & educit pedunculos, etiam demto calyce, superantes folia floralia.

*MONTIA.* LINN. gen. n. 96., syst. n. 101. MICH. gen. tab. 13.

Calyx diphyllus, raro triphyllus. Corolla quinquepartita, laciniis tribus alternis minoribus. Stamina tria. Styli tres. Capsula unilocularis, trivalvis, saepius trisperma.

290. *MONTIA fontana* LINN. spec. p. 129.

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 36. f. 4.*

*Montia aquatica minor.* MICH. gen. 18. tab. 13. f. 2.

*Alsineformis paludosa tricarpus.* PLUK. alm. 20. tab. 7. f. 5.

*Alsinoïdes annua verna.* VAILL. Paris. tab. 3. f. 4.

Loc. Legit PRIM in paludibus *Frossaschi*, & Cl. DANA in fontanis, & humidis montium ad vallem di *Brosse Eporediensem* pertinentibus prope ferri fodinas. Copiose nascitur supra Oppidum *Giaveno* ad fontium scaturigines. Similibus locis circa *Garrexium Ignatius* MOLINERI. *ANNUA*.

*OBS.* *MONTIA major* MICHELII nascitur locis paludosis, locis autem irriguis *minor* occurrit. Primo aspectu differre videntur; in *majori* flores pauciores majores, & longius ab axillis pedunculati; in *minore* flores paullo copiosiores in summa plan-



ta praeter axillares, folia etiam multo minora; nolo separare, accuratiores Botanicorum observationes decernent num varietates, aut distinctae species sint.

SANGUISORBA. LINN. *gen. n.* 136., *syst. n.* 146. TOURN. *tab.* 61.

Calyx diphyllus. Corolla quadrifida fructui imposita. Stamina quatuor.  
Fructus bilocularis.

291. SANGUISORBA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 128.

*Sanguisorba tetrandra, foliolis cordatis, spica brevi.* BOHEM. Lips. p. 7. n. 16.

*Sanguisorba spicis ovatis.* LINN. *spec. p.* 169.

*Pimpinella tetrastemon, spica brevi.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 705.

*Sanguisorba spicis subrotundis, floribus hermaphroditis.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 166.

*Sanguisorba tetrastemon, staminibus tubo floris aequalibus, spicis ovalibus.* ZINN *Gott. p.* 285.

*Pimpinella tetrastemon, foliis oblonge cordatis, spica brevi.* HALL. *Helv.* 469.

*Pimpinella sanguisorba major.* BAUH. *pin.* 160.

*Sanguisorba major flore spadiceo.* BAUH. *hist. III. p.* 120.

*Pimpinella maggiore.* MATTH.

OFF. *Pimpinellae Sanguisorbae radix.*

Loc. In pascuis subhumidis agri *Pedemontani* frequens. PERENNIS.

VIR. Adstringit, & laudatur ad nimios sanguinis fluxus.

292. SANGUISORBA auriculata. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 167.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 102.

*Pimpinella major rigida praealta, auriculata, sabauda.* BOCC. *mus. 2. p.* 19. tab. 7.

Loc. BOCCONE in *Sabaudia*. Cl. BELLARDI in *pratis di Borgomasino*. PERENNIS.

PLANTAGO. LINN. *gen. n.* 133., *syst. n.* 142. TOURN. *tab.* 48.

Calyx quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor corolla multo longiora.  
Capsula bilocularis polysperma, horizontaliter dehiscens.

293. PLANTAGO major.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 113. 114. 115. & Vol. IX. tab. 14.

*Plantago foliis petiolatis ovatis glabris, spica cylindrica.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 660.

*Plantago foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis.* LINN. *spec. p.* 163.

*Plantago latifolia sinuata.* BAUH. *pin.* 189.

*Plantago major.* CAM. *epit. p.* 261.

*Piantaggine mezzana.* MATTH.

OFF. *Plantago media, s. Septinervia.*

Loc. Ad vias, & secus prata abunde. PERENNIS.

294. PLANTAGO lanceolata.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 116. 117. 118.

*Plantago foliis lanceolatis, spica subovata, scapo angulato.* LINN. *spec. p.* 164.

*Plantago angustifolia major.* BAUH. *pin.* 187.

*Plantago lanceolata.* BAUH. *hist. III. p.* 505.

*Piantaggine lunga.* MATTH.

OFF. *Plantago minor, s. Trinervia, s. Plantago mas.*

Loc. Ubique ad vias, & in pratis frequens est. PERENNIS.

295. PLANTAGO media.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 112.

*Plantago foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti.* LINN. *spec. p.* 163.

*Plantago latifolia incana.* BAUH. *pin.* 189.

*Plantago media.* CAM. *epit. p.* 262.



*Piantaggine maggiore.* MATTH.

OFF. *Plantago media*, s. *Quinquenervia*.

LOC. Haec quoque ad vias, & secus prata abunde. *PERENNIS*.

VIR. Hae tres easdem vires habent, sed prima frequentius in usum recipitur. Vim possident attemperantem, & adstringentem ad haemorrhagias, nimiasque evacuationes cohibendas, longa Medicorum experientia confirmatam; prosunt etiam in ani, & vaginae procidentia, uvulae descensu, & angina diuturna ex fibrarum laxitate, si ejus forti decoctione, aut succo pars relaxata colluatur. Rustici adhibent ad febres intermittentes tollendas. Ego etiam sustuli febres intermittentes exhibitis unciis tribus, aut quatuor succi PLANTAGINIS aliquot horis ante accessionem. In iis autem febribus intermittibus sufficere hoc remedii genus vidi, quae declinante vere, aut ineunte aestate adveniunt, praemisso opportuno usu evacuantium, aut etiam venae sectionis. Aqua PLANTAGINIS ad internum usum exsoleta est, quum principia activa, quae fixa sunt, in destillatione vix ascendunt. Chirurgi adhibent in morbis oculorum, ut attemperans, & subadstringens. Adhibetur in decocto, aut succus ejus, qui certo praestat, praescribitur ab unciis duabus ad uncias quatuor. In extracto vis plantae conservatur, atque datur a drachma semisse ad drachmam unam. In febribus intermittibus, quae propter conjunctam bili aliquam lymphae visciditatem, interdum corticis peruviani usui resistunt, utiliter amararum stirpium ut *Chamaedryos*, *Centaurii minoris*, atque *Gentianae extractis PLANTAGINIS extractum conjunxi*, quae combinatione remedium obtinetur corticis peruviani aemulum, sed non adeo tonicum, neque tantopere calefaciens. Semen PLANTAGINIS non modo subadstringens est, sed etiam demulcens, similesque cum psyllio possidere virtutes dicitur, tantam autem non praebet mucilaginis quantitatem.

296. PLANTAGO alpina.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 120.

*Plantago foliis linearibus planis, scapo tereti hirsuto, spica oblonga erecta.* LINN. syst. 12. p. 122.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 125.

*Plantago foliis linearibus, spica oblonga.* HALL. Helv. 471.

*Plantago foliis linearibus planis, spica cylindrica.* HALL. hist. 1. n. 657.

*Holosteum hirsutum nigricans.* BAUH. pin. 190.

*Plantago alpina folio longo angusto, & nigricante.* BOCC. mus. p. 22. tab. 5.

LOC. BOCCONE in monte *Cenisio*, sed frequentissima est in pratis alpinis. *PERENNIS*.

VIR. Minus aquosa est, quam praecedentes, & validius adstringit.

297. PLANTAGO altissima.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 8.

*Plantago foliis lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, scapo subangulato, spica oblonga cylindrica.* LINN. spec. p. 164.

JACQU. obs. 4. tab. 83.

*Plantago montana, crasso glabro canaliculato, tenuioreque folio, profundissime radicata.* TILL. pisc. 146.

LOC. Secus le Paillon prope *Nicaeam*. *PERENNIS*.

298. PLANTAGO lagopus.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 119. & Vol. XI. tab. 21.

*Plantago foliis lanceolatis subdenticulatis, spica ovata hirsuta, scapo tereti.* LINN. syst. 12. p. 122.

*Plantago angustifolia paniculis lagopi.* BAUH. prodr. 88.

LOC. In Comitatu *Nicaeensi* copiose crescit. *ANNUA*.

299. PLANTAGO albicans.

*Plantago foliis lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica erecta, scapo tereti.* LINN. syst. 12. p. 122.



*Holosteum hirsutum albicans majus*. BAUH. pin. 190.  
 Loc. In agro Nicaeensi. ANNUA.

300. PLANTAGO Bellardi. † tab. 85. fig. 3.

*Plantago pubescens foliis sublinearibus planis, petiolatis, scapo tereti foliorum longitudine spicis cylindricis.*

Loc. Invenit Cl. BELLARDI locis sterilibus Villaefrancae Nicaeensis prope Lanternam. ANNUA.

DESCR. Radix simplex longiuscula flexuosa fibrillis instructa. Folia sublinearia plana tribus nervis subtus percursa per exsiccationem distinctius apparentibus, quae ex radice evidenti petiolo nascuntur. Scapi plures ad tres, vel quatuor ex eadem radice exsurgunt erecti teretes ante florescentiam foliis breviores, deinde aequales. Spicae primum ovatae, & compactae, deinde cylindricae evadunt, floresque magis dissitos exhibent, atque folia superant. Bractee calycibus aequales lanceolatae. Corollae flavescentes e calycibus parum prominentes. Universa planta molli, & flavida hirsutiae pubescit. Floret mense Julio. In loco natali altitudinem duarum circiter unciarum planta habere solet, sed in horto culta duplo majorem altitudinem acquirit.

301. PLANTAGO maritima.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 79.

*Plantago foliis semicylindricis integerrimis basi lanatis, scapo tereti*. LINN. spec. p. 165.

*Coronopus maritimus major*. BAUH. pin. 190.

Loc. In agro Nicaeensi ad rupes. PERENNIS.

302. PLANTAGO serpentina. N.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 121. 122.

*Plantago gramineo folio major*. TOURN. inst. 127. MISC. TAUR. om. 5. p. 60. n. 25. tom. 3. p. 178.

Loc. Locis sabulosis, & aridis ad montium radices. PERENNIS.

303. PLANTAGO coronopus.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 124. & Vol. XVII. tab. 11. f. 2.

*Plantago foliis linearibus dentatis, scapo tereti*. LINN. spec. p. 166.

*Plantago foliis subhirsutis, semipinnatis, pinnis raris lanceolatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 658.

*Plantago foliis linearibus, pinnato-dentatis, scapo tereti*. HUDS. p. 52. n. 6.

*Coronopus sylvestris hirsutior*. BAUH. pin. 190.

*Herba stella, sive Cornus cervinum*. DOD. pempt. 109.

Coronopo MATTH.

OFF. Coronopus, s. Cornu cervinum.

Loc. Frequens in agro Nicaeensi. In agro Taurinensi secus Sturam mihi occurrit, & Cl. BELLARDI in montibus di Oropa. ANNUA.

304. PLANTAGO Psyllium.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 125.

*Plantago caule ramoso herbaceo, foliis subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis*. LINN. spec. p. 167.

*Plantago caulibus erectis herbaceis, foliis linearibus patulis, capitulis ovatis hirsutis*. HALL. hist. 1. n. 661.

*Plantago caule erecto ramoso, foliis linearibus integris, spicis foliosis*. GER. p. 335. n. 12.

*Psyllium majus erectum*. BAUH. pin. 191. BAUH. hist. III. p. 513.

Psillio MATTH.

OFF. Psyllii semen.

Loc. Abunde in aridis sabulosis Montisferrati, & Liguriae; circa Segusium, & Augustam Taurinorum secus Duriam passim occurrit. ANNUA.

VIR. Psyllii semen densam, & difficile a ventriculo subigendam mucilaginem praebet. Laevis ejusdem decoctio egregium demulcens facit, quo utiliter utimur in



dysenteriis, & urinae ardore; mucum enim mollissimum praebet. Dosis est<sup>a</sup> drachma una ad drachmas duas pro quavis aquae libra.

## 305. PLANTAGO cynops.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 126.

*Plantago caule ramoso suffruticoso, foliis filiformibus integerrimis strictis, capitulis subfoliatis.* LINN. syst. 12. p. 123.

*Plantago caule lignoso prostrato, foliis linearibus erectis, capitulis subhirsutis.* HALL. hist. 1. n. 662.

*Plantago caule procumbente suffruticoso, foliis linearibus integris, spicis foliosis.* GERARD. p. 335. n. 13.

*Plantago suffruticosa.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 313.

Loc. In collibus calidioribus locis siccis, atque praesertim in juniperetis. PERENNIS.

CENTUNCULUS. LINN. gen. n. 135., syst. n. 145.

Calyx quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor corollam non superantia.

Capsula unilocularis polysperma transversim dehiscens.

## 306. CENTUNCULUS minimus LINN. spec. p. 169. EPH. nat. cur. 5. app. 92. tab. 10. f. 31.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 35. f. 8.

*Centunculus foliis alternis ovatis.* LINN. Fl. Suec. 129. 136.

*Centunculus foliis alternis.* GER. p. 306. n. 1.

*Centunculus.* HALL. hist. tom. 1. n. 627.

*Alsine palustris minima, flosculis albis, fructu coriandri exiguo.* MENTZ. pug. tab. 7. f. 5. TOURN. par. 243.

*Anagallis paludosa minima.* VAILL. bot. par. 12. tab. 4. f. 2

*Anagallidastrum exiguum foliis lanceolatis alternis, flore albo fugaci, & vix conspicuo.* MICH. gen. 14. tab. 18.

Loc. PRIM in paludibus Frossaschi. Petrus MOLINERI in Sabaudia prope Chalances, & ad lacum supra Eporediam. In provincia Aquensi Ignatius MOLINERI ad oppida Cassinelle, & Mieuglia. Cl. BELLARDI prope la Morra di Saluzzo. ANNUUS.

LILAC. TOURN. inst. 601. tab. 372. SYRINGA. LINN. gen. n. 22., syst. n. 22.

Calyx quadridentatus. Corolla infundibuliformis quadrifida. Stamina duo.

Capsula bilocularis bivalvis disperma.

## 307. LILAC vulgare.

*Lilac foliis cordatis.* BOEHMR. Lips. p. 1.

*Syringa foliis ovato-cordatis.* LINN. spec. p. 11. HALLER. hist. n. 531.

*Syringa caerulea.* BAUH. pin. 398.

*Syringa flore caeruleo, s. Lilac.* BAUH. hist. I. p. 204.

*Lilac* MATTH. 1237. TOURN. inst. p. 601.

Loc. Copiose in sylvestribus montis Crea nascitur, atque etiam in collibus Taurinensibus. Cl. BELLARDI sponte proveniens observavit secus viam, quae ab Eporedia ducit ad vallem Augustae Praetoriae. PERENNE.

CUSCUTA. LINN. gen. n. 156., syst. n. 170. TOURN. tab. 422.

Calyx quadrifidus, vel quinquefidus. Corolla quadrifida, vel quinquefida.

Squamae nectariferae florum segmentis interpositae. Stamina quatuor.

Capsula bilocularis tetrasperma.

## 308. CUSCUTA europaea.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 54.

*Cuscuta floribus sessilibus.* LINN. spec. p. 180. HALL. hist. 1. n. 654.

*Cuscuta major, minor.* BAUH. pin. 219.



*Cuscuta filiformis*. LAM. *Flor. Franc. tom. 2. p. 307.*

*Epitimo* MATTH.

OFF. *Cuscuta*, *Cassuta*, s. *Epythymum*.

LOC. In pratis praecipue collium. *ANNUA*.

VIR. Blandum abstergens facit in morbis ab obstructione viscerum imi ventris laudatum, sed nostris temporibus exsoletum, sive quod alia securiora remedia prostant, sive quod videatur non certas virtutes habere haec parascitica planta ex variis stirpibus, quibus innascitur diversa principia hauriens. Exsiccatae plantae pulvis datur a drachmis duabus ad drachmas tres, in infuso a pugillo ad pugillos tres.

## 2. COROLLA SEXFIDA.

CROCUS. LINN. *gen. n. 53., syst. n. 55.* TOURN. *tab. 183. & 184.*

Corolla sexfida, segmentis aequalibus erectis. Stamina tria. Stigmata tria convoluta. Capsula subrotunda trilocularis polysperma.

### 309. CROCUS vernus.

*Crocus tuba brevissime trifida*. HALL. *hist. tom. 2. p. 127. n. 1257.*

*Crocus vernus latifolius, flore albo, & purpureo*. CLUS. *hist. p. 203.*

*Crocus vernus albus latifolius variegatus*. BAUH. *pin. 65.*

LOC. In montibus subalpinis ad nivem deliquescentem. *PERENNIS*.

### 310. CROCUS sativus.

ICON. TAUR. *Vol. I. tab. 52.*

*Crocus spatha univalvi radicali, corollae tubo longissimo*. LINN. *spec. p. 50. GER. 43.*

*Crocus floribus fructui impositis, tubo longissimo*. ROY. *Lugdb. 41.*

*Crocus sativus*. BAUH. *pin. 65.*

LOC. Sponte in arvis *S. Martin Maurianensium*. *PERENNIS*.

OBS. Quemadmodum recte adnotavit Cl. HALLERUS (*hist. tom. 2. p. 127.*) distincta species est a *CROCO verno*, non varietas; difert autem tempore florendi, loco natali, tuba profundius secta odorata, & aromatica, atque foliis, quae in *sativo* angustissima, & copiosa.

VIR. Qui apud nos, licet spontaneus, negligitur, variis Europae locis data opera colitur ad usum tinctorium, & medicinalem. Colorata tubae pars ea est, quae in usum recipitur, & *CROCUM orientalem officinalem* constituit. Proprietates habet OPII aemulas, ita ut vi odoris sui possit etiam inebriare. Magna dosi intus datus, ut duarum, aut trium drachmarum potest hominem enecare, & mali etiam effectus externum incautum usum sunt consecuti. Odore suo ostendit principium narcoticum, subaromaticum, quo, ut diximus, laedi nervi possunt. Continet particulas sui generis oleosas salinis volatilibus junctas, quibus humores attenuat, rarescentiam, ut dicitur, in sanguine inducit, vasa praesertim sanguinea aperit, capitis plethoram facile infert, nervorum actionem instar opii infringit, et partium irritabilitatem imminuit. Cautus interim CROCI usus proficuum evadit in plurimis morbis, atque is multiplex est. Tumorum suppurationem promovet partium dolorem, atque tensionem leniendo, impacta solvendo, atque motum quemdam intestinum suscitando, & solet a Chirurgis in hunc finem maturantibus medicamentis adjungi. Similiter etiam juvat ad contusiones resolvendas. Si pars plurimum doleat, multumque tensa evadat, aut materia tumorem faciens acris naturae sit, atque herisipelatosae, nocebit, eo quod non parum calefaciat, aestumque in parte, cui applicitus est, inducat. Intus frequenter datur ad menses, aut lochia in foeminis pellenda, & haemorrhoidum fluxum in viris promovendum. Planum autem ex dictis est in iis tantum casibus prodesse posse, in quibus calefacientia remedia opportuna esse queunt. Eodem tempore saepe insesus ex decoctionibus emollientibus, quae resistantiam vasorum imminuant, fieri solent. De caetero male se habere solent ex usu CROCI homines mobilioris naturae, temperamenti biliosi, & in quibus adest muriatica humorum conditio. Convenit idcirco praesertim in pituitosis, atque illis, qui viscido muco redundant.



In cordis palpitatione laudatur. In ea autem tantum utiliter adhiberi censeo, quae nascitur ex resistentia superanda per remedia aestum in sanguine gignentia, mucum solventia, vasaque aperientia: non autem illa, quam producat, aut sustineat nimia fibrarum mobilitas, aut nervorum actio aucta ex materia acri, & exstimulante. Magnam solet utilitatem afferre in cordis palpitatione ex suppresso mensium, aut haemorrhoidum fluxu. In febribus anomalis, quotidianis, atque imminuto cibi desiderio, capitis gravedine, corporis lassitudine, aliisque malis, quae diuturnam maestitiam consequuntur, prodest usus *CROCI orientalis*, qui solet jungi aliis cum remediis amaris tonicis, aromaticis, aut etiam exstimulantibus pro varietate circumstantiarum selectis. In morbis pectoris frequenter adhibetur tamquam remedium, quod expectorationi faveat, atque pulmonum vasa expediat. In tussi catarrhali, astmate humido, dyspnoea &c. ex pituita tenaci pendentibus omnino convenit. Si materies sputorum crassorum reses in pulmonibus haereat, solus *CROCUS* non sufficit. Caute admodum in morbis pulmonum febrilibus imperandus est: perniciosus autem est in pleuritide biliosa, atque tussi, quae fuerit comes morbillorum, aut scarlatinae: in tussi convulsiva etiam nocuisse observavi. Abstinendum est ab usu *CROCI* in iis, qui prони sunt ad morbosum sanguinis fluxum, quacumque ex parte ille venerit. Quod autem attinet ad vim soporiferam *CROCI* in hunc scopum non puto esse adhibendum; commodius enim, certius, atque securius remediis ex opio, aut papavere albo desumptis huic indicationi satisfacere Medicus potest. Dari solet *CROCUS orientalis* in substantia, ut dicitur, sive in pulverem redactus a granis decem ad scrupulum unum; drachmae unius dosis nimia est, neque sine detrimento praescribitur.

**GLADIOLUS.** LINN. *gen. n.* 55., *syst. n.* 57. *TOURN. tab.* 190.

Corolla sexpartita ringens. Stamina tria. Tuba trifida. Capsula trilocularis polysperma.

311. **GLADIOLUS** communis.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab.* 53.

*Gladiolus foliis ensiformibus, floribus distantibus.* LINN. *spec. p.* 52.

*Gladiolus floribus uno versu dispositis major.* BAUH. *pin.* 41. *GARID. tab.* 42.

*Gladiolus sive Xiphion.* BAUH. *hist. II. p.* 501.

*Loc.* Inhabitat segetes collium, & montium humiliorum. *PERENNIS.*

**IRIS.** LINN. *gen. n.* 57., *syst. n.* 59. *TOURN. tab.* 186. 187. 188.

Corolla sexpartita, laciniis alternis reflexis. Tubae apex trifidus abit in tres lacinias petaliformes tegentes stamina tria. Capsula trilocularis polysperma.

312. **IRIS** pseudacorus.

*ICON. TAUR. Vol. I. tab.* 56.

*Iris corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus.* LINN. *spec. p.* 56.

*Iris imberbis lutea nervo folii eminente.* HALL. *Helv.* 281.

*Iris caule inflexo, foliis ensiformibus, petalis erectis minimis reflexis imberbibus.* HALL. *hist. 2. n.* 1260.

*Iris laciniis corollae interioribus stigmatibus brevioribus.* BOHEM. *Lips. p. 2. n.* 3.

*Iris lutea.* LAM. *Flor. Franc. tom. 3. p.* 496.

*Iris palustris lutea, seu Acorus adulterinus.* BAUH. *hist. II. p.* 732.

*Acorus adulterinus.* BAUH. *pin.* 34.

*Acoro falso* MATTH.

*OFF.* *Acori palustris radix.*

*Loc.* Ubique locis paludosis. *PERENNIS.*

*VIR.* Adstringens & acris alvum fortiter pellit. Cum tutiora purgantia prostent, in usum medicum minime venit. Caveant Pharmacopolae, ne pro Calamo aromatico *Acori* hujus radicem obtrudant.



## 313. IRIS germanica.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 54. & 57.

*Iris corollis barbatis, caule foliis aliove multifloro, floribus inferioribus pedunculatis.*

LINN. syst. 12. p. 77.

*Iris foliis ensiformibus distichis, petalis reflexis barbatis, tubalibus arcu distinctis.* HALL. hist. tom. 2. n. 1258.

*Iris sylvestris.* LOB. adv. p. 31.

*Iris vulgaris germanica, seu sylvestris.* BAUH. pin. 30.

*Iride salvatica* MATTH.

OFF. Ireos nostratis radix.

LOC. Ad vetustos, & dirutos muros non infrequens, & nascitur etiam ad oras praetorum sterilium. Abunde circa *Dertonam* crescere animadvertit *Ignatius MOLINERI*.

LOBELIUS scripsit oriri passim in subalpinis *Ligurum*, & *Taurinensium*. PERENNIS.

VIR. Hujus radice succus ad uncias duas datus validum purgans facit ad Hydropicorum aquas ducendas celebratum a Germanis. Haec dosis apud nos magna est, & hoc remedium in robustis hominibus tantum adhibendum; securius eo in casu decoquitur radice uncia dimidia, aut uncia una in sero lactis, sicuti praecipit PHARMACOPŒA WIRTEMBERGICA.

## 314. IRIS graminea.

ICON. TAUR. Vol. I. tab. 59. 60.

*Iris corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule ancipiti foliis linearibus.* LINN. spec. p. 58.

JACQ. Flor. Austr. 1. p. 5. tab. 2.

*Iris angustifolia prunum redolens major.* BAUH. pin. 33. TOURN. inst. p. 361.

*Chamaedris angustifolia.* TABERN. ic. 649.

LOC. In collibus *Taurinensibus* ad oras sylvarum, & sylvis caeduis. PERENNIS.

## B. PENTASTEMONES.

## I. MONANGIÆ

PLUMBAGO. LINN. gen. n. 196., syst. n. 112. TOURN. tab. 58.

Calyx quinquedentatus persistens. Corolla infundibuliformis limbo quinquefido.

Stamina squamis basim corollae cludentibus inserta. Stigma quinquefidum.

Capsula unilocularis quinquevalvis monosperma.

## 315. PLUMBAGO europaea.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 86.

*Plumbago foliis amplexicaulibus lanceolatis scabris.* LINN. spec. p. 215.

*Plumbago foliis ovatis ciliatis, floribus congestis, staminibus exclusis.* GOU. hort. Monsp. p. 92. n. 1.

*Lepidum dentellaria dictum.* BAUH. pin. p. 97.

*Dentellaria Rondeletii.* BAUH. hist. VII. 2. p. 941.

*Plumbago quorundam.* CLUS. hist. 2. 123.

OFF. Plumbago, s. Dentellaria.

LOC. In agro *Nicaeensi* PERENNIS.

VIR. Redundat PLUMBAGO principio oleoso acri caustico, neque intus datur.

Contusa carpo imponitur in odontalgia ad dolorem tollendum; locum, cui imposita est, nigro colore inficit difficulter abstergendo, atque etiam cutim urit ulcus relinquens, si diu persistit. A nigro colore, quem imprimit, PLUMBAGO dicta est, ab utilitate in dentium dolore *Dentellaria* vocata. Sunt qui retro aures in odontalgia radicem contusam adhibent. Planum est hac ratione adhibitam vesicantium usum praestare. Folia oleo infusa vim escaroticam oleo communicant, quod illitu juvare dictum est adversus scabiem, & tineam, atque ipsum cancrum absumendum. Ego quidem oleo ex infusione radice praeparato utiliter in scabie



usus sum. Folia enim nimis urentia, & inflammantia visa sunt. Quod autem pertinet ad Cancrum nihil ex propria observatione adducere possum; puto tamen stirpem hanc, quae adeo potenter carnes absumit, mereri, ut eam artis magistri in tam difficili morbo experiantur.

ANAGALLIS. LINN. *gen. n.* 189., *sys. n.* 206. TOURN. *tab.* 59.

Calyx profunde quinquefidus. Corolla quinquefida rotata.  
Capsula horizontaliter dehiscens polysperma.

316. ANAGALLIS phaenicea.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 46.

Anagallis caule procumbente, foliis ovato lanceolatis, calycis segmentis lanceolatis. HALL. *hist. tom.* 1. p. 276. n. 625.

Anagallis foliis ovatis, flore phaeniceo. BOHEM. *Lips.* 15.

Anagallis phaeniceo flore. BAUH. *pin.* 252. HALL. *Helv.* p. 481.

Anagallis maschio MATTH. p. 621. DOD. 32.

OFF. Anagallis mas.

Loc. In agris pinguibus, & hortis abunde. ANNUA.

VIR. Succulenta, saporis herbacei, & subacidi, sed tractu temporis amarum quid, & acre in gustu explicat. Magnae huic plantae tributae vires sunt; speciatim autem laudata est in mania, hydrophobia; atque iis observationum testimoniis, quae videntur antiliscam hanc virtutem comprobare. Scio tamen in Svecia, aliisque locis sine successu adhibitam fuisse, neque videntur etiam principia, quae sensibus percipi possunt tantae virtutis spem facere. Vires aliquas resolventes, & abstergentes eidem minime negaverim. Datur in pulverem trita drachmae pondere. Succus ex planta expressus ab uncia una ad uncias duas. Praescribitur etiam infusum dosi manipuli semissis. Ut autem verum fatear, plurimum huic plantae non tribuo, licet adeo praeclara nonnulli Auctores de ea pronunciaverint.

317. ANAGALLIS caerulea.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 47.

Anagallis caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, petalis serratis, calycis foliolis subulatis. HALL. *hist. tom.* 1. n. 626.

Anagallis flore caeruleo. HALL. *Helv.* p. 482.

Anagallis flore caeruleo. BAUH. *pin.* 252.

Anagallide femmina MATTH. p. 622.

OFF. Anagallis foemina.

Loc. In valle Ocelli inter segetes frequens, nec iisdem locis alibi rara. ANNUA.

OBS. Nullam hucusque in floris colore mutationem nobis licuit observare; hinc a praecedenti tuto dignosci, & distincte proponi posse cum celeb. HALLERO, aliisque putamus.

318. ANAGALLIS verticillata † tab. 85. fig. 4.

Anagallis erecta, foliis caulinis verticillatis, axillis foliorum in caule, & ramis florigeris.

Anagallis foemina tenuifolia flore caeruleo copioso amplo elegantissimo. GRYSL. *virid. Lusit.* 2.

Cruciata montana minor flore caeruleo. BARR. *ic.* 584.?

Loc. In Comitatu Nicaensi elegantem hanc Anagallidis speciem collegit Cl. BELLARDI. ANNUA.

DESCR. Caulis erectus firmulus pedalis tetragonus ramosus. Folia in caule verticillata quaterna, aut etiam quina; in ramis opposita. Folia sunt sessilia elliptico-lanceolata glabra, saepius deorsum reflexa, praesertim caulina, subtus fusce, & minutim punctata. Rami vero sunt tetragoni inaequalis altitudinis suberecti, atque ex verticillis tres, vel etiam quatuor rami nascuntur, qui solent tres, vel quatuor foliorum oppositiones habere. Flores nascuntur ex verticillis una cum ramis, sed & rami florigeri sunt floribus axillaribus, & terminalibus. Quatuor saepe flores ex foliorum verticillis; in ramis ad quamlibet foliorum oppositionem bini. Pedunculi foliorum nudi, atque foliorum longitudinem multum superantes,



primum tetragoni, deinde striati. Flores erecti, verum, adolescente fructu, nutant. Calyx profundissime quinquefidus, segmentis lanceolatis carinatis acutis, margine albis. Corolla laete caerulea calyce duplo amplior, profunde quinquefida segmentis ex angusto in ovatam formam expansis non emarginatis. Stamina quinque. Germen conicum. Fructus licet maturus visus non sit, plantae genus attamen satis certo definitum esse videtur.

*OBS.* Ex sicco specimine iconem excitandam existimavi, ut rara haec planta constituatur. *Cruciata montana minor flore caeruleo* BARR. *ic.* 584. propter folia verticillata reflexa, & florem amplum caeruleum maxime ad nostram accedit, sed nostra ramosa est, & folia habet minus acuta, ut reliqua praeteream, quae in descriptione traduntur. In *ANAGALLIDE linifolia* LINN. folia dicuntur opposita linearia acutissima internodiis longiora, neque referuntur verticillata, quae quidem nota non debuisset certo oculos LINNÆI, & TOURNEFORTII praeterfugere. *ANAGALLIS* autem *latifolia* LINN. quantam quidem monstrat *Cl.* LINNÆI descriptio, atque nomen indicat, longe alia planta est, ad quam nulla ratione a BARRELLIERO memorata planta referri possit.

CRESSA. LINN. *gen. n.* 277., *syst. n.* 310.

Calyx persistens pentaphyllus. Corolla tubulosa inferne ventricosa, limbo quinquefido. Capsula unilocularis, bivalvis, monosperma.

319. **C**RESSA cretica.

*Cressa cretica.* LINN. *AMÆN.* 1. p. 121. *spec. pl.* p. 325.

*Quamoclit minima humifusa palustris Herniariae folio.* TOURN. *Coroll.* 4.

*Chamaepithis incana exiguo folio.* BAUH. *pin.* 249.

*Anthyllis.* ALP. *exot.* p. 157.

*Cressa humifusa.* LAM. *Flor. Franc. tom.* 2. p. 268.

*Loc. Nicaeensis* agri indigena est prope hospitium di *Villafranca.* *ANNUA.*

MENYANTHES. LINN. *gen. n.* 185., *syst. n.* 202. TOURN. *tab.* 15.

Calyx persistens quinquefidus. Corolla semiquinquefida campanulata, segmentis ciliatis. Capsula unilocularis bivalvis polysperma.

320. **M**ENYANTHES nymphoides.

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab.* 77.

*Menyanthes foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis.* LINN. *spec. p.* 207.

*Nymphaea lutea minor, flore fimbriato.* BAUH. *pin.* 194. & *hist.* III. p. 772.

*Nymphaea lutea minor.* DALECH. *hist.* p. 1010. f. 1.

*Loc. Provenit* ad lacum di *Candia, Vivrone, & di S. Michele* in Provincia *Eporediensi.* *PERENNIS.*

321. **M**ENYANTHES trifoliata.

*ICON. TAUR. Vol. X. tab.* 38.

*Menyanthes foliis ternatis.* LINN. *spec. p.* 208.

*Trifolium palustre.* BAUH. *pin.* 327. DOD. *pempt.* 580.

*Menyanthes palustre, & Trifolium.* TOURN. *inst.* 117.

*OFF.* Trifolii fibrini herba.

*Loc.* Frequens in paludosis, & secus lacus, neque in alpibus desideratur similibus locis. *PERENNIS.*

*VIR.* Maxime amara, incidens, & exstimulans planta MENYANTHES est, ad scorbutum laudata, quae agit principio fixo non volatili, quale se se offert in Cochlearia, aliisque, ita ut in extracto, & decoctione MENYANTHIS adhuc vis plantae supersit. Saponacea igitur solvens, incidens amaro acri principio viscidam limpham solvit, & amara propria vi vitium humorum, quod in scorbuticis est, emendat. Adhiberi autem debet in eo scorbuto, in quo expedit solvere, & aperire. Nocet autem iis, in quibus biliosa adest constitutio, & muriatica humorum indoles, & in scorbuto provento, & confirmato, in quo humores



colliquantur. Convenit autem in anorexia ex mucis inertis praesentia, ac prodest non modo abstergendo, sed etiam exstimulando. Medicorum omnium consensu arthriticos, & rheumaticos dolores sanat. Hoc quoque remedio feliciter superavi pertinaces intermittentes febres in quotidianas, aut anomalas mutatas, cum magna limphae tenacitate saepe conjunctas. Deobstruentibus remediis, aut amaris cum utilitate jungitur in imi ventris obstructionibus; eam porro habet vim stimulantem, ut etiam in quibusdam alvum leniter moveat, & vermes etiam expellat. Premente annona, ex radice siccata panem, sed ingratum parari a Laponibus refert LINNÆUS (*Fl. Lap.* 80). Succus e planta expressus dosis est ab uncia una ad uncias duas. Foliorum recentium manipulus unus pro decoctione adhibetur. Extractum datur a drachma semisse ad drach. unam. Foliorum siccatorum pulvis a drach. una ad drachmas duas. Folia siccata recentibus aliquanto minus actiosa sunt. In arthritide ex sero lactis decoqui solent.

SAMOLUS. LINN. *gen. n.* 205., *syst. n.* 221. TOURN. *tab.* 60.

Calyx quinquefidus. Corolla quinquefida rotata, squamae munientes quinque.  
Capsula unilocularis quinquevalvis polysperma.

322. SAMOLUS valerandi. LINN. *spec. p.* 243.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 76.

Samolus Valerandi. BAUH. *hist.* III. 791.

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato. BAUH. *pin.* 252.

Samolus aquaticus. LAM. *Flor. Franc. tom.* 3. p. 329.

OFF. Samolus.

Loc. Ego reperi circa fontes calidiores Valderii. Ad fontium scaturigines in agro Nicaeensi Joannes GIUDICE. Ad irrigua circa Uneliam Laurentius TERRANEUS. Circa Moutiers in Sabaudia Franciscus PEYROLERI. Inter Ciambava, & Musso Cl. BELLARDI. Amat nasci locis calidioribus ad fontium scaturigines. In uliginosis non procul ab Orbassano etiam occurrit. BIENNIS.

SOLDANELLA. LINN. *gen. n.* 182., *syst. n.* 199. TOURN. *tab.* 16.

Calyx quinquefidus. Corolla campanulata fimbriata. Capsula cylindracea unilocularis, apice valvis ab octo ad decem dehiscens polysperma.

323. SOLDANELLA alpina. LINN. *spec. p.* 206.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 73.

JACQ. *Flor. Austr. tab.* 13.

Soldanella alpina rotundifolia. BAUH. *pin.* 295.

Soldanella alpina major, & minor. CLUS. *hist. p.* 308.

Loc. Ubique ad nivem deliquescentem; prima florens occurrit in alpebus. PERENNIS.

CYCLAMEN. LINN. *gen. n.* 184., *syst. n.* 201. TOURN. *tab.* 68.

Calyx semiquinquefidus. Corolla in quinque amplas, & retroflexas laciniis divisa.  
Capsula globosa, unilocularis quinquevalvis polysperma.

324. CYCLAMEN europaeum.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 51.

Cyclamen corolla retroflexa. LINN. *spec. p.* 207.

Cyclaminus flore cernuo, segmentis sursum reflexis. HALL. *hist. i. n.* 635.

JACQ. *Flor. Austr. tab.* 401.

Cyclamen folio orbiculato inferne purpurascens. BAUH. *pin.* 308.

Cyclaminus. CAM. *epit.* 357.

Ciclamino. MATTH.

OFF. Cyclamen, Arthanita, panis porcinus.

Loc. Provenit abunde in saxosis secus viam ducentem ad Pagum Viù. In montibus



*Canapiciensibus, Bugellensibus* ad eorundem radices frequens est. In *Sabaudia* prope *Annessy* copiose legi, uti etiam inter *Aviliana, & Giaveno*. *PERENNIS*.  
*VIR.* Vim acerrimam, & drasticam habet, neque pro interno usu recipitur. Radix ingreditur unguentum de *Arthanita* dictum, quo Medici utuntur ad duros tumores solvendo. In pueris etiam venter eo illinitur ad alvum ciendam.

ANDROSACE. *TOURN. inst. 123. tab. 46.*

Calyx quinquefidus. Corolla hypocrateriformis, aut etiam rotata quinquefida, tubo corollae brevi ventricoso. Stamina intra tubum corollae.

Capsula subrotunda unilocularis quinquevalvis polysperma.

325. **ANDROSACE** maxima.

*ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 98. f. 1.*

*Androsace perianthiis fructuum maximis.* *LINN. spec. p. 203. SCOP. Flor. Carn. p. 130. n. 201.*

*Androsace stipulis quinis amplissimis.* *HALL. hist. 1. n. 624.*

*JACQ. Flor. Austr. tab. 331.*

*Alsine affinis androsace dicta major.* *BAUH. pin. p. 251.*

*Androsace vulgaris latifolia annua.* *TOURN. inst. p. 123.*

*Androsace Matthioli altera.* *BAUH. hist. III. p. 368. & CLUS. hist. 134.*

*Androsace altera.* *CAM. epit. p. 639.*

*Loc. In arvis circa Fenestrelle. ANNUA.*

326. **ANDROSACE** obtusifolia. *N. tab. 46. fig. 1.*

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 69. fig. 1.*

*Aretia foliis ellipticis lanceolatis glabris, scapis umbellatis.* *HALL. hist. 1. n. 621.*

*Aretia glabra obtusifolia umbellifera.* *HALL. Helv. 486. SPEC. PEDEM. tab. 4. f. 2.*

*Loc.* Nascitur abunde in herbis nivosis jugis du Vallon in valle de Exilles, in alpebus Savine, & in utroque monte Cenisio. Felix VALLE legit secus viam, quae ex monte Vallon de Chaumont ducit ad superiorem Craye du Credenage appellatum. In summis etiam alpebus Grajis identidem occurrit. *PERENNIS.*

*OBS.* Folia elliptica lingulata obtuse acuminata, segmenta floris ovata integerrima. Floris color plerumque purpureus, sed qui obviam venit Cl. VALLE, colorem album ostendit. In monte Cenisio ad summas rupes La Turra varietatem unifloram, & calyce communi carentem offendi. Hujus Aretiae iconem tab. 4. f. 2. & descriptionem dedi PEDEM. SPEC. 22. Ibi dubius nostram stirpem ad Aretiam praestantissimi HALLERI retuli; nulla nunc superest dubitatio, cum eadem omnino esse per litteras certior me fecerit ipse Celeberrimus Auctor.

327. **ANDROSACE** carnea. *tab. 5. fig. 2.*

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 69. fig. 2.*

*Androsace foliis subulatis glabris, umbella involucri aequante.* *LINN. syst. 12. p. 150.*

*Sedum alpinum angustissimo folio, flore carneo.* *BAUH. pin. 284.*

*Aretia foliis crassis rugosis gramineis, scapis multifloris.* *HALL. hist. 1. n. 619. t. 17.*

*MISC. TAUR. Tom. V. p. 62.*

*Loc.* Cum priori similibus locis nascitur. *PERENNIS.*

*DESCR.* Folia in hac ANDROSACE lineari-lanceolata, obscure viridia tenuissime subhirsuta; radii umbellae breviores, quam in ANDROSACE obtusifolia. Segmenta floris non emarginata. Color floris carneus.

328. **ANDROSACE** alpina.

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 69. f. 3.*

*Aretia (alpina) scapis unifloris.* *LINN. spec. p. 203.*

*Aretia foliis ovatis repandis, scapis unifloris.* *HALL. hist. tom. 1. n. 618. tab. 11.*

*Loc.* Non infrequens est in summis jugis, quae a Roche-melon usque ad montem Silvium protenduntur. *PERENNIS.*



329. ANDROSACE helvetica.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 69. fig. 4.

*Aretia foliis subhirsutis ovatis cauliculo tegetibus, floribus brevissime petiolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 617. tab. 2.

*Diapensia floribus subsessilibus.* LINN. spec. p. 203.

JACQ. Hort. Vind. append. p. 303.

*Aretia cauliculis terebibus, foliis imbricatis, floribus sessilibus.* HALL. Helv. 486. tab. 8. f. 4., Emend. I. n. 148., & Emend. IV. n. 219.

Loc. Habeo lectam in jugo altissimo montis *Silvio* prope *Alagna*. In alpibus supra *Cima Franciscus* PEYROLERI. Etiam in alpibus *Viucensibus* loco dicto *le grand Mouros* collegit Cl. BELLARDI. PERENNIS.

330. ANDROSACE villosa.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 69. f. 5.

*Androsace foliis pillosis, perianthiis hirsutis.* LINN. spec. p. 203.

*Aretia villosa floribus umbellatis.* HALL. Helv. 486. n. 1. Emend. 1. p. 41. n. 150.

*Aretia foliis ovatis villosis, scapis umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 620.

JACQ. Fl. Austr. tab. 332.

*Androsace alpina perennis angustifolia villosa, & multiflora.* TOURN. inst. 123.

*Sedum minus* X. CLUS. hist. 11. p. 62.

*Chamaejasme alpina.* BAUH. hist. III. p. 853.

Loc. Abunde legi in altissimis jugis *l'Assiette*, *Jallion*, & *Albergian*; copiose supra *Sestrieres*, *Oulx*, & *Pampliné*, & in edito jugo *la Vanoesa*. Cl. BELLARDI in altioribus montibus supra *Tenda*. PERENNIS.

OBS. Varietatem unifloram vidi in alpe *Jallion*, cujus memini PEDEM. SPEC. p. 22.

PRIMULA. LINN. gen. n. 180., syst. n. 197. TOURN. tab. 47.

Calyx quinquefidus. Corolla infundibuliformis, tubo floris longo cylindraco praedita. Stamina intra tubum corollae. Capsula unilocularis dehiscens, valvis a quinque ad decem polysperma.

331. PRIMULA acaulis.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 14.

*Primula foliis rugosis hirsutis, scapo unifloro.* HALL. Helv. 482.

*Primula veris pallido flore humilis.* CLUS. hist. p. 302.

*Primula veris floribus ex singularibus pediculis majoribus simplicibus.* BAUH. hist. III. p. 497.

*Primula sylvarum.* LOB. p. 244.

*Primula grandiflora.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 248.

Loc. Ubique in pratis, & sylvis, adveniente vere. PERENNIS.

OBS. Haec in *Helvetia* rarissima, abunde autem provenit PRIMULA *veris* pallido flore elatior CLUSII, quae mihi nondum occurrit: utramque cum sequenti in unam conjungit *Clariss.* LINNÆUS, sed tres omnino distinctae species sunt, uti sentiunt *Praeclarissimi viri* HALLERUS, & BOHEMERUS (*Lips. n. 39.*).

332. PRIMULA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 22.

*Primula foliis rugosis hirsutis, spica inclinata, flore flavo odoro.* HALL. Helv. 483. Gott. 202.

*Primula foliis dentatis rugosis.* LINN. spec. p. 204. GOU. Fl. Monsp. p. 23.

*Primula foliis dentatis rugosis, scapo multifloro.* HUDS. p. 70. n. 2.

*Primula veris umbellata odorata pratensis.* BOERRH. 1. 199.

*Verbascum pratense odoratum.* BAUH. pin. 241.

*Primula veris odorata, flore luteo simplici.* BAUH. hist. III. p. 493.

*Primavera* MATTH.

OFF. Primulae veris flores.

Loc. In pratis apricis subalpinis. PERENNIS.

VIR. Flores hujusce speciei ad vertiginem, epilepsiam, paralysim, aliosque capitis morbos commendantur. Sed hi morbi alia, & efficaciora remedia postulant. In officinis prostat aqua stillatitia ex floribus parata, quae in mobilitate nervo-



rum ad eosdem leniter instaurandos parum conferre posse videtur. Radix acris, exstimulans est, & sternutationem movet sive in pulverem trita, sive aceto infusa.

## 333. PRIMULA vitaliana.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 71. f. 3.

*Primula repens* foliis linearibus integerrimis, floribus sessilibus. LINN. spec. p. 206.

*Aretia* foliis rugosis acutis retroversis, scapis brevissimis unifloris. HALL. hist. 1. n. 616.

*Auricula ursi alpina* gramineo folio, jasmini lutei flore. TOURN. inst. 122.

*Vitaliana* perennis repens, foliis oblongis integris angustis acutis, caule laxo ramoso, floribus magnis solitariis luteis, petalis inflexis. SESLER. epist. p. 71.

*Sedum alpinum* F. Gregorii Regiensis. COL. ecphr. 2. p. 63.

*Androsace lutea*. LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 253.

Loc. Frequentissima ad nivem deliquescentem in alpiibus, sed parcius in montibus Helvetiæ proximis, & Sabaudia; ea carent alpes maritimæ. PERENNIS.

Obs. Si glandulae ad orificium tubi positae *Aretiae* genus a PRIMULA distinguunt, non modo haec, sed & PRIMULA *farinosa* ad hoc genus pertinerent. Fructus PRIMULÆ *vitalianae* capsula est immatura trisperma: matura duo tantum semina continet, magna, nigra, trigona, latere exteriori arcuata, tertio semine ex compressione evanescente. Capsula in quinque valvas profunde scinditur.

## 334. PRIMULA farinosa.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 39.

*Primula* foliis crenatis glabris, florum limbo plano. LINN. spec. p. 205.

*Aretia* foliis glabris ellipticis rugosis subtus farinosis floribus umbellatis. HALL. hist. tom. 1. n. 623.

*Primula veris* rubro flore. CLUS. hist. p. 300.

*Verbascum umbellatum alpinum minus*. BAUH. pin. 242.

Loc. In pratis irriguis alpium ad nivem deliquescentem uberime. PERENNIS.

## 335. PRIMULA longiflora N. tab. 39. fig. 3,

*Primula* foliis glabris ellipticis rugosis serratis, floribus umbellatis, tubo longissimo. HALL. hist. 1. n. 611.

*Primulae farinosae* varietas Tyrolensis tubo unciali. SCOP. Flor. Carn. 1. p. 133.

JACQ. Flor. Austr. append. tab. 46.

Loc. Nascitur in alpiibus Garrexii le Careense. In valle Macrae prope la Brusà, & in alpiibus di Vraita. PERENNIS.

DESCR. PRIMULAM hanc satis accurate descripsit Celeberrimus HALLER, atque licet simillima PRIMULÆ *farinosae*, differt tamen foliis minus farinosis, minus profunde dentatis, caule altiore, umbella pauciflora involucri foliis longioribus, tubo floris triplo etiam longiore, atque segmentis floris angustioribus purpureo-violaceis.

## 336. PRIMULA auricula.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 33. 34. f. 2. & Vol. XIII. tab. 32.

*Primula* foliis serratis glabris. LINN. spec. p. 205.

*Primula umbellifera* foliis serratis glabris carnosis. HALL. hist. 1. n. 612.

JACQ. Flor. Austr. tab. 415.

*Sanguicula alpina* purpurea. BAUH. pin. 242.

B. *Auricula ursi* flore luteo. CAM. hort. p. 25.

*Sanicula ursina*. MATTH.

OFF. Auricula ursi.

Loc. In summis alpiibus e rupium fissuris frequens. Apud nos plerumque purpureos flores ostendit. Sed in alpiibus tantum nascitur, quae a monte Vesulo ad alpes maritimas procedunt. Varietatem flore luteo observavi circa thermas Valderii. PERENNIS.

DESCR. Folia glabra succulenta, lymbo farinoso albicante, ovata, margine omni, excepta ea parte, quae veluti in petiolum extenuatur, profunde, & aequaliter dentato; flores in umbella quatuor, aut quinque, limbo concavo, & pelviformi, segmentis breviter emarginatis, neque usque ad collum sectis, tubus ad collum



non coarctatus. Flos dilute caeruleus aequalis, tubo tamen obscurioris coloris. Stamina ad collum tubi apparentia. Calyx etiam, & scapi farinosi sunt.

337. PRIMULA hirsuta. N.  
*ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 75.*  
*Primula foliis subhirsutis dentatis, scapo paucifloro. HALL. nomencl. n. 613. MISC. TAUR. tom. 5. p. 62.*  
*JACQ. Flor. Austr. app. tab. 27.*  
*Auricula ursi III. CLUS. hist. p. 303.*  
*Auricula ursi rubro flore II. CLUS. pannon. p. 345. 346.*  
*Sanicula alpina rubra. TABERN. p. 376.*

*Loc.* Ubi desinit PRIMULA auricula, incipit PRIMULA hirsuta, atque vulgaris est similibus locis in tota alpium catena, quae a monte Vesulo in Sabaudiam, & Helvetiam continuatur. In summis editissimis alpibus quandoque minima est, & uniflora. PERENNIS.

*DESCR.* Folia elliptica cuneiformia tota hirsuta, & aliquantum viscosa obtuse dentata in ampliore parte, umbella multiflora. Color floris ex violaceo-purpureus, collo floris albescente coarctato. Limbus ad collum profunde sectus, segmentis cordatis profunde emarginatis, limbus planus, scapus teres hirsutus, Calyx hirsutus; Antherae luteae brevibus filamentis innixae ad imum tubi positae. Nihil farinosi habet. Calycis segmenta longiora, quam in PRIMULA auricula ursi. Tubus floris etiam hirsutulus.

338. PRIMULA viscosa. N. tab. 5. fig. 1.  
*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 71. fig. 1.*  
*Primula foliis viscosis odoratis linguiformibus sinuatis integerrimis.*  
*Loc.* Circa thermas Valderii ad rupes. PERENNIS.

*DESCR.* Radicem habet crassam, primum obscuram, deinde albam, filiformem, ex qua unciali petiolo instructa nascuntur folia linguiformia palmaria viscosa, bitumen olentia, subtiliter villosa, supra viridia, inferius pallentia sinuata integerrima, & quoad formam Cynoglossi vulgaris foliis omnino similia. Inter ea scapus palmaris umbellam florum gerens. Flores caeruleo-pallidi sex, aut septem suis singulis radiis insistentes. Calyx communis fit ex totidem parvis foliolis, quot sunt radii. Fructum maturum non vidi, sed immaturus nil differt a fructu Auriculae ursi.

339. PRIMULA integrifolia.  
*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 26. 27. f. 2. tab. 28. 29. 30. f. 1.*  
*Primula foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus obtusis. JACQ. obs. part. II. p. 26. tab. 15. & Flor. Austr. tab. 327.*  
*Primula foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus tubulosis obtusis. LINN. spec. p. 205.*  
*Primula foliis ciliatis ellipticis carnosiss integerrimis. HALL. hist. tom. 1. n. 615.*  
*Auricula ursi carnei coloris, foliis minime serratis. TOURN. 121.*  
*Auricula ursi IV. CLUS. hist. p. 303.*  
*Sanicula alpina. BAUH. pin. 243.*  
*Primula incisa. LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 250.*  
*Loc.* Ex alpebus Vinadii missam habeo. PERENNIS

CORTUSA. LINN. gen. n. 181., syst. n. 198.

Calyx quinquefidus. Corolla rotata semiquinquefida, fauce annulo elevato, cui insident stamina. Capsula unilocularis quinquevalvis polysperma.

340. CORTUSA Matthioli. tab. 5. fig. 3.  
*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 34.*  
*Cortusa calycibus corolla brevioribus. LINN. spec. p. 206.*  
*Cortusa. BOERH. Lugdb. tom. 1. 206.*



*Auricula ursi laciniata, seu Cortusa Matthioli.* TOURN. inst. 123.

*Cortusa.* CAM. epit. 278.

Loc. Abunde legi in umbrosis ex valle *Exilliarum* adscendens jugum *Assiete*.  
Nascitur quoque in summa valle *di Chison* inter *les Traverses*, & *Sestriers*.

Oritur quoque similibus locis inter *Tignes*, & locum *Laval*. BIENNIS.

OBS. Hujus plantae descriptionem dedi in actis Helveticis (*Vide tom. 4.*)

LYSIMACHIA. LINN. gen. n. 188., syst. n. 205. TOURN. tab. 59.

Calyx quinquefidus. Corolla profunde quinquefida rotata.

Capsula unilocularis polysperma valvis 5-10.

341. **LYSIMACHIA** vulgaris.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 41.

*Lysimachia racemis lateralibus, caule sulcato.* SCOP. Flor. Carn. 282. n. 1. ed. 2. n. 214.

*Lysimachia paniculata, racemis terminalibus.* LINN. spec. p. 209.

*Lysimachia foliis ovato-lanceolatis, spicis paniculatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 630.

*Lysimachia foliis ovato-lanceolatis, floribus ad summos ramos spicatis.* HALL. Helv. 480.

*Lysimachia lutea major, quae Dioscoridis.* BAUH. pin. 245.

*Lysimachia* MATTH.

Loc. Frequentissima ad fossas, & loca aquosa. PERENNIS.

342. **LYSIMACHIA** punctata.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 76.

*Lysimachia pedunculis axillaribus teretibus unifloris, foliis ellipticis, caule erecto.* SCOP.

Flor. Carn. p. 285. ed. 2. n. 255.

*Lysimachia foliis subquaternis, pedunculis verticillatis.* LINN. spec. p. 210.

JACQ. Flor. Austr. tab. 366.

*Lysimachia lutea minor foliis nigris punctis notatis.* BAUH. pin. 245.

*Lysimachia lutea.* CLUS. hist. 2. p. 52. f. 2.

Loc. In Provinciae *Aquensis* pascuis subhumidis. PERENNIS.

343. **LYSIMACHIA** linum stellatum.

*Lysimachia calycibus corollam superantibus, caule erecto ramosissimo.* LINN. spec. p. 211.

*Centunculus foliis oppositis.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 306. n. 2.

*Lysimachia foliis subulatis, pedunculis folio brevioribus, caule erecto ramosissimo.* GOU. hort. Monsp. p. 91. n. 4.

*Lysimachia annua minima polygonifolio.* TOURN. inst. 142.

*Linum minimum stellatum.* BAUH. prodr. 107. MAGN. Bot. Monsp. 163. cum icone.

Loc. In agro *Nicaeensi* frequens. Nascitur quoque in vineis circa *Segusium*. ANNUA.

344. **LYSIMACHIA** nemorum.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 52.

*Lysimachia foliis orbiculatis acuminatis sessilibus, pedunculis folio duplo longioribus, caule procumbente.* GOU. hort. 91. n. 5.

*Lysimachia foliis ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente.* LINN. spec. p. 211.

*Lysimachia caule decumbente, foliis ovato-lanceolatis, petiolis alaribus unifloris.* HALL. hist. tom. 1. n. 628.

*Lysimachia humifusa, folio subrotundo acuminato, flore luteo.* TOURN. inst. 142.

*Anagallis lutea Nummulariae similis.* BAUH. hist. III. p. 370.

Loc. In *Pedemontio* legit *Thomas PRIM*, & Hortus siccus quoque fidem facit. In sylvis, & dumetis irriguis circa *Varallo*, & torrentem *Oppidi Monastero Montis Regalis*, & secus torrentem loco dicto *Monte note* in Provincia *Aquensi*. PERENNIS.

345. **LYSIMACHIA** nummularia.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 45.

*Lysimachia foliis orbiculatis obtusis subpetiolatis, pedunculis longitudine foliorum, caule repente.* GOU. hort. p. 91. n. 6.



- Lysimachia foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente.* LINN. spec. p. 211.  
*Lysimachia caule prostrato, foliis subrotundis, petiolis alaribus unifloris.* HALL. hist. tom. 1. n. 629.  
*Lysimachia pedunculis alaribus angulatis solitariis, foliis ovatis, caule repente.* SCOP. Flor. Carn. 283. n. 3., ed. 2. n. 216.  
*Nummularia major lutea.* BAUH. pin. 309.  
*Nummularia.* CAM. epit. p. 755.  
*Nummularia* MATTH.

OFF. Nummularia, sive Centimorbia.

LOC. Vulgaris est locis humectis, atque in pratis umbrosis. PERENNIS.

VIR. Principia habet, quibus subadstringit, & abstergit olim magnis laudibus elata, ita ut inter eximias vulnerarias stirpes recenseretur. A nonnullis recentioribus pauci existimatur. In scorbuto calidiori, qui acria antiscorbutica non permittit, opportuna est cum Acetosa conjuncta. Tibiarum ulcera extrinsecus applicita ad sanationem perducit, sed in senibus periculosum semper est sponte progenita tibi-  
 arum ulcera sanare.

346. **LYSIMACHIA** tenella.

*Lysimachia foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente.* LINN. spec. p. 211.

*Lysimachia foliis subrotundis, caule repente, filamentis villosis.* GERARD. p. 307. n. 4.

*Lysimachia humifusa, folio rotundiore, flore purpurascete.* TOURN. inst. 141.

*Nummularia minor, purpurascete flore.* BAUH. pin. 310. prodr. 139. MORIS. hist. 2. p. 567. s. 5. tab. 26. f. 2.

LOC. A Joanne GIUDICE lecta locis aquosis secus flumen *Le Var*. Secus torrentes *Uneliae*, & in Comitatu *Nicaensi* ad Oppidum *Lucerame* observavit *Ignatius MOLINERI*. *Uneliae* etiam nascitur ad fontium scaturigines. PERENNIS.

**HOTTONIA.** LINN. gen. n. 186., syst. n. 203.

Calyx quinquefidus. Corolla hypocrateriformis quinquefida, limbo quinquefido plano, plicis binis ad basim singuli segmenti. Stamina tubo corollae imposita.  
 Capsula subrotunda unilocularis polysperma.

347. **HOTTONIA** palustris.

*Hottonia pedunculo verticillato multifloro.* LINN. spec. p. 208.

*Hottonia florum verticillis spicatis.* HALL. hist. 1. n. 632.

*Viola aquatilis.* DOD. p. 230. pempt. p. 584.

*Millefolium aquaticum, s. Viola aquatica, caule nudo.* BAUH. pin. 141.

*Millefolium aquaticum equisetifolio, caule nudo.* BAUH. pin. 141.

*Miriofillo secundo.* MATTH. p. 1168.

LOC. Passim frequens est in fossis aquarum stagnantium, & circa lacus. PERENNIS.

**GENTIANA.** HALL. hist. p. 282.. TOURN. tab. 40. & 48.

Calyx in totidem segmenta scissus, quot sunt in corolla; numerus enim ab octo ad quatuor mutabilis est, & interdum quatuor, & quinque in eadem stirpe partes sunt, aut quinque, & sex. Caeterum aut profunde divisus, aut tubulosus est, & saepe spathaceus. Flos perinde nullam certam fabricam habet, tubo brevi rotato, aut longiusculo, aut campaniformi, aut infundibuliformi longo, & stricto. Segmenta modo erecta, modo patula. Ornamenta varia in plurimis speciebus. Squamae hirsutae, tubercula, pili, plicae demum inter segmenta mediae. Stamina alias circa tubam coalescunt, alias minime. Fructus semper oblongus conicus, sed latior, aut angustior, bivalvis, polyspermus. Tubae alias duae sessiles curvae revolutae, alias etiam unica. Omnibus folia conjugata, & glabra simplicia.

348. **GENTIANA** purpurea.

*Gentiana corollis subquinquefidis campanulatis verticillatis, calycibus subspathaceis.* LINN. syst. 12. p. 199.



*Gentiana foliis ovato-lanceolatis nervosis, floribus campaniformibus fasciculatis, rariter punctatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 639.

*Gentiana pannonica.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 297.

*Gentiana major purpurea.* BAUH. pin. 187.

*Gentiana magno flore purpureo.* BAUH. hist. III. p. 521.

*Gentiana major alia.* CAM. epit. p. 416.

Loc. TERRANEUS in monte *Cenisio* ad descensum versus *Lanebourg*. Ibi Ego etiam reperi, atque in alpihus *Bugellensibus* legi. *Petrus MOLINERI* in monte *petit S. Bernard aux glaciers*, & ex summis jugis montis *Silvio*, & *Rosa* retulit; copiosissime provenit in monte *la Tournette*. PERENNIS.

349. GENTIANA punctata.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 87.

*Gentiana corollis subquinquefidis campanulatis punctatis, calycibus quinquedentatis.* LINN. syst. 12. p. 199.

*Gentiana foliis ovato-lanceolatis nervosis, floribus campaniformibus fasciculatis creberrime punctatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 638.

*Gentiana corollis campanulatis sexfidis, septemfidisve punctatis verticillatis.* JACQ. obs. 11. p. 17. tab. 39. Fl. Austr. app. t. 29.

*Gentiana major flore punctato.* BAUH. pin. 187.

*Gentiana major pallido flore punctis distincto.* CLUS. hist. p. 312.

Loc. Abunde in pascuis, & dumetis jugi *Assiette*, & circa *Vinadii* thermas. *Felix VALLE* adnotavit quoque in dumetis, quae occurrunt descendenti ex jugo *Futiers* versus *les Graveres*. In alpihus *Valdensium* locis montanis non tamen editioribus non infrequens est. PERENNIS.

OBS. Differt a praecedenti floris colore nobis constanter luteo, & foliorum majori amplitudine, Caeterum (optime observante *HALLERO loc. cit.*) similes plantae sunt.

350. GENTIANA asclepiadea.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 42. f. 1.

*Gentiana floribus campaniformibus, alis paucifloris, foliis ovato lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 640.

*Gentiana corollis quinquefidis campanulatis oppositis sessilibus, foliis amplexicaulis.* LINN. spec. p. 329.

*Gentiana corollis quinquefidis campanulatis sessilibus solitariis oppositis, foliis cruciformibus.* SCOP. Fl. Carn. p. 298. n. 6.

*Gentiana foliis ovato-lanceolatis, floribus campanulatis in alis sessilibus.* HALL. Helv. 478., Emend. 1. p. 39. n. 143.

JACQ. Fl. Austr. tab. 328.

*Gentiana asclepiadis folio.* BARR. ic. 70.

*Gentiana asclepiadis folio.* BAUH. pin. 187.

*Gentiana altera foliis hirundinariae.* DOD. pempt. p. 343.

Loc. Saepius occurrit ad convalles editiorum alpihus *Valdensium* locis irriguis. Abunde provenit circa lacum montis *Cenisii*, ubi flore albo reperi. Legi quoque copiose circa *Valderii* thermas, & prope *Margon*, & *Gros caval* in valle *di Viù*. TERRANEUS in monte *Vesulo* prope *Crissolo*. BARRELIER in valle *Maurianensi*, & praesertim in monte dicto *Armillion*. PERENNIS.

351. GENTIANA acaulis.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 94. f. 1.

*Gentiana corolla quinquefida campanulata caulem excedente.* LINN. spec. p. 330.

*Gentiana foliis lanceolatis, caule unifloro, flore maximo campaniformi.* HALL. hist. tom. 1. n. 642.

JACQ. Fl. Austr. tab. 135.

*Gentiana caule unifloro, flore campanulato caulis longitudine.* HALL. Gott. p. 200. n. 9.

*Gentiana alpina latifolia, magno flore.* BAUH. prodr. p. 97.

*Gentiana alpina magno flore.* BAUH. hist. III. p. 523.



*Gentianella helvetica*. LOB. *ic.* p. 310.

B. *Gentiana alpina angustifolia magno flore*. BAUH. *pin.* 187.

*Gentiana grandiflora*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 296.

Loc. Frequentissime in subalpinis saxosis apricis, & pratis editiorum alpium.  
PERENNIS.

352. GENTIANA pneumonanthe.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 49. f. 2.

*Gentiana corollis quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis, foliis linearibus*. LINN. *spec.* p. 330.

*Gentiana alis floriferis, foliis linearibus*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 641.

*Gentiana floribus in alis sessilibus, corolla campanulata quinquefida, foliis angustis*.  
BOHEM. *lips.* n. 55.

*Gentiana foliis linearibus, floribus in alis sessilibus*. HALL. *Gott.* 200. *Helv.* n. 10.

*Gentiana angustifolia autumnalis major*. BAUH. *pin.* 188.

*Gentiana IV.* CLUSII. *hist.* p. 313.

*Pneumonante Cordi Gentianae minoris species*. LOB. *adv.* p. 130. *ic.* 309.

*Gentiana linearifolia*. LAM. *Flor. Franc.* tom. 2. p. 298.

Loc. LOBELIUS vidit in pratis Segusium inter, & Ripularum oppidum. TERRANEUS refert oriri in pratis Cheriensibus regionis dicta Vausolo, & in viciniis Pinerolii. Ego legi in monte S. Michaëlis, & in spongiosis la Marsaja; tum etiam prope la Reale Veneria. Nascitur secus loca humecta, & spongiosa ad montium, & collium radices. PERENNIS.

353. GENTIANA amarella.

*Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis*. LINN. *spec.* p. 334.

*Gentiana faucibus barbatis, calycis foliis quaternis alterne majoribus*. HALL. *hist.* tom. 1. p. 289.

*Gentiana pratensis flore lanuginoso*. BAUH. *pin.* 188.

Loc. In pascuis alpium di Val Soana, & di Val Locana. ANNUA.

354. GENTIANA campestris.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 98. f. 2. & Vol. XV. tab. 72. f. 4.

*Gentiana corollis quadrifidis fauce barbatis*. LINN. *spec.* p. 334.

*Gentiana faucibus barbatis, calycis segmentis quinque aequalibus*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 651.

*Gentiana foliis amplexicaulibus, floris fauce barbata*. HALL. *Helv.* 473.

*Gentiana purpurea minima*. COL. *ecphr.* 1. pag. 223.

*Gentianella alpina verna minor*. BAUH. *pin.* 188.

*Gentianellae species quibusdam, an Cordo pneumonanthe, aut Gentiana fugax altera Clusii*. BAUH. *hist.* III. p. 526.

*Gentianella bellidisfolio*. BOCC. *mus.* 144.

Loc. Summas alpes ascendit haec GENTIANA, quae incolit siccos subalpinos montes. Copiosissime oritur circa Sanctuarium B. M. V. de Oropa. Laurentius TERRANEUS in alpibus quoque Bugellensibus oriri animadvertit, & in monte Cenisio albo flore praeditam, quo loco & ego ipse decerpsi. Felix VALLE in pratis montis Collissé. ANNUA.

355. GENTIANA ciliata.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 72. f. 3.

*Gentiana corollis quadrifidis margine ciliatis*. LINN. *spec.* p. 334.

*Gentiana flore quadrifido, oris ciliatis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 653.

JACQ. *Flor. Austr.* tab. 113.

*Gentiana floribus quadrifidis ciliatis*. HALL. *Gott.* p. 199. *Helv.* n. 1.

*Gentianella caerulea oris pilosis*. BAUH. *pin.* 188.

*Gentiana caerulea fimbriata autumnalis angustifolia*. COL. *Ecphr.* 1. p. 222.

Loc. TERRANEUS ex alpibus Bugellensibus habuit. Ego legi circa le Perè, atque in utroque monte Cenisio. Franciscus PEYROLERI supra la Verola in Sabaudia. Fre-



quens est in utroque monte *S. Bernardi*. Cl. BELLARDI in alpihus di *Usima*, & di *Ussey* supra *Margon*. PERENNIS.

## 2. COROLLIS INFUNDIBULIFORMIBUS.

## 356. GENTIANA verna.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 90. f. 2. 3. 4. 5.

*Gentiana* corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus. LINN. spec. p. 331.

*Gentiana* foliis radicalibus lanceolatis, caule subnudo unifloro. HALL. Emend. IV. n. 217.

*Gentiana* foliis ovato-lanceolatis, caule unifloro. HALL. hist. tom. 1. n. 644.

*Gentiana* corolla quinquefida hypocrateriformi, segmentis crenulatis, caule simplici. SCOP. Flor. Carn. p. 299.

*Gentiana alpina pumila verna major*, & minor. BAUH. pin. 188.

*Gentiana minor verna*. CLUS. hist. p. 315.

*Gentianella*, quae *Hippion*. BAUH. hist. III. p. 527.

*Gentiana serrata*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 294.

Loc. Frequentissima in saxosis, & graminosis jugis alpium. PERENNIS.

## 357. GENTIANA pumila.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 49. f. 3.

*Gentiana* corolla quinquefida infundibuliformi, caulibus unifloris, foliis aequalibus lanceolato-linearibus acutis. JACQ. obs. 11. tab. 49. p. 29. & Fl. Austr. tab. 302.

*Gentiana* corolla quinquefida infundibuliformi subserrata, foliis lanceolato-linearibus. LINN. syst. 12. p. 200.

Loc. Ad frigidas fluentes aquas, ad nives deliquescentes in monte *Vesulo*. PERENNIS.

## 358. GENTIANA bavarica.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 72. f. 2.

*Gentiana* corolla quinquefida infundibuliformi serrata, foliis ovatis obtusis. LINN. syst. 12. p. 200.

*Gentiana* foliis ovatis, caule unifloro. HALL. hist. 1. n. 645.

JACQ. obs. 111. tab. 7. p. 19.

*Gentiana* foliis ovatis, caule unifloro, flore serrato. HALL. Gott. 200. Helv. n. 7., Emend. V. n. 216. p. 81.

*Gentianella elegantissima Bavarica*. CAM. hort. p. 65. ic. 15. n. 1.

Loc. Collegi in pratis subhumidis montis *Cenisii* prope *les Ramasses*; oritur etiam uberrime in alpihus di *Ceresole*, alpe *Rè Maurianensium*, & monte *Rosa*. *Ignatius MOLINERI* in alpihus di *Giaveno* ad fontium scaturigines. Cl. BELLARDI in montibus *S. Bernardi*, *Chamony*, *Grassoney*, *Ussey*, & di *Fenestrelle* locis uliginosis. PERENNIS

## 359. GENTIANA nivalis.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 42. f. 4. & Vol. XV. tab. 72. f. 5.

*Gentiana* corollis quinquefidis infundibuliformibus, ramis unifloris alternis. LINN. spec. p. 332. JACQ. Enum. Vind. p. 214.

*Gentiana* caule ramosissimo, foliis lanceolatis, foliis gradatim sibi succedentibus. HALL. Emend. IV. p. 82. n. 218.

*Gentiana humillima* caule ramoso, tubo floris longissimo. HALL. Helv. 475.

*Gentiana* caule ramoso, foliis ovato-lanceolatis, floribus infundibuliformibus. HALL. hist. tom. 1. n. 647.

*Gentiana alpina aestiva centaurii minoris folio*. BAUH. pin. 188.

*Gentiana fugax V.* CLUS. hist. p. 315.

*Gentiana V.* CLUS. flore caeruleo elegantissimo. BAUH. hist. III. p. 527.

Loc. Amat graminea maxime declivia editiorum alpium, atque superiori frequentior est. *Felix VALLE* abunde oriri observavit circa *Chaumont* in jugis *Valette*, *Arguel*, & *le grand lac*. *TERRANEUS* in alpihus *Bugellensibus*, & monte *Cenisio*. *Franciscus PEYROLERI* uberrime reperit in jugo *la Vanoise*. In graminosis, aut



etiam saxosis summorum alpium potissimum *Cottiarum* non infrequenter mihi obviam venit. *ANNUA*.

360. *GENTIANA nana*. JACQ. *Misc. Austr.* p. 161. tab. 18. f. 3.  
*Gentiana* ( *brachyphylla* ) *corolla infundibuliformi, foliis lanceolato-subrotundis brevissimis*. VILL. *prosp.* p. 23.  
*Gentianellae fugacis minor icon*. BAUH. *hist.* III. 527.  
*Loc.* In editioribus frigidis jugis alpium *Sabaudiae*, uti in monte *Rosa, la Vanoise &c.*  
*PERENNIS*.  
*OBS.* Foliis aveniis viridibus teneris ovatis, & cauliculis apud nos saepius unifloris, segmentis floris suberectis, atque calyce minime longo, & tubulato a *GENTIANA nivali*, cui proxima est, distinguitur.
361. *GENTIANA utriculosa*.  
*Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus plicato-carinatis*. LINN. *syst.* 12. p. 200.  
*Gentiana caule ramoso, calycibus alatis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 646.  
*Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus glabris, calycibus plicatis*. SCOP. *Flor. Carn.* p. 299. n. 9., ed. 2. n. 292.  
*Gentiana utriculis ventricosis*. BAUH. *pin.* 188.  
*Gentianella caerulea cordata*. COL. *ecphr.* 1. p. 220.  
*Loc.* Circa arcem *Fenestellarum*, & in monte *Cenisio* frequens. Incolit pascua saxosa subhumida editiorum alpium. *Felix VALLE* in jugis montium *les Crevasses* in valle di *Exilles*. Lecta est a *Petro MOLINERI* in monte *S. Bernardi*, & *Col di Cognes*; nascitur etiam in editioribus alpium *Grassoney, Chamony, & la Vanoise*, observante *Cl. BELLARDI*. *PERENNIS*.
362. *GENTIANA cruciata*.  
*Gentiana corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis sessilibus*. LINN. *spec.* p. 334.  
*Gentiana foliis ovato-lanceolatis nervosis vaginalibus, floribus verticillatis, & umbellatis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 643.  
JACQ. *Flor. Austr.* tab. 372.  
*Gentiana floribus verticillatis umbellatis brevissime quadrifidis*. HALL. *Gott.* 199. *Helv.* n. 3.  
*Gentiana cruciata*. BAUH. *pin.* 188.  
*Gentiana minor, seu vulgi cruciata*. BAUH. *hist.* III. p. 522.  
*Genziana minore*. MATTH.  
*Loc.* In humilioribus apricis alpium pratis minime rara est. *TERRANEUS* notat in aridis *Villaenovae Cheriensis*, & collibus *Cinzani* oriri. Ex *Monteferrato, & Astensi Provincia* habui, ita ut minime dubitem editiorum collium quoque indigenam esse. *PERENNIS*.
363. *GENTIANA centaurium*.  
*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 134.*  
*Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, pistillo simplici*. LINN. *syst.* 12. p. 200.  
*Gentiana caule dichotomo, floribus infundibuliformibus striatis quinquefidis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 648.  
*Gentiana foliis trinerviis ovatis, floribus umbellatis, tubo strictissimo*. HALL. *Helv.* 475.  
*Gentiana corolla quinquefida, foliis lanceolatis*. BOHEM. *Lips.* p. 26. n. 57.  
*Centaurium minus leptophyllum polyanthes accenso, acutoque folio*. BOCC. *mus.* p. 50.  
*Centaurium minus*. BAUH. *pin.* 278. CAM. *epit.* p. 428.  
*Centauria minore*. MATTH.  
*OFF.* *Centaurii minoris herba*.  
*VERN.* *Centaura minore*.  
*Loc.* Copiose provenit ubique locis siccis, & apricis, imo in ipsis pratis collinis sterilibus. *ANNUA*.  
*VIR.* Usitatissima stirps eximias vires habet. *Tonica, amara, abstergens, & antiseptica*. Febres intermittentes fugat, bilem acuit, utilis ad *Arthritidem, & rheuma-*



tismum, necnon menses pellendos, adhibenda potissimum, quando adsit viscidæ lymphæ diathesis emendanda. Caute autem, si caussa morbi calida fuerit, atque aegri conditio calefacientia medicamenta non permittat. Sordida ulcera etiam abstergit. Planta florens in usum eligitur a pugillis duobus ad manipulum semissem. Extractum datur a drachma semisse ad drachmam unam, & semissem. Summitates florentes in pulverem tritæ a drachma semisse ad drachmas duas. Sal *Centaurii minoris* per incinerationem elicitur, quod non magis valet, quam alii sales alkalini fixi.

## 364. GENTIANA spicata.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 85.

*Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, floribus alternis sessilibus.* LINN. spec. p. 333.  
*Centaurium minus spicatum album.* BAUH. pin. 278. Prodr. 130. cum icone.

B. *Centaurium minus spicatum flore rubro.* H. R. P.

Loc. In pratis, & herbidis locis *Nicaeensibus.* ANNUA.

## 3. COROLLIS ROTATIS.

## 365. GENTIANA lutea.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 82.

*Gentiana corollis subquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus spathaceis.* LINN. syst. 12. p. 199.

*Gentiana caule folioso, foliis ovatis nervosis, floribus rotatis verticillatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 637.

*Gentiana major lutea.* BAUH. pin. 187.

*Gentiana vulgaris major hellebori albi folio.* BAUH. hist. III. p. 520.

*Genziana maggiore.* MATTH.

OFF. *Gentianæ majoris radix.*

VERN. *Gensana.*

Loc. Vulgatissima in pratis irriguis alpium, & montium subalpinorum. PERENNIS.

VIR. GENTIANÆ omnes tota planta amarissimæ sunt, & similes vires habent; at hæc præ caeteris commendatur, & ejus radix in usum ab officinis eligitur. Convenit iis in morbis in quibus *Centaurium minus* laudatum est, sed hæc efficacius abstergit, & alvum quoque movet. Radix in pulverem redacta datur a drachma semisse ad scrupulos quatuor, in infuso a drachmis duabus ad unciam semissem. Extracto GENTIANÆ sæpius utuntur Medici a scrupulo uno ad drachmam unam.

## 366. GENTIANA perfoliata.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 40. f. 1.

*Gentiana corollis octofidis, foliis perfoliatis.* LINN. spec. p. 335.

*Chlora foliis perfoliatis.* LINN. syst. 12. p. 267.

*Blackstonia.* HUDS. p. 146. n. 1.

*Centaurium luteum perfoliatum.* BAUH. pin. 278.

*Centaurium perfoliatum luteum.* BAUH. hist. III. p. 355.

*Centaurium luteum.* CAM. epit. p. 427.

Loc. In agro *Pedemontano* non infrequens est secus flumina, ubi aquæ stagnarunt, & in proximis subhumidis pratis. ANNUA.

## 367. GENTIANA palustris.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 72. fig. 1. & Vol. XXI. tab. 46.

*Gentiana foliis radicalibus petiolatis ovatis, floribus paniculatis rotatis spicatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 636.

*Syvertia (perennis) corollis quinquefidis, foliis radicalibus ovalibus.* LINN. spec. p. 328.

JACQ. Flor. Austr. tab. 243.

*Gentiana caule nudo ramosissimo, flore rotato punctato.* HALL. Helv. 479. Emend. 1. p. 40. n. 144.

*Gentiana palustris latifolia, flore punctato.* BAUH. pin. 188.

*Gentiana XII. punctato flore.* CLUS. hist. 1. p. 316.



*Gentiana alpina minima*, nervoso pirolae, aut bellidis Globulariae folio nigricante palustris Sabauda. BOCC. mus. p. 169. tab. 119.

*Gentiana paniculata*. LAM Flor. Franc. tom. 2. p. 290.

Loc. Attulit GIAVELLI lectam in spongiosis Lac de la Maddalene in extrema Vinadii valle. Abunde in monte Cenisio crescit, neque infrequens est in frigidis humidis spongiosis editis locis alpium. Petrus MOLINERI supra Ormea. BOCCONE in quodam prato montis de Notre Dame de Charmée in Sabaudia.

## 2. POLYANGIÆ.

NERIUM. LINN. gen. n. 262., syst. n. 294. TOURN. tab. 374.

Calyx persistens parvus quinquefidus. Corolla infundibuliformis, orificio tubi corona villosa lacera nectarium dicta instructa, laciniis magnis profundis obliquis. Fructus ex folliculis binis. Semina plumosa.

## 368. NERIUM oleander.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 127.

*Nerium foliis lineari-lanceolatis ternis, corollis coronatis*. LINN. syst. 12. p. 189.

*Nerium floribus rubescentibus*. BAUH. pin. p. 464. TOURN. inst. p. 605.

*Rhododendrum*. DOD. pempt. 851.

*Nerium, sive rhododendron flore rubro*. BAUH. hist. II. 141.

*Oleander, laurus rosea*. LOB. ic. 364.

*Nerio*. MATTH.

OFF. Oleander, s. leander.

Loc. In montibus Nicaeae, & collibus Sospitellensibus. FRUTEX.

VIR. Acria, & venenata sunt NERII folia, neque pro interno usu adhibenda. Oleum, cui folia infusa fuerint, utile est ad scabiem fugandam, atque praeparatis mercurialibus anteponendum, si de infantibus, atque sensibilibus hominibus agatur, iisque, in quibus propter scorbuticam, & muriaticam humorum crasim ex mercurio desumpta medicamenta periculosa sunt.

PERVINCA. TOURN. inst. p. 120. tab. 45. VINCA. LINN. gen. n. 261., syst. n. 293.

Corolla hypocrateriformis quinquefida, laciniis extrorsum latioribus. Fructus ex folliculis binis. Semina nuda remota.

## 369. PERVINCA minor.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 122. 123.

*Pervinca foliis ovato-lanceolatis*. HALL. Helv. p. 526.

*Vinca caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis, floribus pedunculatis*. LINN. spec. p. 304.

*Pervinca minor*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 273.

*Pervinca corollae tubo amplo patente*. GERARD. p. 326. n. 1.

*Pervinca vulgaris angustifolia, flore caeruleo*. TOURN. inst. p. 120.

*Clematis daphnoides minor*. BAUH. pin. 301. DOD. pempt. 405.

*Clematis daphnoides minor flore caeruleo, purpureo violaceo, & albo simplici, ac pleno*. BAUH. hist. III. p. 130.

*Clematide* 1. MATTH.

OFF. Vincae pervincae herba.

Loc. Ad sepes ubique vulgatissima in Pedemontio. PERENNIS.

## 370. PERVINCA major.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 120. 121.

*Pervinca caulibus erectis, foliis ovato-lanceolatis ciliatis, petiolis unifloris*. HALL. hist. 1. n. 573.

*Pervinca floribus pedunculatis solitariis, nectaribus globosis*. GOU. hort. p. 119. n. 1.

*Vinca caulibus erectis, foliis ovatis, floribus pedunculatis*. LINN. spec. p. 304.

C c



*Pervinca major*. SCOP. *Flor. Carn. ed. 2. n. 274.*

*Pervinca corollae tubo amplo patente*. GERARD. p. 326. n. 1.

*Pervinca vulgaris latifolia flore caeruleo*. TOURN. *inst. 120.*

*Clematis daphnoides major*. BAUH. *pin. p. 302.* DOD. *pempr. p. 406.*

*Loc.* Nascitur abunde in monte *Crea*, aliisque locis collinis sylvosis *Pedemontii*, sed frequentius occurrit in Comitatu *Nicaeensi*. *PERENNIS.*

*VIR.* Utraque *PERVINCA* similes praebet utilitates. Folia cum aliqua vi abstergente valide adstringunt, atque ex aqua decocta relaxatis fibris tonum restituunt. Adhiberi possunt ad alvi fluxum cohibendum, si causa, atque natura morbi adstringentia medicamenta requirant. Saepe recipiuntur in gargatistibus, quae imperantur in angina pituitosa, quam laxitas fibrarum sustentat. Juvant etiam in ani, vaginae, & uvulae procidentia; praescribuntur quoque utiliter in fluore albo mulierum: sed haec infirmitas, uti alias monuimus, saepissime non est adstringentibus medicamentis tollenda, cum per hanc viam soleat natura vitiosos humores eliminare, atque nostra praesertim in regione muriaticam humorum conditionem subsequatur. Podagrae accessiones rariores facit articulos firmando, sed ejusdem usum (podagrigo humore alias nobiliores partes impetente) nocuisse observavi, gravioribus aliis malis advenientibus. Dosi manip. unius, aut alterius folia in aqua decoquuntur, & ebullitioni subjici debent, ut fixa activa principia extrahantur.

*ASCLEPIAS*. LINN. *gen. n. 270., syst. n. 303.* TOURN. *tab. 22.*

Corolla plana, vel reflexa quinquefida. Nectaria quinque ovata concava corniculum exerentia; Fructus ex folliculis binis; Semina papposa.

371. *ASCLEPIAS vincetoxicum.*

*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 129.*

*Asclepias foliis ovatis basi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis.* LINN. *spec. p. 314.*

*Asclepias ex alis racemosa, caulibus simplicibus erectis, foliis ovato-lanceolatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 571.*

*Asclepias albo flore.* BAUH. *pin. 303.*

*Asclepias, sive vincetoxicum multis floribus albicanibus.* BAUH. *hist. II. p. 138.*

*Asclepias vincetoxicum.* LOB. *adv. 278. ic. p. 630.*

*Asclepias alba.* LAM. *Flor. Franc. tom. 2. p. 301.*

*Vincetossico.* MATTH.

*OFF.* *Asclepias, s. vincetoxicum.*

*Loc.* In saxosis apricis abunde tum in editioribus collibus *Taurinensibus*, cum in montibus subalpinis. *PERENNIS.*

*VIR.* Olim pro magno alexipharmaco habitum est, nunc vix adhibetur. Maxime calefacit, & exsiccatur. In puella pituitosa scrophulas, & abdominis infarctus feliciter curavi radicis decoctione. In leucophlegmatia utiliter adhiberi posse existimarem.

372. *ASCLEPIAS nigra.*

*ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 4.*

*Asclepias foliis basi barbatis, caule superne subvolubili.* LINN. *spec. p. 315.*

*Asclepias nigro flore.* BAUH. *pin. 303.*

*Loc.* In collibus *Nicaeensibus*, & *Uneliae* locis saxosis, & editioribus nascitur. *PERENNIS.*

*CYNANCHUM*. LINN. *gen. n. 268., syst. n. 301.*

Nectario cylindraco, orificio quinque-dentato ab *Asclepiade* differt.

373. *CYNANCHUM monspeliacum.*

*Cynanchum caule volubili herbaceo, foliis reniformi-cordatis acutis.* LINN. *spec. p. 311.*

*SAU. monsp. 133.* GOU. *Flor. Monsp. p. 36.*

*Apocynum scamoneae facie monspeliacum, foliis rotundioribus.* MAGN. *hort. 20.*



*Apocynum IV. latifolium: Scamonea valentina.* CLUS. *hist.* 1. p. 126.

*Scamonea monspeliaca foliis rotundioribus.* BAUH. *pin.* 294.

*Loc.* Rarius in agro *Nicaeensi* nascitur. *PERENNIS.*

STRAMONIUM. *TOURN. inst.* 118. *tab.* 44. *DATURA.* LINN. *gen. n.* 218. *syst. n.* 245.

Calyx tubulosus 5-dentatus, semideciduus. Corolla infundibuliformis quinque angulato-plicata.  
Capsula quadrilocularis saepius echinata polysperma.

374. STRAMONIUM foetidum.

*ICON. TAUR. Vol. II. tab.* 87.

*Stramonium foliis angulosis, fructu erecto muricato, calyce pentagono.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 586.

*Datura (Stramonium) pericarpis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris.* LINN. *spec. p.* 255.

*Stramonium foetidum.* SCOP. *Flor. Carn. ed.* 2. n. 252.

*Solanum foetidum, pomo spinoso oblongo, flore albo.* BAUH. *pin. p.* 168.

*Stramonium fructu spinoso oblongo, flore albo.* *TOURN. inst. p.* 119. *GARID. Aix. tab.* 86.

*Stramonium altera major, sive tatula quibusdam.* BAUH. *hist. III.* 624.

*Solanum maniacum Dioscoridis.* COL. *phytob.* 47.

*Stramonium spinosum.* LAM. *Flor. Franc. tom.* 2. p. 256.

*OFF.* Stramonium.

*Loc.* In ruderatis, & ad vias adeo frequens occurrit, ut indigena omnino planta videatur. *ANNUA.*

*VIR.* Tota planta, non excepto semine, virulenta, & narcotica est inter metuenda venena recensita, quae soporem, tremorem, delirium, aphoniam, & artuum paralysim infert. Magnus vir STORKIUS usus feliciter est extracto dato dosi gr. semissis, aucta etiam ad gr. tria in mania, epilepsia, morbisque convulsivis. Pro fuisse ipse vidi in homine maniaco datum dosi gr. i. cum adjuncta camphora per quadraginta dies.

HYOSCYAMUS. LINN. *gen. n.* 219., *syst. n.* 246. *TOURN. tab.* 42.

Corolla campanulata inaequalis quinquefida, segmentis inferioribus minoribus.

Stamina inaequalia. Capsula bilocularis polysperma instructa operculo horizontaliter dehiscente.

375. HYOSCYAMUS niger.

*ICON. TAUR. Vol. II. tab.* 88.

*Hyoscyamus foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus.* LINN. *spec. p.* 257. HALL. *hist. tom.* 1. n. 580.

*Hyoscyamus vulgaris, vel niger.* BAUH. *pin.* 169.

*Hiosciamo.* MATTH.

*OFF.* Hyoscyamus, s. Jusquiamus niger.

*Loc.* Abunde locis pinguibus ruderatis, & suburbanis. *BIENNIS.*

*VIR.* Venenata vi HYOSCYAMUS ad STRAMONIUM proxime accedit, sed odoris virulentia superior est in HYOSCYAMO, majoremque vim habet narcoticam Opii aemulam. Antiquus est HYOSCYAMI usus; semen etiam in internis morbis veteres dederunt. Nuperi auctores post STORKII experimenta, extracto HYOSCYAMI usi sunt in mania, melancholia, convulsivis morbis, hemoptoe, russi sicca, atque ubicumque anodyno efficaci remedio motus nervorum essent sopiendi. Initium fieri saepe solet a dosi gr. i., quae sensim aucta est ad gr. quinque; etiam usque ad gr. XV. ab audacioribus datum est. Sed prudentiorem rem esse putamus intra minorem dosim se continere, atque diutius, si expediat, remedii usum protrahere. In ipsa chatatracta mercurio dulci junctum, atque adhibitum pondere gr. duorum utile extitit. Folia contrita, atque in Sartagine assata applicantur utiliter haemorrhoidibus dolentibus, similiterque prosunt musculis ex spasmis dolentibus. Instar aliorum narcoticorum adjuvant induratarum glandularum resolutionem. Ex seminibus expressum oleum anodynum est, atque extrinsecus adhibetur. Vulgus



in odontalgia ad dentem dolentem fumum ex combustis seminibus adducit; radicem etiam lacte coctam denti subjicit, sed temulentia facile subsequitur haustum maxime fumum. Ausi etiam nonnulli sunt in doloribus intestinorum clysteres ex HYOSCYAMI decoctione injicere, at id non sine periculo magno esse putamus. Sopita enim actione intestinorum gravissima mala enascuntur.

## 376. HYOSCYAMUS albus.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 89. & Vol. XXI. tab. 85.

*Hyoscyamus foliis petiolatis sinuatis obtusis, floribus subsessilibus.* LINN. spec. p. 257.

*Hyoscyamus albus major.* BAUH. pin. 169.

*Hyoscyamus albus minor.* BAUH. pin. 169.

*Hyoscyamus albus vulgaris.* CLUS. hist. 3. p. 118.

*Hiosciamo bianco.* MATTH.

OFF. *Hyoscyamus*, s. *Jusquiamus albus*.

Loc. In Liguria, & Comitatu Nicaensi. BIENNIS.

VIR. Cum praecedenti viribus convenit, sed mitius agit.

## 377. HYOSCYAMYS aureus.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 83.

*Hyoscyamus foliis petiolatis dentatis acutis, floribus pedunculatis, fructibus pendulis.* LINN. syst. 12. p. 170.

*Hyoscyamus creticus luteus major.* BAUH. pin. 169. prodr. 92.

*Hyoscyamus albus creticus.* CLUS. hist. 2. p. 84.

B. *Hyoscyamus creticus luteus minor.* BAUH. pin. 169.

Loc. Ad muros Uneliae, & Nicaeae. PERENNIS.

## VERBASCUM. LUDW. gen. n. 364., TOURN. tab. 61.

Corolla rotata, tubo brevissimo, limbo quinquefido laciniis inaequalibus.

Stamina inaequalia. Capsula bilocularis polysperma superne dehiscens.

## 378. VERBASCUM Thapsus.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 96.

*Verbascum foliis decurrentibus utrinque tomentosis, caule simplici.* LINN. syst. 12. p. 169. HALL. hist. tom. 1. n. 581.

*Verbascum foliis utrinque tomentosis ovato-lanceolatis densissime spicatis sessilibus.* HALL. Gott. 216.

*Verbascum mas latifolium luteum.* BAUH. pin. 239.

*Verbascum vulgare, flore luteo magno, folio maximo.* LOB. adv. p. 242.

*Verbasco I.* MATTH.

OFF. *Thapsi barbati*, aut *verbasci flores*.

VERN. Fior d' Luvion.

Loc. Vulgare est secus vias, & in pascuis saxosis agri Pedemontani, atque etiam secus fossas. BIENNE.

VIR. Pleraque VERBASCI species habitu, & viribus conveniunt, sed apud nos in usum medicinale eligi solet VERBASCUM *Thapsus*; Indiscriminatim autem *Lychnitis*, *tapsoides*, *phlomoides*, atque *nigrum* possunt adhiberi. Tomentum, sive lanuginem, quae densior, & copiosior in phlomoide est, hae plantae habent; ea pro fomite inservire potest. Vis emolliens VERBASCO inest repetenda a principio quodam mucilaginoso-oleoso, sed hoc principium, atque virtus in floribus praesertim residet, qui in olla congesti leni igne, aut solis calore in liquamen oleosum diffluunt. Flores igitur laudantur propter vires emollientes, demulcentes, & leviter anodynas. Infusum, aut decoctum frequentis usus est in tussi ex irritatione materiae acris, atque phtisicorum tussim etiam lenit. In morbis intestinorum a muco abraso etiam prodest, similiterque in morbis renum, & vesicae similem indicationem expostulantibus; tenesmi cruciatus per clysteres injectum mitigat. Tumorum suppurationem emplastrum ex floribus paratum promovet relaxando, & emolliendo, idemque emplastrum haemorrhoidum dolorem



sedat; idem praebet liquamen ex floribus paratum, quod magnis laudibus elatum est in artuum doloribus. In iis tantum casibus opportunum esse existimamus emolliente, & subanodyno medicamento dolores demulcere, quos praesertim sustinet spasmodica fibrarum conditio. Semen veneni suspicione non caret.

379. VERBASCUM thapsoides.

*Verbascum foliis decurrentibus, caule ramoso.* LINN. syst. 12. p. 169.

Loc. Locis saxosis, & collinis praesertim ad oras sylvarum adinvenitur. BIENNE.

380. VERBASCUM phlomoides.

*Verbascum foliis ovatis utrinque tomentosis, inferioribus petiolatis.* LINN. spec. p. 253.

*Verbascum foliis ovatis utrinque tomentosis, inferioribus petiolatis stigmatibus bicollis.* HALL. hist. tom. 1. p. 257. n. 582.

*Verbascum montanum tomentosum, & incanum, folio subrotundo, caule non alato, staminibus purpureis.* TILL. Pis.

Loc. In aridissimis, & saxosis Comitatus Nicaeensis, & Liguria; abunde circa Ormea, & Villafranca. Cl. BELLARDI in sterilibus agri Canapiciensis non procul a Candia. BIENNE.

381. VERBASCUM lychnitis.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 95. 97. 100., Vol. XIII. tab. 54.

*Verbascum spica racemosa, foliis ovato-lanceolatis, inferioribus petiolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 583.

*Verbascum foliis cuneiformibus oblongis.* LINN. spec. p. 253.

*Verbascum foliis lanceolatis, lanatis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus.* GERARD.

Fl. Galloprov. p. 313. n. 2.

*Verbascum pulverulentum flore luteo parvo.* BAUH. hist. III. p. 872.

B. *Verbascum foemina flore albo.* BAUH. pin. 239.

*Verbasco primo.* MATTH.

Loc. Vulgare est in agro Pedemontano locis aridis, & ad vias. BIENNE.

382. VERBASCUM nigrum.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 53.

*Verbascum foliis cordato-oblongis petiolatis, subtus tomentosis, summis sessilibus.* GER. p. 313. n. 3.

*Verbascum floribus pedunculatis arcte in spicam congestis, foliis integris, caule terminatis, petiolis teretibus instructis.* RISL. verb. 27.

*Verbascum foliis cordato-oblongis petiolatis.* LINN. syst. 12. p. 169.

*Verbascum foliis imis petiolatis cordato-lanceolatis, superioribus sessilibus ovatis acutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 584.

*Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascente.* BAUH. pin. 240.

*Verbascum nigrum flore parvo, apicibus purpureis.* BAUH. hist. III. p. 873.

*Verbasco secundo, e terzo.* MATTH.

Loc. Occurrit passim secus viam, quae ab Augusta Taurinorum ducit ad Pagum di Lanzo. Frequens est in asperis lapidosis apricis ad radices montium subalpinorum. PERENNIS.

383. VERBASCUM sinuatum.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 97.

*Verbascum foliis radicalibus pinnatifido-repandis tomentosis, caulinis amplexicaulibus nudiusculis, rameis primis oppositis.* LINN. spec. p. 254.

*Verbascum floribus pedunculatis fasciculatis in laxam spicam foliis distinctam congestis, foliis sinuatis amplexicaulibus.* RISL. verb. 31.

*Verbascum nigrum folio papaveris corniculati.* BAUH. pin. 240.

*Verbascum crispum, & sinuatum.* BAUH. hist. III. 822.

*Verbasco laciniato.* MATTH.

Loc. In saxosa ripa Padi inter Valentinum, & Portam Padi dictam mihi semel obviam venit. Ad maris litus, & Savonae frequens; pariter saepius occurrit in Comitatu Nicaeensi. BIENNE.



## 384. VERBASCUM phaeniceum.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 101.

*Verbascum foliis ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso.* LINN. syst. 12. p. 169.

JACQ. Fl. Austr. tab. 125.

*Verbascum foliis glabris indivisis.* RÓY. Leyd. p. 422. n. 6.

*Blataria purpurea.* BAUH. pin. 241.

*Blataria flore caeruleo, vel purpureo.* BAUH. hist. III. 875.

Loc. In collibus aridis apricis *Montisferrati*, & *Astensis* Provinciae frequens. In colle *Taurinensi Superga* dicto, & circa *Segusium* quoque nascitur. Legit *Laurentius TERRANEUS* in agro *Montis Calerii* prope villam *Monachorum S. Bernardi*. *Cl. RICHERIUS* misit collectam in collibus oppidi *la Morra*. *Cl. BELLARDI* in ericetis *Canapiciensibus* non infrequentem esse observavit. *BIENNE*.

## 385. VERBASCUM blattaria.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 102.

*Verbascum foliis glabris, imis petiolatis sinuatis, superioribus sessilibus, floribus solitariis.* SCOP. Fl. Carn. p. 385. n. 3. ed. 2. n. 251.

*Verbascum spica rarissima, foliis glabris serratis cordato-lanceolatis, imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 585.

*Verbascum foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis.* LINN. spec. p. 254.

*Verbascum floribus solitariis pedunculatis in spicam laxam ordinatis, foliis profunde serratis.* RISL. verb. 37.

*Blataria lutea, folio longo laciniato.* BAUH. pin. 240.

*Blataria lutea.* BAUH. hist. III. 874.

Loc. Copiose in alveis siccis torrentium, & ad vias in collinis, & montanis. *BIENNE*.

## 386. VERBASCUM myconi.

*Verbascum foliis lanatis radicalibus, scapo nudo.* LINN. spec. p. 255.

*Verbascum humile alpinum villosum Borriginis flore, & folio.* TOURN. inst. 147.

*Sanicula alpina foliis Borriginis villosa.* BAUH. pin. 243.

*Auricula ursi myconi pilosa caerulea.* BAUH. hist. III. 869.

Loc. In raram hanc *Verbasci* speciem incidi in umbrosa sylva alpis *Pago Pralles* imminentis. *PERENNE*.

## 387. VERBASCUM orientale.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 89.

*Celsia (orientalis) foliis bipinnatis.* LINN. spec. p. 866.

*Verbascum orientale Sophiae folio.* TOURN. Cor. 8.

*Blattaria orientalis agrimoniae folio.* BUXB. cent. 1. p. 14. tab. 20.

Loc. Circa *Augustam Praetoriam* legit *Petrus CORNALIA*. *ANNUUM*.

CONVOLVULUS. *Ludvv. gen. n. 105.* SCOP. introd. p. 181. TOURN. tab. 17.

Corolla campanulata, aut infundibuliformis plicata. Filamenta inferne latiora.

Stigma unum, aut duo. Capsula subrotunda 2. vel 4. locularis, 2. vel 4. valvis: Semina magna.

## 388. CONVOLVULUS arvensis.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 49. 50.

*Convolvulus foliis sagittatis latescentibus, petiolis unifloris, stipulis remotis subulatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 664.

*Convolvulus minor arvensis.* BAUH. pin. 294.

*Smilax laevis minor.* DOD. pempt. 393.

*Elxine Cissampelos.* MATTH.

*VERN. Vidola, aut Coriola.*

Loc. Vulgatissimus in arvis, & ad vias. *PERENNIS*.



389. CONVULVULUS sepium.  
 ICON. TAUR. Vol. II. tab. 48.  
*Convolvulus foliis sagittatis, hamis emarginatis angulosis, petiolis unifloris, stipulis cordatis maximis.* HALL. hist. tom. 1. n. 663.  
*Convolvulus foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris.* LINN. spec. p. 218.  
*Convolvulus major albus.* BAUH. pin. 294.  
*Smilax laevis major.* DOD. pempt. 392.  
 Loc. Ad fossas, & sepes minime rarus. PERENNIS.  
 VIR. CONVULVULI non paucae species lac acre fundunt, valideque alvum movent, testibus scammono, jalappa, thurpetho &c. Noster CONVULVULUS etiam lactescit lacte, quod alvum ducit. Inusitata tamen planta est. Extractum ex succo inspissato debilius, quam scammonium, sed tamen alvum utiliter movet, & sine incommodo. Hoc dari potest a dosi gr. 20. ad gr. 30. Hujusmodi purgantis genus locum habere debet iis in morbis, quibus hydrotica purgantia conveniunt. Folia contusa, & applicita vires habent resolventes.
390. CONVULVULUS althaeoides.  
 ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 89.  
*Convolvulus foliis cordatis sinuatis sericeis, lobis repandis, pedunculis bifloris.* LINN. syst. 12. p. 156.  
*Convolvulus foliis cordatis sinuatis sericeis, pedunculis bifloris.* GERARD. Flor. Galloprov. p. 318. n. 4.  
*Convolvulus argenteus althaeae folio.* BAUH. pin. 295.  
*Convolvulus peregrinus pulcher folio Betonicae.* BAUH. hist. II. p. 159.  
 B. *Convolvulus argenteus elegantissimus, foliis tenuiter incis. Tourn. inst. 85.*  
 Loc. Incolit frequentius colles, & rupes mari proximas in agro Nicaeensi, sed & generatim ad muros in vinetis Comitatus Nicaeensis passim obviam venit. TERRANEUS in Liguria ad pagum Villatala. PERENNIS.
391. CONVULVULUS lineatus.  
 ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 35.  
*Convolvulus foliis lanceolatis sericeis lineatis petiolatis, pedunculis bifloris, calycibus sericeis subfoliaceis.* LINN. spec. p. 224.  
*Convolvulus foliis lanceolatis obtusis sericeis, caule ramoso brevissimo, floribus terminalibus sessilibus.* GERARD. p. 317. n. 3.  
*Convolvulus serpens maritimus spicaefolius.* Tourn. obs. 91. MISC. TAUR. p. 55.  
*Convolvulus spicaefolius.* LOB. adv. p. 274.  
 Loc. Nicaeae nascitur. PERENNIS.
392. CONVULVULUS cneorum.  
 ICON. TAUR. Vol. II. tab. 55.  
*Convolvulus foliis lanceolatis tomentosis, floribus umbellatis, calycibus hirsutis, caule erecto.* LINN. syst. 12. p. 157.  
*Convolvulus argenteus umbellatus erectus.* Tourn. inst. p. 84.  
*Convolvulus saxatilis erectus villosus perennis.* BARR. rar. 4. tab. 470. BOCC. mus. 2. p. 79. tab. 70.  
*Cneorum album folio argenteo molle.* BAUH. pin. 463.  
 Loc. Petrus CORNALIA circa Uneliam observavit. SUFFRUTEX.
393. CONVULVULUS cantabrica.  
 ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 45.  
*Convolvulus foliis lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso eretiuculo, calycibus pilosis, pedunculis subbifloris.* LINN. syst. 12. p. 157.  
*Convolvulus foliis lineari-lanceolatis sericeis, pedunculis bifloris.* GERARD. p. 318. n. 5.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 296.  
*Convolvulus linariae folio assurgens, & humilior.* Tourn. inst. 84.  
*Convolvulus linariae folio.* BAUH. pin. 295.  
*Cantabrica quorundam.* CLUS. hist. 2. p. 49.



*Convolvulus linearis*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 267.  
 Loc. In agro *Nicaeensi* abunde. PERENNIS.

394. CONVOLVULUS soldanella.

*Convolvulus foliis reniformibus pedunculis unifloris*. LINN. *spec.* p. 226.

*Soldanella maritima minor*. BAUH. *pin.* 295.

*Convolvulus maritimus*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 265.

Loc. TERRANEUS in maritimis *Uneliae* collegit. PERENNIS.

VIR. Fortius quam CONVOLVULUS *sepium* alvum movet. Similiter autem agit. Dantur folia in pulverem contrita drachmae unius, aut recentia dosi unciæ unius cum passulis decoquantur ad alvum ciendam.

CAMPANULA. LINN. *gen. n.* 201., *syst. n.* 217. TOURN. *tab.* 37.

Calyx quinquefidus ovarium in se recipiens. Corolla quinquefida saepius campaniformis basi filamentorum staminum amplior inflexa germen protegit. Stygma saepissime trifidum. Capsula 3. aut 5-locularis, 3. aut 5-valvis polysperma.

395. CAMPANULA *cenisia* *tab.* 6. *fig.* 2.

ICON. TAUR. *Vol. X.* *tab.* 85. *f.* 2.

*Campanula plerumque multicaulis uniflora, foliis ovatis sessilibus integerrimis*. SPEC. PED. 35. *tab.* 5. *f.* 1. HALL. *Emend.* 1. n. 161.

*Campanula caulibus unifloris, foliis obovatis glabris integerrimis subciliatis*. LINN. *spec. append.* p. 1669.

*Campanula (Allionii) foliis radicalibus obovatis ciliato scabris, caule unifloro, radice repente*. VILL. *prosp.* p. 22.

Loc. Nascitur in editissimo jugo montis *Cenisii Ronche* dicto; frequens etiam est in aliis editissimis, & frigidis alpium jugis uti *Safau, la Vanoise, l' Argentera*, ad originem fluminis *Durance*. PERENNIS.

396. CAMPANULA *Bellardi* † *tab.* 85. *fig.* 5.

*Campanula caule nudo unifloro, foliis petiolatis elliptico-lanceolatis dentatis*.

Loc. Cl. BELLARDI reperit in summo monte *l' Autaret*. PERENNIS.

DESCR. Elegantissima haec CAMPANULA habet aliquot folia ex imo suberecta longe petiolata; petiolo intus sulcato, & longitudine foliorum, quae ad sui originem sibi proxime succedunt, nimirum ex eodem puncto non nascuntur. Folia sunt ovato-lanceolata per petiolum non decurrentia utrinque attenuata dentata, dentibus acutiusculis utrinque duobus, aut tribus, intense viridia subaspera firmula non succosa. Cauliculus erectus firmulus teres glaber, dimidii digiti altitudine, uniflorus. Flos minime nutans. Calyx glaber ultra medium quinquefidus, segmentis lanceolato-linearibus non reflexis, neque patentibus, non appendiculatis. Flos est CAMPANULÆ semiquinquefidus caeruleus.

397. CAMPANULA *vesula* N. *tab.* 7. *fig.* 1.

ICON. TAUR. *Vol. XII.* *tab.* 91. *f.* 4.

*Campanula uniflora foliis glabris ovalibus dentatis, caule subnudo, calyce glabro*.

Loc. TERRANEUS reperit ad ima montis *Vesuli* prope *Crissolo*. PERENNIS.

DESCR. Folia ad radicem plurima petiolata per petiolum decurrentia ovata, aut elliptica, acuto fine, breviter dentata, aut potius crenata subtus nervosa, subtiliter, & raro pilosa, ut glabra fere appareant, nihil prorsus strigosa, & firmula; caulibus rotundus spithamaeus; calyx livens ultra medium quinquefidus, segmentis lanceolatis non reflexis; flos campanulatus patens. Moneo longe parcius pilosam esse, quam icon sistit, & folia non esse nec strigosa, nec hispida.

398. CAMPANULA *rotundifolia* *tab.* 47. *fig.* 2.

ICON. TAUR. *Vol. II.* *tab.* 62. & *Vol. IX.* *tab.* 94. *f.* 2. 3.

*Campanula foliis imis subrotundis, superioribus linearibus*. HALL. *Emend.* 1. n. 162., *Enum. Helv.* p. 495.



*Campanula foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.* LINN. spec. p. 232.  
*Campanula caule angulato, foliis imis ovatis serratis glabris, germinibus decagonis.*  
 SCOP. Flor. Carn. p. 261. n. 1.

*Campanula minor rotundifolia vulgaris.* BAUH. pin. 93.

*Campanula sylvestris minima.* DOD. pempt. p. 167.

*Campanula minor.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 339.

B. *Campanula minor rotundifolia alpina.* BAUH. pin. cum icone.

C. *Campanula alpina linifolia.* BAUH. pin. 93.

Loc. Ad rupes, & loca sicca vulgatissima tum in *Pedemontio*, tum in agro *Nicaeensi*. PERENNIS.

OBS. Pro locorum varietate aliam diversam faciem induit. Folia radicalia cordata, aut cordato-oblonga, & serrata, caulina vero interdum linearia, alias lanceolata, nunc integerrima, aut dentata. Caulis, qui saepius simplex, & quandoque uniflorus, ramosus evadit. Varietates B. C. a *CAMPANULA rotundifolia* vulgari aegre distingui vidit *Preclariss. HALLERUS* (*helv.* p. 495.) Varietates B. C. frequentes sunt similibus alpinis locis, neque in pratis alpinis desiderantur.

399. *CAMPANULA cespitosa.*

*Campanula caule angulato, foliis imis ovatis serratis glabris, germinibus decagonis.*  
 SCOP. Fl. Carn. n. 225. tab. 4.

*Campanula caulibus numerosis paucifloris, foliis reniformibus incis, caulinis dentatis, supremis integerrimis.* VILL. prosp. p. 22.

*Campanula alpina linifolia caerulea flore unico pentagono grandi in summo cauliculo.*  
 SCHEUCHZ. ic. 6. pag. 454.

Loc. Frequens locis saxosis secus flumen *Chison*. PERENNIS.

OBS. Proxima utique superiori est, differre tamen videtur; hujusce, ut puto, varietatem exhibentem folia omnia lanceolata vidit *Cl. BELLARDI* in alpibus *Julechii*.

400. *CAMPANULA valdensis* N. tab. 6. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 78. f. 2.

*Campanula hirsuta foliis elliptico-lanceolatis raro denticulatis, caule unifloro.* SPEC. PEDEM. p. 39. tab. 6. f. 2.

*Campanula (Scheuchzeri) foliis omnibus lanceolatis hirsutis, flore nutante unico.* VILL. prosp. p. 22.

Loc. Oritur in umbrosis ad radices alpium *Albergian* prope arcem *Fenestrellarum*. PERENNIS.

OBS. Proxima quidem est varietati *linifoliae* *CAMPANULAE* a *Johanne BAUHINO* commemoratae, attamen foliis strigosulis hirsutis latioribus, & dentatis distinguenda videtur.

401. *CAMPANULA patula.*

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 18. 84.

*Campanula foliis strictis radicalibus lanceolato-ovatis, panicula patula.* LINN. spec. p. 232.

*Campanula caule brachiato, foliis lanceolato-linearibus glabris, petiolis paucifloris nudis.*  
 HALL. hist. tom. 1. n. 698.

*Campanula caule angulato, foliis lanceolatis serratis, calycinis segmentis erectis, basi dentatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 262. n. 7., ed. 2. n. 227.

*Campanula esculentae facie, ramis, & floribus patulis.* DILL. elih. p. 68. f. 68.

Loc. Circa *Viù* obviam venit locis dictis *il Paschè*, & *Cramolet* secus torrentem *Viana*. In Provincia *Canapiciensis* locis dumosis, & umbrosis frequens est. Oritur etiam circa oppidum *S. Mauri*, atque ultra flumen *Sturam*, eundo versus *Borghe*. PERENNIS.

402. *CAMPANULA rapunculus.*

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 67. 68. & Vol. XVII. tab. 103.

*Campanula foliis undulatis radicalibus lanceolato-ovatis, panicula coarctata.* LINN. spec. p. 232.



*Campanula foliis ellipticis serratis subhirsutis, caule aspero, floribus paniculatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 699.

*Campanula radice esculenta, flore caeruleo.* TOURN. inst. 110.

*Rapunculus esculentus.* BAUH. pin. 92.

Raponcolo. MATTH.

OFF. *Rapunculus arvensis*, s. *esculentus*.

VERN. Rampon.

LOC. Secus vias ubique. BIENNIS.

VIR. In acetariis edulis radix.

403. CAMPANULA persicifolia.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 59. & Vol. XVIII. tab. 80.

*Campanula foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis.* LINN. spec. p. 232.

*Campanula foliis radicalibus ovatis, caulinis linearibus, petiolis longissimis paucifloris.* HALL. hist. tom. 1. n. 697.

*Campanula caule unifloro tereti, foliis imis subovatis, superioribus lanceolatis.* SCOP. Flor. Carn. p. 261. n. 4., ed. 2. n. 228.

*Campanula foliis linearibus serratis, floribus dissitis amplissimis.* HALL. Gott. 194. Helv. n. 12.

*Campanula nemorosa angustifolia magno flore.* BAUH. pin. 93.

*Campanula media.* DOD. pempt. 166.

Phyteuma. MATTH.

LOC. In sylvis umbrosis collium *Taurinensium* non infrequens. Saepe etiam occurrit in sylvis umbrosis, & saxosis montanis, necnon subalpinis. PERENNIS.

404. CAMPANULA pyramidalis.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 44.

*Campanula caulibus junceis simplicibus, foliis laevibus serratis cordatis, caulinis lanceolatis, umbellis sessilibus lateralibus.* LINN. syst. 12. p. 159.

*Campanula foliis ovatis glabris subserratis, caule erecto paniculato, ramulis brevibus.* LINN. spec. p. 233.

LOC. TERRANEUS in Sabaudia reperit. PERENNIS.

405. CAMPANULA rhomboidalis.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 91. f. 1.

*Campanula foliis rhomboidalibus serratis, spica secunda, calycibus dentatis.* LINN. syst. 12. p. 160.

*Campanula caule laevi simplici, foliis glabris ovato-lanceolatis serratis, petiolis paucifloris.* HALL. hist. tom. 1. n. 693. It. 2. n. 30.

*Campanula drabae minoris foliis.* BAUH. prodr. 36.

*Rapunculus alpinus teucree folio rhomboidalis.* BOCC. mus. p. 75. tab. 61.

LOC. Vulgaris in pratis alpinis, & subalpinis editioribus; frequens etiam in monte Cenisio, ubi legit Paulus BOCCONE. PERENNIS.

406. CAMPANULA urticifolia.

*Campanula caule teretiusculo simplici, foliis superioribus sessilibus, spica secunda, pedunculis unifloris, calycibus glabris.* TURRA. prodr. Flor. Ital. p. 64. n. 9.

*Campanula alpina glabra flore dilutissime caeruleo.* BAUH. hist. III. p. 804.

LOC. In umbrosis sylvis circa *Valderii* thermas. PERENNIS.

DESCR. Glabra omnino planta est, quae nihil asperi habet; ad bicubitalem altitudinem se erigit, caule simplici striato rotundo. Folia mollia ex ovato-lanceolata inaequaliter & acute dentata. Singulae alae florem producunt breviter pedunculatum. Versus summitatem sibi viciniore sunt flores, bracteisque linearibus ad originem positae stipantur. Calyx glaber ultra medium quinquefidus, segmentis angustis non reflexis. Flos calyci subaequalis. Proxime accedit ad superiorem; omnibus autem bene perpensis, manifesti discriminis notas reperio.



## 407. CAMPANULA latifolia.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 57. & Vol. X. tab. 78. f. 2.

*Campanula foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, floribus solitariis pedunculatis, fructibus cernuis.* LINN. spec. p. 233.

*Campanula foliis ovatis lanceolatis serratis, petiolis unifloris, calycibus glabris.* HALL. hist. tom. 1. n. 691.

*Campanula maxima foliis latissimis.* BAUH. pin. 94.

*Campanula pulchra a Tossano Carolo missa.* BAUH. hist. II. p. 807.

Loc. Circa Vinadii thermas. Felix VALLE in pratis circa arcem Exilliarum, Franciscus PEYROLERI ad radices alpium le Autaret. PERENNIS.

## 408. CAMPANULA rapunculoides.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 69. & Vol. X. tab. 79.

*Campanula foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis sparsis, calycibus reflexis.* LINN. syst. 12. p. 160.

*Campanula foliis ovato-lanceolatis hirsutis, petiolis unifloris.* HALL. hist. tom. 1. n. 692.

*Campanula caule tereti, foliis ovato-lanceolatis hispidis, floribus solitariis secundis pendulis.* SCOP. Flor. Carn. p. 260.

*Campanula hortensis rapunculi radice.* BAUH. pin. 94. MORIS. hist. 2. p. 460. s. 5. tab. 3. f. 32.

*Cervicaria major sylvestris* EYSTETT. tab. 6. f. 1.

*Campanula nutans.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 336.

Loc. Secus sylvas in collibus, & montibus. PERENNIS.

## 409. CAMPANULA bononiensis.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 103.

*Campanula foliis ovato-lanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato.* LINN. spec. p. 234.

*Campanula caule erecto ramosissimo, foliis ovato-lanceolatis, subtus tomentosus, petiolis multifloris erectis.* HALL. hist. tom. 1. n. 689.

*Campanula foliis lanceolatis laeviter serratis alternis, floris thirso spicato, & ad basim ramoso.* SEGU. Veron. 1. p. 176.

*Campanula, sive Cervicaria bononiensis parvo flore.* BAUH. hist. II. p. 804.

Loc. In collibus Taurinensibus reperta extat in herbario Laurentii TERRANEI.

Frequens in valle Exilliarum. Cl. DANA in aridis locis Grapiol dictis supra Garressio. Ignatius MOLINERI frequentem vidit in valle Stafora, & supra Bobbio.

Cl. BELLARDI in sylvestribus editioribus di Borgomasino. PERENNIS.

## 410. CAMPANULA trachelium.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 56.

*Campanula caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis.* LINN. spec. p. 235.

*Campanula foliis cordato-lanceolatis acute serratis hirsutis, petiolis ex alis paucifloris, calycibus hispidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 690.

*Campanula foliis asperis cordatis serratis, calycibus hirtis, ala multiflora.* HALL. Gott. 193.

*Campanula vulgator foliis urticae, vel major, & asperior.* BAUH. pin. 94. GARID. tab. 19.

*Cervicaria magna.* DOD. pempt. 164.

OFF. Campanula, trachelium, s. uvularia.

Loc. Montium, & collium sepes, & oras sylvarum inhabitat. PERENNIS.

## 411. CAMPANULA glomerata tab. 39. f. 1.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 70. & Vol. XVII. tab. 104.

*Campanula caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali.* LINN. spec. p. 235.

*Campanula caule simplici aspero, foliis amplexicaulibus, floribus capitatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 685.

*Campanula pratensis, flore conglomerato.* BAUH. pin. 94.

*Rapunculus sylvestris caeruleus umbellatus.* THAL. ic. 8. n. 2.



*Trachelium oblongo folio alpinum*. BOCC. mus. p. 70. tab. 58.

Loc. Ubique in pratis subalpinis montanis, & collinis. PERENNIS.

OBS. Exhibetur icone varietas singularis, quam habui ex Comitatu Nicaeensi, in qua folia conferta sunt, & florum fasciculi approximati brevem, & densam spicam constituunt.

412. CAMPANULA cervicaria.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 12.

*Campanula hispida floribus sessilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato-linearibus undulatis*. LINN. spec. p. 235.

*Campanula caule simplici aspero, foliis lingulatis asperis, floribus capitatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 686.

*Rapunculus sylvestris caeruleus umbellatus major*. THAL. ic. 8. n. 1.

*Campanula foliis echii*. BAUH. prodr. p. 36.

Loc. Ad vias sylvarum collium Taurinensium supra s. Mauro. BIENNIS.

DESCR. Radix sordide alba instar Rapunculi duas, aut tres fere horizontales teretes succosas magnas radices demittit parum fibrosas. Biennis est. Caulis erectus simplex bipedalis angulato-striatus viridis, altera parte rubens. Folia radicalia petiolata, petiolo lato, atque longitudine foliorum circiter, elliptica sub acuto fine ad petiolum non emarginata, non cordata, in margine sinuato-crenata, acumine foliorum ad alterum latus parumper inflexo, rugosa mollia subtus non tomentosa. Folia prima caulina adhuc petiolata, sed quae sequuntur sessilia, quinimmo caulem amplexantia. Tota planta rigidis pilis hispida. In axillis foliorum capitulum sessile quatuor bracteis cordatis aristatis exceptum. Capitulum sexflorum. In CAMPANULA glomerata, quae affinis cervicariae est, radix perennis ex summo capite plures majores radices rectas demittit. Foliorum petiola duriora teretia, aut semiteretia supra canaliculata; folia ex cordato-lanceolata firma, subtus tomentosa inaequaliter in ambitu denticulata, dentibus saepe geminatis, summa tantum sessilia. Caules rubentes duri, & lignosi minus angulati, asperiusculi. Villi rigidi in hac nulli sunt. Capitula florum in supremis tantum alis, eaque remotiora.

413. CAMPANULA petraea.

*Campanula caule angulato simplici, floribus sessilibus capitato-glomeratis, foliis subtus tomentosis*. LINN. spec. p. 236.

*Campanula alpina sphaerocephalos*. BAUH. pin. p. 94. TOURN. inst. p. 110.

*Trachelium majus petraeum Poniae*. Bald. in fol. 333. BAUH. hist. II. 801.

Loc. In alpebus di Casotto. PERENNIS.

414. CAMPANULA spicata. tab. 46. fig. 2. & tab. 47. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 63.

*Campanula hispida, spica laxa, floribus alternis, foliis linearibus integerrimis*. LINN. syst. 12. p. 160.

*Campanula caule simplici aspero, foliis linearibus, floribus laxis longissime spicatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 687.

*Campanula hirsuto folio laeviter serrato, floribus parvis spicatis*. PLUK. alm. 76. tab. 153. f. 3.

*Campanula alpina altissima hirsuta parvo flore*. TOURN. inst. p. 109.

*Trachelium altissimum foliis asperis, floribus parvis*. BAUH. hist. II. p. 801.

*Campanula Echii folio angustissimo, floribus oblongis in spicam longissimam digestis*. MICH. apud TILLI.

Loc. Frequens in aridis apricis saxosis montanis, & subalpinis. Inter Pinerolium, & la Perosa, & in universa valle Fenestrellarum frequentissima. BIENNIS.

DESCR. Variam faciem exhibet haec planta locis siccissimis apricis ad radices alpium positis. Folia praebet asperiora linearia, margine crispo, & undulato, atque flores in longissimam, & densissimam continuam spicam digestos, quemadmodum repraesentat tab. 46. fig. 2. In agro Nicaeensi eadem planta folia habet elliptica margine non crispo, & flores utique spicatos, sed interruptos, ut videre est in Icone tab. 47. Solet autem frequentius planta haec folia linearia



habere, & flores licet spicatos, interruptos tamen, & in capitula lateralia congestos, ut exhibentur a Joanne BAUHINO.

## 415. CAMPANULA thyrsoides.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 67.

*Campanula foliis lingulatis asperis, floribus hirsutis densissime spicatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 688.

*Campanula caule tereti simplici, foliis sessilibus lanceolatis hispidis, floribus sessilibus lanuginosis subjecto folio brevioribus.* SCOP. Fl. Carn. p. 260.

*Campanula hispida, racemo ovato oblongo terminali, caule simplicissimo, foliis lanceolato-linearibus.* LINN. spec. p. 235.

JACQ. h. p. 211. obs. 1. p. 33. tab. 21. Fl. Austr. tab. 411.

*Campanula floribus lanuginosis in densissimam spicam conicam congestis.* HALL. Helv. p. 493., Emend. 1. 158.

*Campanula alpina echiioides pyramidata.* TOURN. inst. 109.

*Campanula foliis Echii.* BAUH. pin. 94.

*Alopecurus alpinus quibusdam, Echium montanum Dalechampii.* BAUH. hist. II. p. 809.

Loc. Joannes BAUHINUS in altissimis Sabaudiae montibus. Laurentius TERRANEUS in alpebus Maurianensibus. Abunde oritur in pratis Pralugnan, atque monte Jseram. Copiose provenire observavi in edito monte la Tournette prope Annecy.

Ignatius MOLINERI in summo jugo Bardonnache. BIENNIS.

## 416. CAMPANULA medium.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 58.

*Campanula capsulis quinque locularibus obtectis, caule indiviso erecto folioso, floribus erectis.* LINN. syst. 12. p. 161.

*Campanula hortensis folio, & flore oblongo.* BAUH. pin. 94. GARID. tab. 20.

*Viola mariana.* DOD. pempt. 163.

*Campanula grandiflora.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 334.

Loc. In sylvis apricis, & locis incultis agri Nicaeensis; neque desideratur in aridis collium Montisferrati, & Liguria. BIENNIS.

## 417. CAMPANULA barbata.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 64. 66.

*Campanula foliis fere integris longe lingulatis hispidis, floribus nutantibus in fauce lanuginosis.* HALL. Helv. 493.

*Campanula capsulis quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo unifolio, foliis lanceolatis, corollis barbatis.* LINN. spec. p. 236.

*Campanula caule simplici, foliis lingulatis asperis, petiolis unifloris, floribus hirsutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 644.

*Campanula capsulis quinquelocularibus obtusis, caule simplicissimo subunifolio, foliis oblongo-lanceolatis, corollis intus barbatis.* JACQ. obs. bot. 1. p. 14. tab. 37.

*Campanula foliis Echii, floribus villosis.* BAUH. prodr. 36. tab. 36.

*Campanula foliis Anchusae, floribus oblongis.* BAUH. pin. 94.

*Campanula alpina asperior foliis Echii, flore magno villoso.* PLUK. p. 76. tab. 153. f. 6.

Loc. Abunde in pratis alpinis. Album florem exhibet in monte Cenisio. BIENNIS.

## 418. CAMPANULA alpestris. tab. 6. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 2. fig. 2.

*Campanula foliis hispidis, caule unifloro.* HALL. Helv. 493. SPEC. PEDEM. p. 36. tab. 6. f. 3. MISC. TAUR. tom. 5. p. 63.

*Campanula saxatilis Echii folio magno flore.* TOURN. inst. 110.

*Campanula (trilocularis) capsulis trilocularibus obtectis, caule simplicissimo unifloro, foliis lanceolatis integerrimis acutis, corolla barbata.* TURR. Flor. ital. prodr. p. 64. n. 10.

Loc. Haec incolit alpium editissima inter diffractos lapides. Hujus quoque varietas flore albo in monte Cenisio non infrequens est. PERENNIS.

OBS. Omnino persuadeor speciem esse a CAMPANULA barbata diversam. Hujusce varietatem unifloram, quae rara omnino est, reperi in monte Cenisio, sed foliis



non acutis omnino differt; CAMPANULA autem *alpestris* nunquam multiflora occurrit, reliqua discrimina videantur loco citato SPEC. PEDEM.

## 419. CAMPANULA sibirica.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 98.

*Campanula capsulis trilocularibus obtectis, caule paniculato.* LINN. spec. p. 236.

JACQ. Flor. Austr. tab. 200.

*Campanula capsulis trilocularibus, calycis ciliati sinibus reflexistectis, foliis crispis, ramis multifloris.* GMEL. Sibir. p. 154. tab. 29.

*Campanula hirsuta ocymi folio, caulem ambiente, flore pendulo.* BOCC. Sic. 83. tab. 45.

Loc. In declivibus apricis prope S. Rafaele, & inter Gassino, & Castione loco dicto Ridoira. In valle autem Segusii inter Bussolinum, & Segusium frequentissima est. In montibus di Borgomasino Cl. BELLARDI. BIENNIS.

## 420. CAMPANULA speculum.

ICON. TAUR Vol. II. tab. 71.

*Campanula caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, floribus solitariis, capsulis prismaticis.* LINN. syst. 12. p. 161.

*Campanula caule procumbente, fructibus prismaticis, floribus rotatis longissime petiolatis solitariis.* HALL. hist. tom. 1. n. 703.

*Campanula caule angulato ramoso, calycibus corolla longioribus, capsulis prismaticis.* SCOP. Flor. Carn. p. 263. n. 9., ed. 2. n. 237.

*Campanula arvensis erecta.* TOURN. inst. 112.

*Onobrychis arvensis, seu Campanula arvensis erecta.* BAUH. pin. 215.

*Campanula arvensis minima.* DOD. pempt. 168.

Loc. Abunde inter segetes. ANNUA.

## 421. CAMPANULA hybrida.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 9.

*Campanula caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corolla longioribus, capsulis prismaticis.* LINN. spec. p. 239.

*Campanula caule erecto, fructibus prismaticis, floribus rotatis sessilibus congestis.* HALL. hist. tom. 1. n. 704.

Loc. Circa Segusium inter segetes. ANNUA.

## 422. CAMPANULA elatines tab. 7. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 83.

*Campanula foliis cordatis dentatis pubescentibus petiolatis, caulibus prostratis, pedunculis capillaribus multifloris.* LINN. spec. p. 240.

Loc. Abunde ad rupes primorum montium, qui sunt ad radices alpium *Valdensium*, uti etiam di Lanzo, & di Viù, locis umbrosis, neque sole percussis. PERENNIS.

DESCR. Prodeunt ex una radice rupium fissuras subeunte cauliculi plures procumbentes rotundi, qui solent plerumque simplices esse. Folia alterna petiolata, petiolo in primis folii longitudinem superante, in sequentibus successive breviora, cordata acuminata, coloris subcinerei, sed subtus evidentius pallentia; ex singulis alis foliorum racemus florum folia superans tres, aut quatuor flores praebens, interdum in inferioribus ramosus, plerumque simplex. Flores purpurei semi-quinquefidi, segmentis lanceolatis revolutis. Calyx semiquinquefidus patens, segmentis non appendiculatis. Extremus flos nullam bracteam habere solet, sed inferiores bractea, sive foliolo lineari brevi instructi sunt. Caulem racemus axillaris similis terminat. Tota planta molli hirsutiae pubescit, & tenera est, atque copiosissimum lac fundit. Fructus est capsula de more gentis brevis, & calyce contenta.

## 423. CAMPANULA erinus.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 94.

*Campanula caule dichotomo foliis sessilibus, superioribus oppositis tridentatis.* LINN. syst. 12. p. 162.



*Campanula minor annua foliis incisis*. MORIS. ox. 2. 458.

*Rapunculus minor foliis incisis*. BAUH. pin. 92.

*Erinus*. COL. phitob. 31.

Loc. Agri *Nicaeensis* indigena. ANNUA.

PHYTEUMA. LINN. gen. n. 203., syst. n. 219. TOURN. tab. 38.

Calyx ovarium arcte cingens, segmentis acutis. Corolla tubuloso-corniculata, laciniis quinque basi coalitis in speciem tubi, limbo primum in cornu coalito, postea fisso, & reflexo: stamina filamenta tenuia ex unguibus triangularibus elasticis orta. Stigma bifidum, vel trifidum. Capsula bi, aut trilocularis. Semina exigua. Flores in capitulum, aut spicam collecti.

424. PHYTEUMA pauciflora.

*Phyteuma capitulo subfolioso, foliis omnibus lanceolatis*. LINN. spec. p. 241.

*Rapunculus foliis ovatis obtuse dentatis, bracteis maximis*. HALL. hist. tom. 1. n. 680.

*Rapunculus alpinus parvus comosus*. BAUH. hist. II. p. 811.

Loc. In summis extremis alpinis, quae montibus *le Vallon*, & monte *Cenisio* intercipiuntur frequens admodum. In monte *le Vallon* dicto decerpit *Felix VALLE*.

In alpinis etiam *Viucensibus* frequens. PERENNE.

OBS. Foliorum finis omnino ovatus, aut obtusus, neutiquam lanceolatus.

425. PHYTEUMA hemisphaerica.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 78. f. 4. 5. 6.

*Phyteuma capitulo subrotundo, foliis linearibus integerrimis*. LINN. spec. p. 241.

*Rapunculus foliis linearibus, bracteis ovato-lanceolatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 679.

*Rapunculus hemisphaericus*. LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 331.

*Rapunculus folio gramineo*. TOURN. inst. 113.

*Rapunculus umbellatus folio gramineo*. BAUH. pin. 92.

*Rapontium alterum angustifolium alpinum*. COL. ecphr. 2. p. 23.

Loc. Abunde in editis gramineis pascuis alpium. PERENNE.

426. PHYTEUMA orbicularis.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 73. & Vol. VII. tab. 78. f. 1. 2. 3.

*Phyteuma capitulo subrotundo, foliis serratis radicalibus cordatis*. LINN. spec. p. 242.

*Rapunculus foliis imis longe cordatis, caulinis sessilibus acutis, bracteis ovato-lanceolatis*.

HALL. hist. tom. 1. n. 681.

JACQ. Fl. Austr. tab. 437.

*Rapunculus orbicularis*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 239. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 330.

*Rapunculus folio oblongo, spica orbiculari*. BAUH. pin. 92.

*Rhapontium montanum rarius corniculatum*. COL. ecphr. 2. p. 203.

Loc. Copiose oritur in pratis alpinis. Eadem stirps in monte *Cenisio* vix digitalis aliam plantam exhibet foliis, & capitulis amplioribus donata. PERENNE.

427. PHYTEUMA Michellii. N. tab. 7. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 103. fig. 3.

*Phyteuma spica oblonga, foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis*.

*Rapunculus alpinus caeruleus, angusto raro, & subinde dentato folio MICHELLII Hort.*

*Pis. & Florent. p. 80. & Ferdinandi BASSII Comment. Bonon. tab. 4. p. 289. tab. 1. fig. 2.*

Loc. Abunde in pratis montis *Cenisii* loco dicto *la Manetta*. PERENNIS.

DESCR. Radix tuberosa, & nodosa. Caulis rotundus striatus cubitalis. Folia sessilia amplam basim habentia, ut caulem videantur amplecti, glabra ad originem pilis ciliata, omnia longissime lanceolata, angustissimo fine, in ambitu raris, & exiguis denticulis notata: spica primum oboesa, dein gracilis, biuncialis.

OBS. Hanc eandem stirpem in alpinis *Hetruriae* collectam benevole communicavit amicissimus Vir *Ferdinandus BASSIUS*, ita ut minime dubitem hanc omnino esse MICHELLII stirpem.



428. PHYTEUMA Scheuchzeri. *tab. 39. fig. 2.*  
*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 103. fig. 2.*  
*Rapunculus foliis imis longe petiolatis, caulinis linearibus integris, bracteis linearibus duabus, imis longissimis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 682.* MISC. TAUR. *tom. 5. p. 63.*  
*Rapunculus alpinus petraeus caeruleus, foliis flori substratis longis angustioribus.* SCHEUCHZ. *it. 6. p. 460.*  
*Loc.* Abunde circa Sanctuarium *B. M. Virginis d' Oropa*, atque ad rupes umbras circa *Eporediam*, & *Giaveno*. PERENNE.  
*Obs.* Conferatur descriptio, quam dedit *Celeberrimus HALLERUS* in historia plantarum. Confundi non debet cum RAPUNCULO MICHELII, quem *TILLIUS* commemorat, diximusque PHYTEUMA *Michelii*, a quo differt foliis non linearibus, sed longissime ellipticis, atque longe petiolatis, spica subrotunda, aut ovata, foliis caulinis ad usque summum caulem pertingentibus, & duobus foliis inaequalibus longissimis capitulo subjectis.
429. PHYTEUMA spicata.  
*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 72.*  
*Phyteuma spica longa, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis.* LINN. *spec. p. 242.*  
*Rapunculus foliis radicalibus cordatis, tubis bicornibus revolutis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 684.*  
*Rapunculus spicatus.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 238.*  
*Rapunculus spicatus.* BAUH. *pin. 92.*  
*Rapunculus spicatus, seu comosus albus, & caeruleus.* BAUH. *hist. II. p. 809.*  
*Rapunculus spicatus.* TOURN. 113. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 330.*  
*OFF.* *Rapunculus spicatus.*  
*Loc.* In sylvis umbrosis collium *Taurinensium* non infrequenter occurrit. In pascuis autem alpinis, & subalpinis vulgatissimum. PERENNE.
430. PHYTEUMA Hallerii.  
*Rapunculus foliis radicalibus cordiformibus acute incis, tubis longissimis hirsutis emarginatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 683.*  
*Rapunculus foliis plerisque cordatis, spica ovata obaesa.* HALL. *Hel. 499.*  
*Rapunculus spicatus flore purpureo-caeruleo.* SCHEUCHZ. *it. p. 518.*  
*Loc.* *Felix VALLE* observavit in fertilissimis pratis *l' Echallier* supra montem *Frais-sen*. Legi uberrime circa thermas *Vinadii*, & *Valderii* in pratis umbrosis; similibusque locis in alpinis *Monregalensibus*, & *Valdensibus* adinvenitur; uti etiam in monte *Cenisio*. PERENNE.

JASIONE. LINN. *gen. n. 896., syst. n. 1005.*

Calyx communis decaphyllus foliolis alternis inferioribus persistens. Calyx proprius quinque-dentatus ovario insidens persistens. Corollae lacinae lanceolatae erectae. Antherae basi connexae. Stigma bifidum. Capsula subrotunda calyce proprio coronata, 2. vel 3-locularis. Semina parva.

431. JASIONE montana. LINN. *spec. p. 1317.*  
*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 74.*  
*Rapunculus foliis linearibus subasperis, spica planiuscula, petalis liberis.* HALL. *hist. 1. n. 678.*  
*Rapunculus scabiosae capitulo caeruleo.* BAUH. *pin. 92.*  
*Scabiosa globularis, quam ovinam nominant.* BAUH. *hist. III. p. 72.*  
*Rhapontium alterum leptophyllum capitatum.* COL. *ecphr. 1. p. 226. & 227.*  
*Jasione undulata.* LAM. *Flor. Franc., tom. 2. p. 3.*  
*Loc.* Oritur locis siccis ad vias in collinis, & secus arva, & semitas in subalpinis.  
 ANNUA.



AZALEA, LINN. *gen. n.* 195., *syst. n.* 211.

Calyx campaniformis quinquefidus repandus. Stamina libera receptaculo inserta.  
Tuba simplex. Capsula subrotunda quinquelocularis, 5-valvis polysperma.

432. AZALEA procumbens.

*Azalea caule procumbente, foliis ovatis, margine introverso.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 666.

*Azalea ramis diffuso procumbentibus.* LINN. *spec. p.* 215.

*Chamoerodendros alpina serpillifolia.* TOURN. *inst.* 604.

*Chamoerodendros supina ferruginea Thymi folio alpina.* BOCC. *mus. p.* 64. *tab.* 53.

*Chamoecistus serpillifolio, floribus carneis.* BAUH. *pin.* 466.

*Loc.* Abunde in saxosis pascuis sterilibus summarum alpium. PERENNIS.

## C. HEXASTEMONES.

COLCHICUM, LINN. *gen. n.* 415., *syst. n.* 452. TOURN. *tab.* 181. 182.

Corolla sexfida segmentis aequalibus erectis, tubo longissimo radicali.  
Capsula trilocularis, polysperma,

433. COLCHICUM autumnale.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab.* 8.

*Colchicum flore folium praecedente, petalis ovatis.* HALL. *hist. tom. 2. n.* 1255.

*Colchicum foliis planis lanceolatis erectis.* LINN. *spec. p.* 485.

*Colchicum commune.* BAUH. *pin.* 67.

*Colchicum, seu strangulatorium ephemerum.* LOB. *ic.* 143.

*Colchico.* MATTH.

*VERN.* Fraidolina.

*Loc.* Ubique in pratis mense Septembris floret, advenientis hyemis praenuntium.

PERENNE.

*VIR.* Venenata acris stirps vi strangulatoria fauces constringit, & ventriculi, & intestinorum inflammationem producit, sed, qui venena in medicamenta convertit, Cl. STORCK in Medicorum usum protulit *Oxymel COLCHICUM*, quod paratur uncia una radicis COLCHICI in aceti libra una digestae cum dupla mellis quantitate, & in syrapi speciem redactae. Nullum ab hujusce remedii usu damnum, magnam autem utilitatem in hydropo urinam ciendo, atque in morbis pectoris chronicis mucum demum solvendo ab eodem haberi affirmavit. Dedit initio drachmam unam, sensim aucta dosi ad unciam semissem. Summa dosis ei extitit uncia una, & semis in gravi urgente morbo. Haec autem dosis, si non proficiat, nihil amplius ab hoc remedio sperandum esse monet. Licet nolim omnem negare fidem STORCKII experimentis, SCILLÆ usum tutiorem, atque efficaciorē esse propria experientia innixus affirmo.

434. COLCHICUM montanum. *tab.* 74. *fig.* 2.

*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab.* 80.

*Colchicum flore cum foliis conjuncto petalis linearibus.* HALL. *hist. tom. 2. n.* 1256.

*Colchicum foliis linearibus patentissimis.* LINN. *spec. p.* 485.

*Loc.* Ignatius MOLINERI legit in pratis macilentis montanis non tamen editioribus circa Modane, Sospello, & Fenestrelle. Floret Julio. PERENNE.

*DESCR.* Pluribus notis differt a COLCHICO *autumnali*. Aestivis quidem mensibus, non autumno floret. Radix globosa est, tunicata, & vaginantia folia una cum flore erumpunt. Eadem primum latiuscula, ovata, deinde fere linearia viridia, & flore paullo breviora una cum ipso flore existentia. Segmenta floris lanceolata lineata violacea. Stamina segmentis dimidio breviora. Tuba profundissime trifida. Altitudo totius plantae paullo ultra digitum.



AGAVE. LINN. *gen. n.* 390., *syst. n.* 427.

Corolla epicarpia sexfida. Stamina corolla longiora. Capsula trilocularis trivalvis polysperma.

435. **AGAVE** americana.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 119. & Vol. XVII. tab. 61.

*Agave foliis dentato-spinosis, scapo ramoso.* LINN. *spec.* p. 461.

*Agave scapo arboreo ramoso.* HALL. *hist. tom. 2. n.* 1249.

*Aloe folio in oblongum mucronem abeunte.* BAUH. *pin.* 286. TOURN. *inst.* 366.

*Aloe americana muricata.* BAUH. *hist.* 701.

Loc. Ad rupes in agro Nicaeensi inter Villafranca, & Monaco. PERENNIS.

HYACINTHUS. LINN. *gen. n.* 385., *syst. n.* 423. TOURN. *tab.* 180.

Corolla hypocarpia, limbo sexfido; pori tres melliferi in apice germinis. Stigma obtusum. Capsula trilocularis.

436. **HYACINTHUS** non scriptus.

*Hyacinthus corollis campanulatis sex-partitis apice revolutis.* LINN. *spec.* p. 453. DE-NEKER. *Delic. sylv. tom. 1. p.* 167.

*Hyacinthus floribus basi globosis, tubo cylindrico, apice sexpartito.* HALL. *hist. tom. 2. n.* 1248.

*Hyacinthus non scriptus.* DOD. *Cer. p.* 172.

*Hyacinthus oblongo flore caeruleus major.* BAUH. *pin.* 43.

Loc. In sylvis collium Taurinensium rarius occurrit. PERENNIS.

437. **HYACINTHUS** serotinus.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 8.

*Hyacinthus petalis exterioribus subdistinctis, interioribus coadunatis.* LINN. *syst.* 12. p. 247.

*Hyacinthus obsoleto flore.* BAUH. *pin.* 44.

Loc. Ex Liguria collibus maritimis retulit Petrus MOLINERI. PERENNIS

438. **HYACINTHUS** comosus.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 120.

*Hyacinthus corollis angulato-cylindricis, summis sterilibus longius pedicellatis.* LINN. *spec.* p. 455.

*Hyacinthus spica longissima, floribus superioribus sterilibus erectis, inferioribus secundis patulis.* HALL. *hist. tom. 2. n.* 1247.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 126.

*Muscari arvense latifolium purpurascens.* TOURN. *inst.* 347.

*Hyacinthus comosus major purpureus.* BAUH. *pin.* 42.

*Hyacinthus maximus botryoides coma caerulea.* BAUH. *hist. II. p.* 574.

Jacinto. MATTH.

Loc. Abunde in arvis. PERENNIS.

439. **HYACINTHUS** botryoides.

*Hyacinthus corollis globosis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis strictis.* LINN. *spec.* p. 455.

*Hyacinthus foliis gramineis, spica ovata, floribus globosis secundis.* HALL. *hist. tom. 2. n.* 1246.

*Muscari arvense juncifolium caeruleum minus.* TOURN. *inst.* 348.

*Hyacinthus racemosus caeruleus minor junci-folius.* BAUH. *pin.* 43.

*Hyacinthus botryoides vulgaris.* LOB. *ic. p.* 107. *purpureus vulgaris.* CLUS. *hist.* 181.

VERN. Pan d' l' coucou.

Loc. Vulgaris in collinis ad vias, sepes, & in vineis. PERENNIS.



## D. OCTOSTEMONES.

ERICA. LINN. *gen. n.* 435., *syst. n.* 479. TOURN. *tab.* 273.

Calyx quadrifidus. Corolla tubulosa quadrifida. Capsula quadrilocularis quadrivalvis polysperma.

## 440. ERICA vulgaris.

*Erica antheris bicornibus inclusis, corollis inaequalibus campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis.* LINN. *spec.* p. 501.

*Erica foliis imis adpressis simplicibus, floralibus calcaratis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 1012.

*Erica foliis imbricatis.* HALL. *Gott.* 164. *Helv.* 419.

*Ericoides foliis quadrifariam imbricatis glabris.* BOHEM. *Lips.* p. 30. n. 65.

*Erica vulgaris glabra.* BAUH. *pin.* 485.

*Erica vulgaris humilis sempervirens, flore rubro.* BAUH. *hist. I.* p. 354.

*Erica prior.* DOD. *Pempt.* p. 767.

*Erica prima.* MATTH.

VERN. Brù.

Loc. In sterilibus sylvarum apricis ubique, seu in collinis, seu in agro Pedemontano. Rustici utuntur, ut Bombices fulciant. PERENNIS.

## 441. ERICA cinerea.

*Erica antheris cristatis, styloque inclusis, corollis ovatis, foliis ternis, floribus glomeratis.* LINN. *mant.* p. 372.

*Erica humilis, cortice cinereo, arbuti flore.* BAUH. *pin.* 486.

*Erica coris folio 6.* CLUS. *hist. 1.* p. 47.

Loc. Petrus MOLINERI retulit ex montibus *Uneliae*. PERENNIS.

## 442. ERICA scoparia.

*Erica antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus, foliis ternis patentibus, ramis albis.* LINN. *spec.* p. 502.

*Erica major scoparia foliis deciduis.* BAUH. *pin.* 485.

*Erica scoparia, flosculis herbaceis.* LOB. *ic. 2.* p. 215.

*Erica IV.* CLUS. *Hisp.* 113.

Loc. TERRANEUS circa *Albenga*. Cl. BELLARDI in montibus *di Castion* in Comitatu *Nicaeensi*. PERENNIS.

## 443. ERICA arborea.

*Erica antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus, foliis quaternis patentissimis, caule subarboreo tomentoso.* LINN. *spec.* p. 502.

*Erica ramis erectis tomentosis, foliis perangustis erectis confertis flores superantibus.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 1014.

*Erica maxima alba.* BAUH. *pin.* 485.

Loc. In collibus maritimis *Liguriae*, ut circa *Tagia*. FRUTEX.

## 444. ERICA herbacea.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 88.

*Erica foliis patentibus quaternis acutis caducis, corollis calyce longioribus, antheris eminentibus.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 1013.

*Erica (herbacea) antheris bifidis inclusis, corollis campanulatis, mediocribus secundis, foliis ternis triquetris patulis.* LINN. *syst. 12.* p. 270.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 32.

*Erica carnea.* LINN. *syst. 12.* p. 270. *Mant.* p. 373.

*Erica procumbens ternis foliis carnea.* BAUH. *pin.* p. 486. TOURN. *inst.* p. 603.

*Symphytum petraeum.* LOB. *adv.* p. 198.



*Erica parva pannonica foliis corios ternis, flore carneo, capitulis thymi.* BAUH. hist. I. 358.

*Erica coris folio IX.* CLUS. hist. 44.

*Erica procumbens herbacea.* TOURN. inst.

Loc. In subalpinis sterilibus supra *Tenda*; frequens etiam in valle *Macrae*, In *Sabaudiae* montanis abunde, ubi observavit LOBELIUS. FRUTEX.

## E. DECASTEMONES.

RHODODENDRUM, LINN. gen. n. 484., syst. n. 539. TOURN. tab. 373.

Calyx quinquepartitus. Corolla infundibuliformis quinquefida. Stylus unus.  
Capsula quinquelocularis quinquevalvis polysperma.

### 445. RHODODENDRUM ferrugineum.

Icon. TAUR. Vol. VIII. tab. 13. & Vol. X. tab. 41.

*Rhododendrum foliis ellipticis glabris, subtus rubiginosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 1015.

*Rhododendrum foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformibus.* LINN. spec. p. 562. JACQ. obs. part. 1. & 16. p. 26.

JACQ. Fl. Austr. tab. 251.

*Ledum foliis glabris, flore tubuloso.* HALL. Helv. p. 417.

*Ledum alpinum foliis ferrea rubigine nigricantibus.* BAUH. pin. 468. RAJ. hist. 105.

*Chamoerodendros alpina glabra.* TOURN. inst. 604.

*Chamoerodendros montana Allobrogum lentiscifolia, chamaeleae folia, vel oleastrifolia minus odora.* LOB. ic. 366.

*Nerium alpinum quibusdam, aliis ledum glabrum.* BAUH. hist. II. 21.

Loc. Nihil frequentius in montibus, & alpibus, FRUTEX.

VIR. Infusum gallarum, quas RHODODENDRUM praebet, in oleo factum apud Alpicolas in usu familiari est ad vulnera consolidanda, & dolores partium leniendos in rheumatismo, & membrorum contracturis, diciturque *olio di marmota*.

COTYLEDON. LINN. gen. n. 512., syst. n. 574. TOURN. tab. 15.

Calyx quinquefidus. Corolla campaniformis, limbo quadri, vel quinquefido.  
Squamae nectariferae quinque ad basim germinis. Capsulae quinque.

### 446. COTYLEDON umbilicus Veneris.

*Cotyledon foliis cucullato-peltatis serrato-dentatis, caule ramoso, floribus erectis.* LINN. spec. p. 615.

*Cotyledon major.* BAUH. pin. 285.

*Cotyledon umbilicata.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 59.

*Ombilico di Venere.* MATTH.

OFF. Umbilicus Veneris.

Loc. In *Liguria*, & Comitatu *Nicaeensi* ad muros, & rupes. TERRANEUS in maceris *Ligurum* frequentem esse adnotavit. Ego etiam circa *Pinerolium* vidi. PERENNIS.



## VI. FRUCTU PULPOSO

## A. DISTEMONES.

JASMINUM. LINN. *gen. n.* 17., *syst. n.* 17. TOURN. *tab.* 368.

Calyx tubulosus quinqueidentatus. Corolla infundibuliformis tubulosa quinquefida.  
Bacca bilocularis disperma.

## 447. JASMINUM fruticans.

*Jasminum foliis alternis ternatis, simplicibusque, ramis angulatis.* LINN. *spec. p.* 9.

*Jasminum luteum vulgo dictum bacciferum.* BAUH. *pin.* 398.

*Trifolium fruticans.* DOD. *pempt.* 571.

*Loc.* Ad sepes in agro *Nicaeensi.* FRUTEX.

## 448. JASMINUM officinale.

*Jasminum foliis oppositis pinnatis, foliolis distinctis.* LINN. *syst.* 12. *p.* 55.

*Jasminum foliis oppositis pinnatis.* HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 529.

*Jasminum vulgatus flore albo.* BAUH. *pin.* 398.

*Jasminum flore candido odorato.* LOB. *ic.* 106.

*Loc.* Frequens in agro *Nicaeensi.* Videtur exoticæ originis fuisse. FRUTEX.

OLEA. LINN. *gen. n.* 20., *syst. n.* 20. TOURN. *tab.* 370.

Calyx tubulosus quadridentatus deciduus. Corollæ tubus brevis, limbus quadrifidus.  
Stylus bifidus. Drupa ossiculum monospermum continens.

## 449. OLEA europaea.

*ICON. TAUR. Vol. VII. tab.* 47.

*Olea foliis lanceolatis.* LINN. *spec. p.* 11.

*Olea foliis lanceolatis, ramis teretiusculis.* Hort. *Cliff.* 4.

*Olea sativa.* BAUH. *pin.* 472.

*Olea.* DOD. *pempt.* 821.

*Olivo.* MATTH.

*Loc.* In *Liguriae* maritimis, atque in Comitatu *Nicaeensi* sponte nascitur, & data opera colitur. ARBOR.

PHILLYREA. LINN. *gen. n.* 19., *syst. n.* 19. TOURN. *tab.* 367.

Calyx quadridentatus. Corolla quadrifida rotata. Bacca monosperma.

## 450. PHILLYREA media.

*Phillyrea foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis.* LINN. *spec. p.* 10.

*Phillyrea ligustrifolio.* BAUH. *pin.* 476.

*Phillyrea III.* CLUS. *hist.* 52.

*Phillyrea.* MATTH.

*OFF.* *Phillyrea vulgaris.*

*Loc.* Locis siccis, & rupestribus agri *Nicaeensis.* FRUTEX.

## 451. PHILLYREA angustifolia.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab.* 53.

*Phillyrea foliis lineari-lanceolatis integerrimis.* LINN. *spec. p.* 10.

*Phillyrea angustifolia prima.* BAUH. *pin.* 476.

*Phillyrea IV. & V.* CLUS. *hist.* 52.

*Loc.* Iisdem crescit locis. FRUTEX.



## 452. PHILLYREA latifolia.

*Icon. TAUR. Vol. XIX. tab. 74.**Phillyrea foliis ovato-cordatis serratis. LINN. syst. 12. p. 55.**Phillyrea latifolia spinosa. BAUH. pin. 476.**Phillyrea. CLUS. hist. 51.**Loc. Oritur ad rupes Montalbani in agro Nicaeensi. FRUTEX.**VIR. PHILLYREÆ cum adstrictione abstergunt, & Vincae pervincae proprietates aemulantur, parum tamen in usum veniunt.*LIGUSTRUM. LINN. *gen. n. 18., syst. n. 18. Tourn. tab. 367.*Calyx quadridentatus. Corolla infundibuliformis quadrifida, stylus bifidus.  
Bacca tetrasperma.453. LIGUSTRUM vulgare. LINN. *spec. p. 10.**Icon. TAUR. Vol. I. tab. 2.**Ligustrum germanicum. BAUH. pin. 475.**Ligustro. MATTH.**OFF. Ligustrum.**Loc. Ad sepes frequentissimum. FRUTEX.**VIR. Folia abstergunt, & adstringunt, eorumque infusum, aut decoctio adhibetur ad dentes firmandos, & ulcera oris sananda, ubi maxime tonum fibris addere expediat. Baccae nigrum colorem dant, qui ab acidis mineralibus ruber, ab urina admixta purpurascens, & a vitriolo martis viridis evadit.*

## B. TRISTEMONES.

MOMORDICA. LINN. *gen. n. 967., syst. n. 1090.*Flores sexu in eadem planta distincti. Mari calyx quinquefidus. Corolla sexfida.  
Stamina tria cum antheris quinque. Foeminae calyx idem, corolla quinquefida, Stylus trifidus. Pomum elastice dissiliens.

## 454. MOMORDICA elaterium.

*Icon. TAUR. Vol. VII. tab. 3.**Momordica pomis hispidis, cirrhis nullis. LINN. spec. p. 1434.**Momordica aspera. LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 191.**Cucumis sylvestris asininus dictus. BAUH. pin. 314.**Cucumis sylvestris. CAM. epit. 946.**Cocomero selvatico. MATTH.**OFF. Cucumis sylvestris asininus dictus.**VERN. Sbrinsareuil.**Loc. Provenit in agro Nicaeensi, Liguria calidiori, Monteferrato, atque etiam Comitatu Astensi; incolit autem loca editiora, atque obviam venit locis declivibus circa Castella. Circa Mombello nasci adnotavit ALEXANDER Medicus Vercellensis.**ANNUA.**VIR. Tota planta maxime acris, nauseosa, & amara habet principia, quibus validissime alvum movet, inter fortia hydrotica medicamenta ponenda. Celebre est apud antiquos Elaterium, quod non infrequens medicamentum purgans apud eos constituebat, praesertim in hydrope laudatum. Veteres alia ratione, ac recentiores Elaterium parabant. PHARMACOPAEA TAURINENSIS eos sequitur, qui succum ex fructibus expressum in extracti formam expissando redigunt. Remedium hoc nunc temporis desuevit; ad alvum enim, si expediat in hydrope, ducendam alia tutiora medicamenta suppetunt, quae vires non frangunt, hypercatharsim non afferunt, neque tantam vim ventriculo, ac intestinis inferunt. Prudentiores igitur Medici Elaterio abstinent. Dosis esse potest a gr. duobus ad grana quatuor, vel sex.*



BRYONIA. LINN. *gen. n.* 970., *syst. n.* 1093. TOURN. *tab.* 28.

Flores sexu in eadem, aut etiam in diversa planta distincti. Mari calyx quinquepartitus; corolla quinquepartita, stamina tria cum antheris quinque. Foeminae calyx idem, sed minor, corolla eadem, stigma trifidum. Bacca trilocularis.

455. **BRYONIA** alba.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 30. 31.

*Bryonia foliis palmatis utrinque calloso-scabris.* LINN. *spec. p.* 1438. HALL. *hist. tom.* 1. n. 574.

*Bryonia alba.* DOD. *pempt. p.* 400.

*Bryonia aspera, sive alba, baccis rubris.* BAUH. *pin.* 297.

*Brionia, o sia vite bianca.* MATTH.

OFF. *Bryonia, sive vitis alba.*

VERN. *Coussa salvuja, sive Coussa matta.*

LOC. In dumetis, sylvis, & ad sepes frequentissima. PERENNIS.

VIR. Radix succo redundat acri hydragogo cum torminibus purgationem vehementem producente. Vis autem purgans inest principio resinoso; pars autem gummosa potius urinam movet. Adhibetur in leucophlegmatia, & hydrope, at oportet, ut homo robustus sit, & sana sint viscera; ad eundem etiam usum adhibetur aqua ex vulnifata radice stillans, quae datur drachmae unius, aut alterius pondere. Turiones etiam alvum ducunt, sed paullo mitius. Radix in pulverem trita drachmae unius pondere exhibetur, in infuso autem praescribitur dosi unciae semissis. Radix arida, & vetusta plurimum suarum virium amittit. Extrinsecus adhibita inter resolventia locum habet, & valet ad scrophulas, & tumores duros resolvendos, praesertim cum theribentina subacta. Faecula BRYONIAE, quae est subsidentia ex succo in loco frigido reposito laudata est ad lochia pellenda, sed vires vix ullas habet, neque verè potest lochia retenta promovere.

## C. TETRASTEMONES.

ILEX. LINN. *gen. n.* 158., *syst. n.* 172. TOURN. *tab.* 371.

Calyx quadridentatus. Corolla quadrifida. Stigmata quatuor.  
Bacca tetrasperma.

456. **ILEX** aquifolium.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 87.

*Ilex foliis ovatis acutis spinosis.* LINN. *spec. p.* 181.

*Aquifolium.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 667.

*Aquifolium Ilex.* SCOP. *Flor. Carn. ed.* 2. n. 177.

*Aquifolium, seu agrifolium vulgo.* BAUH. *hist. I. p.* 114. GARID. *Aix p.* 37. MAGNOL. *Bot. monsp.* 6.

*Ilex aculeata baccifera folio sinuato.* BAUH. *pin.* 425.

*Aquifolium spinosum.* LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 652.

*Aquifolio.* MATTH.

OFF. *Agrifolium, s. Aquifolium.*

B. *Agrifolium foliis inferioribus tantum aculeatis.* TILLI *Pis.*

LOC. In montibus circa Eporediam minime rara stirps est. In montibus Sabaudiae, & circa Chambery frequens. Nascitur quoque in montibus Valdensium. Sabaudiae montes inhabitare jam adnotavit Joannes BAUHINUS. In montibus editioribus Comitatus Nicaeensis etiam occurrit. Varietas B. mihi obviam venit in monte S. Michaelis prope Giaveno. ARBOR.

VIR. Lignum durissimum est, & ex interiori cortice optimum viscum paratur. Radici vires tribuuntur resolventes, atque utiles in fotu ad tumores discutiendos. Baccae numero decem vehementer purgant.



UNIFOLIUM. HALL. *hist.* 2. p. 117.

Calyx nullus. Corolla usque ad basim 4-fida, ut tetrapetala videatur.  
Styli duo. Bacca disperma.

457. UNIFOLIUM quadrifidum.

*Unifolium*. HALL. *hist.* tom. 2. n. 1240.

*Convallaria* (bifolia) *foliis cordatis, floribus tetrandris*. LINN. *sys.* 12. p. 247.

*Convallaria foliis cordatis petiolatis, floribus quadrifidis tetrandris*. NEKER tom. 1. p. 164.

*Convallaria caule folioso, corollis rotatis, foliis cordatis alternis petiolatis*. GOU. *hort.* monsp. p. 77. n. 2.

*Convallaria quadrifida*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 269.

*Ophrys unifolia*. BAUH. *hist.* III. 534.

*Lilium convallium minus*. BAUH. *pin.* 304. BARR. *ic.* 1212.

*Smilax unifolia humillima*. TOURN. 654.

Loc. Non infrequens in montanis umbrosis pratis, quae aquis continuo fere alluuntur. PERENNIS.

VITEX. LINN. *gen. n.* 708., *sys.* n. 790. TOURN. *tab.* 373.

Calyx quinquefidus. Corolla ringens bilabiata, labio superiori emarginato, inferiori trifido. Fructus est bacca quadrilocularis, loculis monospermis.

458. VITEX agnus castus.

*Vitex foliis digitatis serratis, spicis verticillatis*. LINN. *spec.* p. 890.

*Vitex foliis angustioribus cannabis modo dispositis*. BAUH. *pin.* 475.

*Vitex verticillata*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 363.

OFF. Agnus castus.

Loc. In collibus maritimis prope Albenga. Cl. BELLARDI inter Menton, & Monaco. PERENNIS.

## D. PENTASTEMONES.

ATROPA. LINN. *gen. n.* 222. *sys.* n. 248. TOURN. *tab.* 13.

Corolla campanulata. Stamina distantia. Bacca bilocularis.

459. ATROPA belladonna.

ICON. TAUR. Vol. II. *tab.* 90.

*Atropa caule herbaceo, foliis ovatis integris*. LINN. *spec.* p. 260.

*Belladonna caule herbaceo brachiato, foliis ovato-lanceolatis integerrimis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 579.

*Atropa foliis geminatis, calycibus monocarpis, caule erecto*. GOU. *h.* 107. n. 3.

*Belladonna trichotoma*. SCOP. *Flor. Carn.* ed. 2. n. 255.

JACQ. *Fl. Austr.* *tab.* 309.

*Belladonna baccifera*. LAM. *Flor. Franc.* tom. 3. p. 255.

*Belladonna majoribus foliis, & floribus*. TOURN. *inst.* 77.

*Solanum lethale*. DOD. *pempt.* 456.

*Solano maggiore, o sia erba belladonna*. MATTH.

OFF. Belladonna.

Loc. In umbrosis circa Lucerame frequens est. Circa S. Damian, in Valle Macrae, & Lot. In valle di Pesio prope Monasterium Carthusianorum Petrus CORNALIA. Supra Envie in umbrosissima valle delle Ulive dicta Cl. DANA. Ignatius MOLINERI in sylvis umbrosis, in confinibus Provinciae Aquensis Genuensi ditioni conterminis, ut supra Mieuje &c. PERENNIS.



*VIR.* Tota planta virulenta, & narcotica est, faucium siccitatem, anxietatem, soporem, furorem, convulsiones, caecitatem, & mortem, incaute adhibita, inferens. Quaedam autem ex his malis, mitiora tamen, & superabilia circumspexit ejusdem usum sequuntur. Speciatim vim irritabilitatis destruit, nervis inimica est, atque in humoribus gangraenosam naturam inducit. Medela posita est in prompto, iteratoque usu emeticorum, atque usu aceti, quae curatio extitit pueris, qui incaute baccas devoraverunt: cum enim cerasa referant, pueri facile decipi possunt. Compertum autem est tres, aut quatuor baccas sine gravi incommodo posse devorari. Syrupus baccarum laudatus fuit propter vires soporiferas, atque profuisse dictus est in dysenteria. Infusum granorum duorum, aut trium foliorum iteratis experimentis magnis laudibus tanquam efficax remedium commendatur in cancro praesertim occulto per aliquod tempus singulis diebus exhibitum. Radix denique cum lacte decocta adhibetur ad duros tumores resolvendos. Ex baccis, foliis, & radice deducta etiam medicina est adversus rabiem caninam, felici, ut ajunt, experimento; sed haec vis novis observationibus confirmari meretur. Folia virulenta vi baccas superant, & utiliter imponuntur duris tumoribus etiam cancerosis resolvendis, intus autem data celebrantur ad scirrhi, & canceri curationem, quam perficere dicuntur non modo scirrhosam congestionem resolvendo, verum etiam cancerosum ulcus sanando. Nullam hac super re confirmantem observationem habeo, cum autem aliis claris viris observantibus res bene non cesserit, ad veri canceri praesertim proxime aperiendi, aut jam aperti curationem hujusce remediij usum suadere non audeam. Quantum enim mihi experientia in propria regione monstravit, extractum *CICUTÆ*, quod certe mitius remedium est, neque periculosum, veri aperti canceri nullam curationem fecit, sed ejusdem progressum acceleravit. Similis effectus eo magis metuendus est ab usu *Belladonnae*, quae longe potentius extimulat vi venenata. Neque facile adduci possum, ut credam, remedio intus dato corrigi posse vitium illud, quod proprie cancerum facit, atque tunc maxime quando humores jam corruptionem subeunt. Foliorum exsiccatorum dosis est scrupuli unius, qui uncias decem aquae infunditur. Hujus infusi unciae duae singulis diebus exhibentur, aucta etiam dosi, si aeger commode ferat sine sopore, & oris siccitate.

460. *ATROPA mandragora.*

*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 94.*

*Atropa a caulis scapis unifloris.* LINN. spec. p. 259.

*Mandragora fructu rotundo.* BAUH. pin. 169.

*Mandragora maschio.* MATTH.

*Loc.* In montibus *Augustae Praetoriae. PERENNIS.*

*VIR.* Tota *Mandragorae* planta virulenta, soporifera est, nervos laedens, atque partium irritabilitatem tollens, furorem etiam excitans. Radix, atque ipsius radicis cortex potissimum in usum medicum venerunt, atque a vetustissimis temporibus iis usi Medici interdum sunt ad dolores potissimum sedandos, sed recentiores non audent intus dare funestis experimentis edocti, quorum quidem sententiam omnino comprobamus. Extus valet *MANDRAGORA* ad glandularum infarctus, & duros tumores efficaciter resolvendos. Hanc utilitatem praebent tum folia, cum radix in emplastri formam cum convenientium rerum additione redacta, sive conterantur, aut decoquantur, sive pulverizata commisceantur.

*SOLANUM.* LINN. gen. n. 224., syst. n. 250. *TOURN. tab. 62.*

Corolla rotata. Antherae conniventes, apice poro gemino dehiscentes. Bacca bilocularis.

461. *SOLANUM dulcamara.*

*ICON. TAUR. Vol. II. tab. 104.*

*Solanum caule inermi fruticoso terete, foliis superioribus hastatis, racemis dichotomis oppositis.* SCOP. Flor. Carn. p. 286. n. 1., ed. 2. n. 227.

*Solanum caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis.* LINN. spec. p. 264.



*Solanum caule flexuoso frutescente, foliis supremis tripartitis, & cordato-lanceolatis*

HALL. hist. tom. 1. n. 575.

*Solanum scandens.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 257.

*Solanum scandens, seu Dulcamara.* BAUH. pin. 167.

*Glycypicros, seu amara dulcis.* BAUH. hist. II. p. 109.

*Dulcamara.* DOD. pempt. 402.

*Vite salvatice.* MATTH.

OFF. Dulcamara.

LOC. Abunde ad fossas, & quandoque ad sepes. PERENNIS.

VIR. Baccae venenatae sunt, neque ad medicinam recipiuntur. Folia contrita, & applicita tumores, atque contusiones resolvunt. Stipites, qui autumnali tempore postquam folia deciderunt, aut verno tempore ante florescentiam sunt colligendi, in taleolas secti unciae semissis pondere in aquae libris duabus ebulliendo ad mediae partis consumptionem decoquuntur. De hujusmodi decocto singulis diebus assumpto, aut solo, aut cum lacte, & diutissime protracto mira praedicantur. Certe vires resolventes, abstergentes, & saponaceas habet, atque diuresim movet; opportunum est in vitiiis cutis, uti impetigine, herpete, scabie, ulceribus tybiiarum, atque difficilibus tumoribus resolvendis. Laudatur in contumacibus vitiiis cutis, quae scorbutica labes sustentat. Proficuum etiam repertum est in phtysi; puto autem tantam utilitatem pertinere non quidem ad veram phtysim, sed ad periculum phtysis, quod interdum affert mucus acris, brunchia praesertim exstimulans, atque ibi haerens; actio nimirum hujusce remedii in ea virtute posita est, qua mucum abstergit, atque materiam haeterogeneam sensim per viam perspirationis, lotiique eliminat. Longo usu profuit in similibus malis ex lue venerea ortis, quae interdum Mercurius ipse non aufert. Licet dosis tradita sit unciae semissis, ea tamen sensim ad unciam unam, & ultra augeri potest.

462. SOLANUM nigrum.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 105.

*Solanum caule inermi herbaceo ancipiti, foliis ovatis angulatis, umbellis solitariis cernuis.*

SCOP. Flor. Carn. p. 287., ed. 2. n. 258.

*Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus.* LINN. syst. 12. p. 173.

*Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 576.

*Solanum foliis dentatis-angulatis, umbellis cymosis frutescentibus pendulis.* NEKER. tom. 1. p. 118.

*Solanum officinarum acinis puniceis rubris luteis.* BAUH. pin. p. 166.

*Solanum hortense.* DOD. pempt. 454.

*Solatro degli Orti.* MATTH.

OFF. Solani hortensis herba.

VERN. Erba morella.

LOC. Ubique locis cultis, & pinguibus ruderatis frequentissima. ANNUA.

VIR. Narcotica, & venenata planta non interno, sed externo usui inservit ad dolores potissimum leniendos, & tumores solvendo. Minime quidem praetermittam etiam a quibusdam intus adhibitum fuisse SOLANUM, ab eoque lotii secretionem promoveri paucorum granorum pondere aquae infuso, sed cum tristes effectus sint hujusce plantae incautum usum subsequuti, eo erit abstinendum pro usu interno, donec accuratae observationes utilitatem, atque modum adhibendi definiant.

PHYSALIS. LINN. gen. n. 223., syst. n. 249. Tourn. tab. 64.

Corolla rotata. Bacca bilocularis intra calycem inflatum clausum.

463. PHYSALIS alkekengi.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 118.

*Physalis foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso.* LINN. spec. p. 262.

*Physalis foliis conjugatis cordatis sinuatis, caule ramoso.* HALL. hist. tom. 1. n. 577.

*Physalis floribus solitariis pedunculatis.* GOU. hort. monsp. 108. n. 2.



*Physalis halicacabum*. SCOP. *Flor. Carn. ed. 2. n. 256.*

*Alkekengi foliis cordatis calyce rubente*. HALL. *Helv. 506.*

*Alkekengi officinarum*. TOURN. *inst. 151.*

*Solanum vesicarium*. BAUH. *pin. 166. DOD. pempt. 454. GARID. tab. 6.*

*Solanum halicacabum vulgare*. BAUH. *hist. III. p. 609.*

*Alkekengi Solanum halicacabum*. LOB. *adv. p. 102.*

*Solatro alicacabo*. MATTH.

OFF. *Alkekengi baccae*.

VERN. *Fiac.*

LOC. Minime rara est ad sepes, & in sylvis, & dumetis umbrosis collinis, & montanis. PERENNIS.

VIR. Suspecta ex affinium indole planta est. Solae baccae diligenter a calyce exemptae, ne amaritiam contrahant, in usum veniunt. Dulces, & subacidae sunt, demulcent, sed urinam movent. Laudantur in dyssuria, & nephritide calculosa, daturque succus expressus unciae unius pondere, aut baccae ipsae ex vino, aut aqua decoquantur a decem ad viginti.

LYCIUM LINN. *gen. n. 232., syst. n. 261. JASMINOIDES MICH. tab. 105. f. 1.*

Calyx quinquedentatus. Corolla infundibuliformis. Stamina non denticulata basi villosa.  
Bacca bilocularis polysperma.

464. LYCIUM europaeum.

*Lycium foliis obliquis, ramulis flexuosis teretibus*. LINN. *mant. p. 47.*

*Jasminoides aculeatum, salicis folio, flore parvo ex albo purpurascente*. MICH. *gen. 224. tab. 105. f. 1.*

*Rhamnus spicis oblongis, flore candicante*. BAUH. *pin. 477.*

LOC. In agro Nicaeensi provenit. FRUTEX.

LONICERA. LINN. *gen. n. 210., syst. n. 232. TOURN. tab. 378. 379.*

Calyx quinquedentatus. Corollae geminae, aut unica 5-6-fida irregularis epicarpia.  
Baccae saepius gemellae polyspermae.

465. LONICERA caprifolium.

*Lonicera floribus verticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connato-perfoliatis*.

LINN. *spec. p. 246.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 357.*

*Periclymenum perfoliatum*. BAUH. *pin. 302. BAUH. hist. II. 104.*

*Caprifolium italicum*. DOD. *pempt. 411. TOURN. inst. p. 608. GARID. tab. 21.*

*Lonicera floribus capitato-verticillatis sessilibus, foliis floralibus subconnatis ovatis*. NEKER. *tom. 1. p. 118.*

*Periclimeno*. MATTH.

OFF. *Caprifolium italicum*.

VERN. *Dent d' veja.*

LOC. Ubique ad sepes, & in sylvis collinis. FRUTEX.

466. LONICERA periclymenum.

ICON. TAUR. *Vol. XXIII. tab. 108.*

*Lonicera capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis*. HALL. *hist. tom. 1. n. 673.*

*Caprifolium germanicum*. DOD. *pempt. 411. TOURN. inst. 608.*

*Periclymenum non perfoliatum germanicum*. BAUH. *pin. 302.*

*Periclymenum non perfoliatum*. BAUH. *hist. II. 104.*

*Periclymenum alterum allobrogum cornui foeminae effigie*. LOB. *adv. p. 280.*

*Caprifolium sylvaticum*. LAM. *Fl. Franc., tom. 3. p. 365.*

*Periclimenum*. MATTH.

OFF. *Caprifolium, s. Matrisylva.*



Loc. Abunde in valle Segusiae, & Augustae Praetoriae. LOBELIUS in Sabaudia.  
FRUTEX.

## 467. LONICERA nigra.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 46.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis ellipticis integerrimis.* LINN. spec. p. 247.

*Caprifolium foliis ovato-lanceolatis, baccis gemellis, calyce quinquefido.* HALL. hist. tom. 1. n. 676.

JACQ. Flor. Austr. tab. 314.

*Chamaecerasus alpina fructu nigro gemino.* BAUH. pin. 451. TOURN. inst. p. 609.

*Periclymenum rectum folio serrato.* BAUH. hist. II. 107.

*Periclymenum rectum.* CLUS. hist. 58.

*Periclymenum alpinum nigrum.* GESN. fasc. 37. tab. 8. f. 48.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis serratis.* ROY. Leyd. p. 238. n. 7.

*Caprifolium roseum.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 368.

Loc. Circa Segusium, & prope Lanebourg. FRUTEX.

## 468. LONICERA xylosteum.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 79.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus.* LINN. spec. p. 248.

*Caprifolium foliis ovatis acuminatis subhirsutis, baccis gemellis.* HALL. hist. tom. 1. n. 677.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis distinctis, floribus bilabiatis, foliis integerrimis.* ROY. Leyd. p. 238. n. 8.

*Chamaecerasus dumetorum fructu gemino rubro.* BAUH. hist. II. 106.

*Xylosteum.* DOD. pempt. 412.

*Caprifolium dumetorum.* LAM. Flor. Franc., tom. 3. p. 367.

Loc. In silvis collinis, & montanis ubique. FRUTEX.

## 469. LONICERA pyrenaica.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 68.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis oblongis glabris.* LINN. spec. p. 248.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis distinctis, floribus infundibuliformibus, ramis divaricatis.* ROY. Lugdb. 238.

*Xylosteum pyrenaicum.* TOURN. inst. p. 609.

*Caprifolium pyrenaicum.* LAM. Flor. Franc., tom. 3. p. 366.

Loc. Pedemontii indigena quoque planta est, sed locus natalis memoria excidit.  
FRUTEX.

## 470. LONICERA alpigena.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 51.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis, foliis ovato-lanceolatis.* LINN. syst. 12. p. 166.

*Caprifolium foliis ovato-lanceolatis, bacca singulari bicolli biflora.* HALL. hist. tom. 1. n. 675.

JACQ. Flor. Austr. tab. 274.

*Chamaecerasus alpina fructu rubro gemino, duobus punctis notato.* BAUH. pin. 451. TOURN. inst. p. 609.

*Chamaecerasus Gesneri, vel Chamaepericlymenon quoddam alpinum.* BAUH. hist. II. 107.

*Chamaecerasus alpigena.* LOB. ic. 173.

Loc. Abunde in umbrosis alpium. FRUTEX.

## 471. LONICERA caerulea.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 52.

*Lonicera pedunculis bifloris bilabiatis, bacca singulari globosa integerrima.* ROY. Lugdb. 239.

*Lonicera pedunculis bifloris, baccis coadunatis globosis, stylis indivisis.* LINN. syst. 12. p. 66.

*Caprifolium foliis ovatis, bacca singulari ovata biflora.* HALL. hist. tom. 1. n. 674.

JACQ. Fl. Austr. app. t. 17.



*Camacerasus montana fructu singulari caeruleo.* BAUH. pin. 451. TOURN. inst. p. 609

*Periclymenum rectum III.* CLUS. hist. 58.

*Periclymenum rectum fructu caeruleo.* BAUH. hist. II. p. 108.

Loc. Haec in alpidibus frequentissima est. FRUTEX.

SAMBUCUS LINN. gen. n. 334., syst. n. 369. TOURN. tab. 376.

Calyx quinquedentatus. Corolla quinquefida rotata concava epicarpia.

Bacca 2. aut 3-sperma.

472. **SAMBUCUS nigra.**

ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 7.

*Sambucus cymis quinque partitis, caule arboreo.* LINN. spec. p. 385.

*Sambucus arborea, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 670.

*Sambucus vulgaris.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 369.

*Sambucus fructu in umbella nigro.* BAUH. pin. 456.

*Sambucus vulgaris.* BAUH. hist. I. p. 544.

*Sambuco montano.* MATTH.

OFF. Sambuci cortex interior, folia, flores, baccae, semen.

VERN. Sambù.

LOC. Nihil ad sepes frequentius. FRUTEX.

VIRT. Planta tota efficax, folia amara, eorumque, si tenella sint, decoctio alvum movet, sed quibusdam vomitum producit. Cortex interior SAMBUCI hydroticum est, & uncia semis succi corticis sufficit, aut unciae duae corticis ex aqua decoctae adhibentur. Gemmarum SAMBUCI in pulverem redactarum drachma semis pro emetico inservit. Turiones ad drachmas duas possunt adhiberi. Folia SAMBUCI resolventia sunt, maxime si una cum *Tanaceto* fermentata fuerint, & utiliter hydropicorum cruribus imponuntur. Agunt resolvendo, & perspirationem augendo. Flores SAMBUCI recentes alvum ducunt. Dosis est manipuli semissis. Exsiccati sudorem pellunt. Aqua stillatitia florum SAMBUCI, aut infusum eorum familiare remedium est in Erysipelate pro fotu; juvat autem principio quodam subanodyno, & resolvente, quod materiae distensionem aliquam promovet. Tuto autem potest hic fatus adhiberi, quum ea, quae simpliciter emolliunt, aut relaxant, multoque magis stimulantia, & corroborantia generatim in hac aegritudine perniciose sint. Extractum fructuum, Rob SAMBUCI nomine notum, attemperans, & blandum saponaceum remedium est in morbis a bile aestum faciente utile; bilem enim castigat, & alvum leniter subducit. Tamquam eximium, & potens diaphoreticum passim adhibetur, sed fateor tantas vires nunquam reperiisse, neque sapor videtur easdem promittere.

473. **SAMBUCUS ebulus.**

ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 8.

*Sambucus cymis trifidis, stipulis foliaceis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 385.

*Sambucus herbacea, floribus umbellatis.* HALL. hist. 1. n. 671.

*Sambucus humilis.* LAM. Flor. Franc., tom. 3. p. 370.

*Sambucus humilis, sive Ebulus.* BAUH. pin. 456.

*Ebulus, sive Sambucus herbacea.* BAUH. hist. I. p. 549.

*Ebulo.* MATTH.

OFF. Ebuli radix, cortex interior, flores, baccae, semina.

VERN. Lebou.

LOC. Ubique ad sepes, fossas, margines agrorum, & ruderata. PERENNIS.

VIR. SAMBUCUS *Ebulus* vehementiora principia habet, quam *SAMBUCUS nigra*, viribus tamen conveniunt. *Ebuli* usum internum Medici reformidant. Folia tumensibus hydropicorum membris utiliter applicantur. Germani Rob baccarum in omni fere morbo chronico feliciter utuntur ad resolvenda obstructa, teste *Praeclarissimo HALLERO Helv.* 466. Rustici, ut tenuium vinorum colorem augeant in melioris, fortiorisque vini argumentum, uvis fermentantibus malitiose adjungunt.



474. **SAMBUCUS** racemosa.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 141.

*Sambucus racemis compositis ovatis, caule arboreo.* LINN. spec. p. 386.

*Sambucus arborea floribus spicatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 672.

*Sambucus racemosa rubra.* BAUH. pin. 456.

*Sambucus montana racemosa.* LOB. ic. p. 163.

Loc. In apricis saxosis summis subalpinis dumetis, & sylvis. ARBOR.

VIBURNUM. LINN. gen. n. 332., syst. n. 367. TOURN. tab. 377.

Calyx quinquedentatus: Corolla quinquefida campanulata. Bacca monosperma.

475. **VIBURNUM** lantana.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 134.

*Viburnum foliis cordatis serratis venosis subtus tomentosis.* LINN. spec. p. 384.

*Viburnum foliis ovatis serratis, subtus tomentosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 669.

JACQ. Flor. Austr. tab. 341.

*Viburnum vulgo.* BAUH. pin. 249.

*Lantana, vulgo Viburnum.* BAUH. hist. I. p. 557.

*Laburnum.* LOB. adv. p. 304.

*Viburno.* MATTH.

Loc. Ad sepes, & in sylvis uberrime. ARBOR.

476. **VIBURNUM** opulus.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 140.

*Viburnum foliis lobatis, petiolis glandulosis.* LINN. spec. p. 384.

*Opulus.* HALL. hist. tom. 1. n. 668.

*Opulus Ruelii.* TOURN. inst. 607.

*Sambucus aquatica flore simplici.* BAUH. pin. 456.

*Sambucus aquatica.* CAM. epit. p. 977. LOB. adv. p. 441. & ic. p. 201. BAUH. hist. I. p. 552.

*Viburnum lobatum.* LAM. Flor. Franc., tom. 3. p. 363.

*Sambuco aquatico.* MATTH.

Loc. In Pedemontio vulgaris ad sepes umbrosas, & in sylvis humidis. In Pedemontii pratensibus udibus, convalliumque marginibus crescere olim observavit LOBELIUS.  
FRUTEX.

477. **VIBURNUM** tinus.

ICON. TAUR. Vol. II. tab. 138.

*Viburnum foliis integerrimis ovatis, ramificationibus venarum subtus villosoglandulosis.*

LINN. spec. p. 383.

*Tinus prior.* CLUS. hist. 1. p. 49.

*Laurus sylvestris corni foeminae, foliis subhirsutis.* BAUH. pin. 461.

*Viburnum lauriforme.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 363.

Loc. In sylvis opacis Nicaeensibus. ARBOR.

## E. HEXASTEMONES.

POLYGONATUM. TOURN. inst. p. 78. tab. 14. CONVALLARIA. LINN. gen. n. 383. syst. n. 421.

Calyx nullus. Corolla limbo sexfido. Bacca trilocularis. Semina a tribus ad sex.

478. **POLYGONATUM** majale.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 127.

*Convallaria (majalis) scapo nudo.* LINN. spec. p. 451.

*Polygonatum scapo diphylo, floribus spicatis nutantibus campaniformibus.* HALL. hist. tom. 2. n. 1241.

*Convallaria scapo nudo, corollis campanulatis.* GOU. hort. 176. n. 1.



*Convallaria acaulis bifolia scapo nudo*. SCOP. *Flor. Carn.* p. 236. n. 1., ed. 2. n. 418.

*Lilium convallium album*. BAUH. *pin.* 304. GARID. *tab.* 61.

*Lilio convallio*. MATTH.

*Loc.* In sylvis ubique, seu in collibus, seu in agro *Pedemontano*. PERENNE.

*VIR.* Ex floribus parata aqua stillatitia cephalica est, quae spiritus excitare, & caput roborare valet. Pulvis florum exsiccatum ad sternutationem movendam naribus suscipitur. Ferunt Auctores celebres baccas siccatas ad epilepsiam curandam valere, atque drachmae semissis pondere imperant. Commendantur etiam pro remedio solvente, abstergente, & antifebrili, sed hae vires nobis incertae, suspectaeque videntur.

479. POLYGONATUM verticillatum.

*Convallaria* (verticillata) foliis verticillatis. LINN. *spec.* p. 451.

*Polygonatum caule simplici erecto, foliis verticillatis ellipticis*. HALL. *hist. tom. 2. n. 1244.*

*Polygonatum angustifolium non ramosum*. BAUH. *pin.* 303.

*Polygonatum alterum*. DOD. *pempt.* 345.

*Polygonatum minus rubiae folio ambitu stellato*. LOB. *adv.* p. 358.

*Loc.* Ad radices montium, & alpium in lapidosis irriguis. PERENNE.

480. POLYGONATUM officinale.

*ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 121. 123.*

*Convallaria* (Polygonatum) foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. LINN. *spec.* p. 451.

*Polygonatum caule simplici anguloso cernuo, foliis ovato-lanceolatis, rigidis, alis unifloris*. HALL. *hist. tom. 2. n. 1242.*

*Convallaria foliis alternis, pedunculis pendulis unifloris*. SAUV. *monsp.* 42.

*Polygonatum floribus ex singularibus pedunculis*. BAUH. *pin.* 3. part. 2. p. 529.

*Convallaria angulosa*. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 268.*

*Poligonato*. MATTH.

*Loc.* Passim in sylvis, & dumetis montanis, & subalpinis. LOBELIUS animadvertit stirpem hanc crescere in sylvis collibus *Ripularum*, & *Taurini*. PERENNE.

*VIRT.* Baccae vomitum movent, atque suspecti usus sunt. Radix mucilaginosam substantiam praebet; contusa, & in emplastri modum applicita dicitur haemorrhoidum dolores lenire. Ad hernias etiam, & contusiones laudatur, sed exsolutum medicamentum est, atque neglectum.

481. POLYGONATUM multiflorum.

*Convallaria* (multiflora) foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. LINN. *spec.* p. 452.

*Polygonatum caule simplici cernuo, foliis ovato-lanceolatis, petiolis multifloris*. HALL. *hist. tom. 2. n. 1243.*

*Convallaria foliis alternis, pedunculis pendulis multifloris*. SAUV. *monsp.* 42.

*Polygonatum latifolium maximum*. BAUH. *pin.* 303.

*Polygonatum latifolium I.* CLUS. *hist.* 1. p. 275.

*Loc.* In sylvis vulgatissima. PERENNIS.

## F. OCTOSTEMONES.

THYMÆLÆA. TOURN. *inst.* 594. *tab.* 366. DAPHNE. LINN. *gen. n.* 436. *syst. n.* 480.

Calyx nullus. Corolla infundibuliformis quadrifida. Fructus monospermus.

482. THYMÆLÆA mezereum.

*ICON. TAUR. Vol. III. tab. 7.*

*Daphne* (Mezereum) floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. LINN. *spec.* p. 509.

*Thymaelaea spica cylindrica superne foliosa*. HALL. *hist. tom. 1. n. 1024.*



*Thymaelaea mezereum*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 462.*

*Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola foemina*. BAUH. *pin. 462.*

*Laureola folio deciduo, sive Mezereon germanicum*. BAUH. *hist. I. p. 566.*

*Chamaedaphne*. LOB. *p. 158.*

*Dafnoide*. MATTH.

OFF. *Laureola foemina, Mezereon, sive Thymaelaea.*

LOC. Ubique in sylvis collinis, & montanis, ejusque meminere Joannes BAUHINUS, & LOBELIUS. FRUTEX.

VIR. Tota planta acerrima, & urens est. Extrinsecus applicita rubefacit, urit, & ulcus excitat. Intus data hypercatarsim, atque tubi intestinalis inflammationem facile infert. Prudentiores Medici hoc medicamento genere pro usu interno abstinent. Legimus apud Anglos adhibitam fuisse ad nodos venereos solvendo radicem hujusce plantae sequenti ratione datam, nimirum unciae tres radices in pulverem redactae decoquantur ad tertiae partis consumptionem leni igne in libris sex aquae communis cum addita in fine ebullitionis uncia semisse *Liquiritiae*. Hujus decoctionis unciae quatuor singulis diebus ter exhibentur. Verum, ut jam monitum est, non auderem adeo periculosum remedium adhibere. Pro setaceo in morbis praesertim oculorum radix inservit; brachio etiam cortex apponitur ad fonticuli speciem excitandam, & sustinendam. Cum *Mezereo* viribus conveniunt & aliae species, quae recensentur.

483. THYMÆLÆA alpina.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 8.

*Daphne (alpina) floribus sessilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtusiusculis subius tomentosus*. LINN. *spec. p. 510.*

*Thymaelaea foliis ellipticis calvescentibus, floribus aggregatis sessilibus hirsutis*. HALL. *hist. tom. 1. n. 1026.*

*Chamaelaea alpina folio inferne incano*. BAUH. *pin. 462.*

*Chamaelaea alpina incana*. LOB. *p. 158.*

LOC. LOBELIUS in alpibus *Allobrogum* vicinis *Lacui Lemano*. In alpibus *Viucensibus* legi. Inter *Ormeam*, & *Garrexium*, supra *Tendam*, & *Limonem* ad rupes *Ignatius MOLINERI*. In montibus *Fenestrellarum* loca incolit rupestria, atque soli exposita. FRUTEX.

484. THYMÆLÆA laureola.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 6.

*Daphne (Laureola) racemis axillaribus quinquefloris, foliis lanceolatis glabris*. LINN. *syst. 12. p. 272.*

*Thymaelaea foliis ellipticis perennantibus, floribus ex alis nutantibus*. HALL. *hist. tom. 1. n. 1025.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 183.*

*Laureola sempervirens, flore viridi, quibusdam Laureola mas*. BAUH. *pin. 462.*

*Laureola sempervirens flore luteo*. BAUH. *hist. II. p. 564.*

*Daphne major*. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 221.*

*Laureola*. DOD. *pemp. 365.*

*Chamedafne*. MATTH.

OFF. *Laureola mas, Laureola daphnoides.*

LOC. In *Sabaudia* Joannes BAUHINUS. *Bartholomaeus CACCIA* in valle *Ulcensi*. In sylvis circa *Annessy* sat frequens. In editioribus sylvis *Taurinensium* etiam occurrit. In sylvis umbrosis non humidis montium Comitatus *Nicaeensis* passim adinvenitur. Similia loca incolit in *Sabaudia*, atque ibi frequentior quam in *Pedemontio*. FRUTEX.

485. THYMÆLÆA sanamunda. N.

*Daphne (Thymaelaea) floribus sessilibus axillaribus, foliis lanceolatis, caulibus simplicissimis*. LINN. *spec. p. 509.*

*Thymaelaea foliis polygalae glabris*. BAUH. *pin. 463.*

*Sanamunda glabra*. BAUH. *hist. I. p. 593.*

LOC. Circa *Nicaeam*. SUFFRUTEX.



486. THYMÆLÆA tarton-raira.

*Daphne* (tarton-raira) floribus sessilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubescentibus nervosis. LINN. spec. p. 510.

*Thymaelaea foliis candicantibus serici instar mollibus.* BAUH. pin. 463. TOURN. inst. 595.

*Tarton-raire gallo-provinciae Massiliensium.* LOB. ic. 371.

*Daphne candicans.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 221.

Loc. Habeo ex agro Nicaeensi missam. SUFFRUTEX.

487. THYMÆLÆA cneorum.

*Thymaelaea foliis glabris linearibus aristatis, floribus sessilibus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 1027.

*Daphne* (cneorum) floribus fasciculatis terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis nudis. LINN. syst. 12. p. 272.

*Thymaelaea cneorum.* SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 464.

JACQ. Flor. Austr. tab. 426.

POLLICH. Palat. n. 380. cum icone.

*Daphne odorata.* LAM. Flor. Franc., tom. 3. p. 222.

*Thymaelaeae affinis facie externa.* BAUH. pin. 463.

Loc. In sylvis apicis collium Canapiciensium, imo etiam in sylvis, quae parum a montibus distant, frequens nascitur. Copiosissime in montibus di S. Michele della Chiusa, Piossasco, e Tenda. Oritur etiam supra la Veneria, in declivibus di S. Pancrazio; collegi etiam in editiore colle Taurinensi Superga dicto. SUFFRUTEX.

488. THYMÆLÆA gnidium.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 9.

*Daphne* (gnidium) panicula terminali, foliis lineari-lanceolatis acuminatis. LINN. spec. p. 511.

*Thymaelaea foliis lini.* TOURN. inst. 594. BAUH. pin. 463.

*Thymaelaea monspeliaca.* BAUH. hist. I. p. 591.

*Thymaelaea.* CLUS. hist. 1. p. 87.

*Daphne paniculata.* LAM. Flor. Franc. tom. 3. p. 222.

Loc. Frequens in Comitatu Nicaeensi. SUFFRUTEX.

DIOSPYROS. LINN. gen. n. 1027., syst. n. 1161. TOURN. tab. 371.

Flores masculi, & hermaphroditi. Flori hermaphrodito calyx quadrifidus; Corolla urceolata quadrifida. Stamina octo. Stylus quadrifidus. Bacca octosperma.  
Masculino Calyx, corolla, stamina prioris.

489. DIOSPYROS lotus.

ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 33.

*Diospyros foliorum paginis discoloribus.* LINN. spec. p. 1510.

*Diospyros foliis utrinque bicoloribus.* ROY. Lugdb. 441.

*Guajacana.* TOURN. inst. p. 600.

*Lotus africana latifolia.* BAUH. pin. 447.

*Diospyros, sive Faba graeca latifolia pseudolotus Matthioli.* LUGD. 349.

Loc. Occurrit in sylvis collium Taurinensium. ARBOR.

VACCINIUM, LINN. gen. n. 434., syst. n. 478. TOURN. tab. 377.

Calyx ovarium comprehendens brevissimus 4-vel 5-fidus. Corolla campanulata 4-vel 5-fida. Antherae dorso aristis duabus instructae. Bacca globosa polysperma.

490. VACCINIUM myrtillus.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 10. f. 1.

*Vaccinium pedunculis unifloris, foliis serratis ovatis deciduis, caule angulato.* LINN. spec. p. 498.

*Vaccinium foliis rugosis ovato-lanceolatis serratis, caule anguloso.* HALL. hist. tom. 1. n. 1020.



*Vitis idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante.* BAUH. pin. 470. TOURN inst. p. 608.  
*Vitis idaea angulosa.* BAUH. hist. I. 520.

Mirtillo. MATTH.

VERN. Ambrune.

Loc. Nihil frequentius locis montanis, & alpinis, atque recte Joannes BAUHINUS in Sabaudicis alpibus, & sylvis locis non infrequentem esse adnotavit. SUFFRUTEX.

VIR. Fructus, sive baccae ab alpicolis comeduntur; valide adstringunt, atque ad alvi fluxum cohibendum inservire possunt. Usus tinctorium eadem baccae praebent, quo lini fila tingi possunt; varius autem color emergit, pro varia aluminis, viridis aeris, gallarum quercus, atque aliarum rerum, ut artis est, additione.

491. VACCINIUM uliginosum.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 10. f. 3.

*Vaccinium pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovalibus obtusis laevibus.* LINN. syst. 12. p. 267.

*Vaccinium pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovatis venosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 1021.

*Vitis idaea foliis subrotundis exalbidis.* SCHEUCHZ. It. 1. p. 52.

*Vitis idaea magna quibusdam, sive myrtillus grandis.* BAUH. hist. I. 518. TOURN. inst. p. 608.

Loc. Incolit alpina frigida, & subhumida loca. Abunde provenit in monte Cenisio, & Pralugnan. SUFFRUTEX.

492. VACCINIUM vitis idaea.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 10. f. 2. & Vol. XV. tab. 61. f. 2.

*Vaccinium racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis subius punctatis.* LINN. spec. p. 500.

*Vaccinium foliis perennibus ovatis, subius punctatis, oris contractis.* HALL. hist. n. 1022.

*Vaccinium florum petiolis racemosis pendulis, foliis integris.* BOHEM. Lips. p. 32. n. 67.

*Vitis idaea foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris.* BAUH. pin. 470. ÆD. dan. tab. 40. TOURN. inst. p. 608.

*Vitis idaea sempervirens fructu rubro.* BAUH. hist. I. p. 522.

*Vaccinium punctatum.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 396.

Loc. Montana potius, quam alpina loca inhabitat. SUFFRUTEX.

VIR. Hujusce etiam VACCINI fructus edules sunt. Grate acidi sitim efficaciter extinguunt, & juvant in morbis biliosis, atque ex aqua cum Saccharo decoquuntur, aut syrupus ex succo expresso paratur. Baccae etiam cum Saccharo conditae frequenter mensis septentrionalium apponuntur. Speciem vini etiam per fermentationem suppeditant. Folia cum vi aliqua abstergente adstringunt, atque vim foliorum Uvae ursi fere aequant.

MOSCHATELLINA. TOURN. inst. 156. ADOXA. LINN. gen. n. 450. syst. n. 496.

Calyx triphyllus. Corolla profunde secta in quatuor, aut quinque lacinias, etiam plures.  
 Stamina ab octo ad decem. Tubae quatuor, aut quinque.  
 Bacca 4. aut 5-locularis. Semina solitaria.

493. MOSCHATELLINA adoxa.

*Adoxa moschatellina.* LINN. spec. pl. p. 527.

*Moschatellina.* HALL. hist. tom. 1. n. 1005.

*Moschatellina foliis fumariae bulbosae.* BAUH. hist. III. p. 2006. TOURN. inst. 156.

*Ranunculus nemorosus Moschatellina dictus.* BAUH. pin. 178.

OFF. Moschatellina, aut Moschatella.

Loc. Vidi in umbrosa sylva ad radices montis Albergian in valle Fenestrellarum. In subhumidis umbrosis supra Quasse, & Mati. Nascitur etiam supra Usselio loco dicto la Marciosa. PERENNIS.



## G. DECASTEMONES.

ARBUTUS. LINN. *gen. n.* 488., *syst. n.* 543. TOURN. *tab.* 368.

Calyx brevis quinquefidus persistens. Corolla campaniformis globosa quinquefida.  
Ovarium intra florem. Fructus quinquelocularis polyspermus.

## 494. ARBUTUS unedo.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 79.

*Arbutus caule arboreo, foliis glabris serratis, baccis polyspermis.* LINN. *spec. p.* 566.

*Arbutus folio serrato.* BAUH. *pin.* 460.

*Arbutus.* CLUS. *hisp. p.* 7. CAM. *epit.* 168.

*Arbuto.* MATTH.

OFF. *Arbutus, sive Unedo.*

VERN. *Frole di Marina, aut Frole d' Natal.*

Loc. In agro Nicaeensi abunde. ARBOR.

## 495. ARBUTUS alpina.

*Arbutus caulibus procumbentibus, foliis rugosis serratis.* LINN. *spec. p.* 566.

*Vitis idaea foliis oblongis albicantibus.* BAUH. *pin.* 470. TOURN. *inst. p.* 608.

*Vitis idaea.* CLUS. *i. p.* 61.

Loc. In monte Cenisio, & alpibus Grasset, Pralugnan, Courmajor, & supra Mirabouc in edito jugo Col de la Croix. SUFFRUTEX.

## 496. ARBUTUS uva ursi.

*Arbutus caulibus procumbentibus, foliis integerrimis.* LINN. *spec. p.* 566. HALL. *hist. tom. i. n.* 1018.

*Arbutus procumbens foliis ovatis solidis.* HALL. *Gott.* 164.

*Arbutus foliis integris.* GER. *p.* 439. *n.* 2.

*Uva ursi.* CLUS. *hist.* 63. TOURN. *inst. p.* 599.

*Radix idaea punctata, & uva ursi.* BAUH. *hist. I. p.* 523.

*Vitis idaea foliis carnosis, & veluti punctatis, sive Idaea radix Dioscoridi.* BAUH. *pin. p.* 470.

OFF. *Uva ursi.*

Loc. Non infrequens in lapidosis apricis pascuis alpinis. Ad montes quoque subalpinos descendit; in montibus Segusio proximis, & supra montem S. Michaelis, sicuti etiam in valle Exilliarum copiosissime nascitur. SUFFRUTEX.

VIR. Folia valide adstringunt, atque abstergunt, magnamque celebritatem nostris temporibus nacta sunt in morbis renum ex calculo, tum ad illum ex renibus pellendum, cum ad calculum dissolvendum. Experimenta probant aliquam vim habere ad calculi volumen extenuandum. Ab ejusdem usu vidi calculos minores propulso, atque dolores nephriticos per diuturnum tempus conticuisse. Planum est eo tempore, quo dolores nephritici urgent, non esse opportuna; calculi autem genesim prohibere videntur non modo tubulos renales abstergendo, verum etiam eorundem tonum firmando. In ulcere renum non profuit, atque urinae aucta incommoda remedii continuationem prohibuerunt. Folia siccata dantur in substantia a drachma una ad drachmas duas, aut ex aqua dupla dosi decoquuntur.





## H. POLISTEMONES.

STYRAX. LINN. *gen. n.* 527., *syst. n.* 546. TOURN. *tab.* 369.

Calyx quinquedentatus hypocarpus. Corolla infundibuliformis in 5., vel 6. profundas lacinas divisa. Fructus est drupa unilocularis disperma.

497. **STYRAX** officinale. LINN. *spec. p.* 635.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab.* 23.

*Styrax folio mali cotonei.* BAUH. *pin.* 452. GARID. *tab.* 87.

*Styrax.* CAM. *epit.* 38.

*Stirace.* MATTH.

*OFF.* Styrax.

*Loc.* In agro *Nicaeensi.* Abunde in rupibus maritimis prope Zoet. *FRUTEX.*

POTERIUM. LINN. *gen. n.* 948., *syst. n.* 1069.

Flores sexu in eadem planta distincti. Mari calyx triphyllus. Corolla quadripartita. filamenta longissima flaccida. Foeminae calyx triphyllus, corolla rotata quadripartita, limbo reflexo. Germina duo. Bacca e tubo corollae incrassato; Disperma.

498. **POTERIUM** sanguisorba.

*Poterium inerme caulibus subangulosis.* LINN. *spec. p.* 1411.

*Sanguisorba spicis subrotundis, floribus polygamis.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 168.

*Sanguisorba polystemon, staminibus longissimis pendulis.* ZINN *Gott. p.* 235.

*Sanguisorba polyanthera foliolis ovatis, spica brevi.* BOHEM. *Lips. p. 7. n.* 17.

*Pimpinella polystemon.* HALL. *hist. tom. 1. p.* 312. *n.* 706.

*Pimpinella sanguisorba minor.* BAUH. *hist. III. part. 2. p.* 113.

*Pimpinella minor.* LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p.* 343.

*Loc.* In vineis frequens. *PERENNE.*

*VIR.* Habet acidum principium, & vires modice adstringentes, quae juvare dicuntur in mictu cruento.

499. **POTERIUM** spinosum.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab.* 26.

*Poterium spinis ramosis.* LINN. *spec. p.* 1412.

*Pimpinella spinosa.* MORIS. *hist. 3. p.* 262. *s. 8. tab.* 18. *f.* 3.

*Poterio affinis foliis Pimpinellae spinosa.* BAUH. *pin.* 388.

*Poterium quibusdam, s. Pimpinella spinosa quibusdam.* BAUH. *hist. I. p.* 409.

*Loc.* In montibus circa *Garrexium* non infrequens, & circa *la Morra.* Joannes BAUHINUS communicatam stirpem a *Jacobo REINAUDETTO* asserit etiam lectam fuisse in tractu australi *Pedemontanae* regionis. *PERENNE.*



# CLASSIS II.

## PLANTÆ FLORE MONOPETALO COMPOSITO

### I. ANTHERIS DISJUNCTIS

DIPSACUS. LINN. *gen. n.* 107., *syst. n.* 114. TOURN. *tab.* 265.

Placenta communis haemisphaerica, aut conica spongiosa paleacea, paleis flores superantibus.

In sinu paleae cujuslibet sedet ovulum, cui insidet flos quadrifido calyce exceptus.

Flos est tubulosus limbo quadrifido; staminibus quatuor, iisque liberis.

Ovula mutantur in semina oblonga quadrangularia suo calyce coronata.

#### 500. DIPSACUS sylvestris.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 61.

*Dipsacus capitulis ovatis, caule foliis arcuatis circumvallato, aristis squamarum rectis.*

HALL. *hist.* 1. n. 198.

JACQ. *Flor. Austr.* tab. 402.

*Dipsacus foliis sessilibus serratis.* LINN. *syst.* 12. p. 111.

*Dipsacus foliis integerrimis glabris, capitulis subovatis.* SCOP. *Flor. Carn.* p. 353. n. 2.,  
ed. 2. n. 141.

*Dipsacus sylvestris.* LAM. *Flor. Franc.*, tom. 3. p. 345.

*Labrum Veneris sponte proveniens.* LOB. *ic. alt.* 18.

*Labrum Veneris alterum.* CAM. *epit.* 432.

*Dipsacus sylvestris, aut virga pastoris major.* BAUH. *pin.* 385.

*Dipsacus sylvestris, sive labrum Veneris.* BAUH. *hist.* III. p. 1. pag. 74.

*Dipsaco, o sia labbro di Venere altro.* MATTH.

VERN. *Pento d' masche.*

Loc. Ubique ad vias, sepes, & fossas potissimum. ANNUUS.

#### 501. DIPSACUS laciniatus.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 63.

*Dipsacus foliis laciniatis asperis, capitulis subrotundis.* SCOP. *Flor. Carn.* p. 352. n. 1.,  
ed. 2. n. 142.

*Dipsacus foliis connatis sinuatis.* LINN. *spec.* p. 141.

*Dipsacus foliis pinnatis, capitulis ovatis, aristis repandis.* HALL. *Gott.* 355.

JACQ. *Fl. Austr.* tab. 402.

*Dipsacus folio laciniato.* BAUH. *pin.* 385.

Loc. In humidis saxosis agri Taurinensis secus Duriam, atque similibus locis pas-  
sim in Pedemontio. ANNUUS.

#### 502. DIPSACUS pilosus.

*Dipsacus foliis petiolatis appendiculatis.* LINN. *spec.* p. 141.

*Dipsacus foliis biauribus, capitulis hemisphaericis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 199.

JACQ. *Fl. Austr.* tab. 248.

*Dipsacus sylvestris capitulo minore, seu virga pastoris minor.* BAUH. *pin.* 385.

*Virga pastoris vulgaris.* BAUH. *hist.* III. part. 1. p. 75.



*Verga di Pastore*. MATTH.

Loc. Ad sepes, & dumeta in *Sabaudia*, & *Pedemonio* non infrequens. Locis montanis non editis frequentior. *ANNuus*.

SCABIOSA. LINN. *gen. n.* 108., *syst. n.* 115. *TOURN. tab.* 263. 264.

Involucrum universale polyphyllum ex foliolis herbaceis; Placenta convexa, setis, aut paleis flores distinguentibus. Ovula sustinent flores quadrifidos, aut quinquefidos uniformes, aut diffformes, sed singuli flores duplici proprio calyce excipiuntur germi insidente, quorum exterior brevior est membranaceus dentatus, aut plicatus, interior quinque-partitus, laciniis subulato-capillaceis. Semina sunt ovato-oblonga calycibus propriis coronata.

COROLLULIS QUADRIFIDIS.

503. SCABIOSA alpina.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 49.

*Scabiosa corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis*. LINN. *syst.* 12. p. 112.

*Dipsacus foliis pinnatis, pinnis serratis, capitulis globosis*. HALL. *hist. tom.* 1. n. 200.

*Succisa foliis pinnatis, pinnis serratis, capitulis globosis hispidis congestis*. HALL. *Helv.* 672.

*Scabiosa alpina foliis Centaurii majoris*. BAUH. *pin.* 270.

*Scabiosa alpina maxima*. LOB. *ic.* p. 537.

Loc. Prope *Demonte* loco dicto *le Cournale*. Plurima provenit in valle *di Pesio*, & montibus *di Tenda*, & *la Briga*. PERENNIS.

504. SCABIOSA transylvanica tab. 48.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 49.

*Scabiosa corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus, paleisque aristatis, foliis radicalibus lyratis, caulinis pinnatifidis*. LINN. *syst.* 12. p. 112.

JACQ. *Hort. Vindob.* tab. 111.

*Scabiosa corollulis quadrifidis, calyce brevioribus, foliis radicalibus lyratis, caulinis pinnatis*. ROY. *Leyd.* p. 189. n. 6.

*Scabiosa altissima annua foliis agrimoniae non nihil similibus*. HERM. *Lugdb.* 539. MORIS. *hist.* 3. p. 46. s. 6. tab. 13. f. 13.

Loc. Inter stipulas collium editiorum, & calidiorum *Taurinensium*, atque *Astensis* Provinciae, & *Montisferrati* uberrime provenit. *ANNUA*.

DESCR. Caulis tricubitalis ab imo ad summum ramosus brachiatus obscure tetragonus, superius evidentius sulcatus, & striatus. Planta tota pilis hispida, sed magis inferius. Pedunculi floriferi fere glabri nudi terminales, & circiter palmares. Extremi rami biflori, aut triflori. Folia opposita amplexicaulia coalita pinnata, pinnis per nervum decurrentibus quinque, aut sex. Pinnae plerumque resectae, & veluti corniculatae, extremum autem par duo lanceolato-linearia foliola exhibet, quorum interior pars amplior est. Impar foliorum longe elliptico-lanceolatum est, & toto folio longius. Pinnularum apex versus posteriora saepe reflexus acutus, pilo uno, aut altero terminatus. Foliorum lacinae caeterum variant modo parcius resectae, modo integrae. Primae & profundius, & pluries resectae esse solent. Pinnarum numerus in superioribus minor est. Calyx ex quinque foliolis viridibus pilosis ovatis, deinde longe aristatis, qua parte non virent, pelucidis, & albicantibus. Capitulum ovatum. Color floris dilute purpuro-caeruleus. Corollulae radiantes quadrifidae inaequales, lacinia exteriori maxima. Corollulae disci similiter quadrifidae, laciniis subaequalibus. Antherae lineares caeruleae sulcatae incumbunt staminibus, quae corollam excedunt. Styli simplices tubi longitudinem non superant. Squamae glumaeformes concavae carinatae ex dorso aristatae erectae flosculos excipiunt. Semen de more gentis duplici calyce coronatum.

505. SCABIOSA leucantha.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 32.

*Scabiosa corollulis quadrifidis subaequalibus, squamis calycinis ovatis obtusis, foliis pinnatifidis*. LINN. *syst.* 12. p. 112.



*Scabiosa fruticans angustifolia alba.* BAUH. pin. 270.

*Scabiosa glabra, foliis rigidis viridibus.* BAUH. hist. III. part. 2. p. 8.

*Scabiosa montana calidarum regionum major.* LOB. p. 233.

Loc. In collibus aridis *Nicaeensibus* abunde, neque infrequens ad vias est in collibus *Astensibus*, & *Montisferrati*. LOBELIUS prope *Rivoli* observavit. PERENNIS.

506. SCABIOSA succisa.

*Scabiosa corollulis quadrifidis aequalibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis.* LINN. syst. 12. p. 112.

*Succisa caule trifloro, floribus convexis, foliis radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 201.

*Scabiosa corollis quadrifidis, receptaculis foliaceis, foliis ovato-lanceolatis.* SCOP. Flor. Carn. p. 351. n. 3., ed. 2. n. 138.

*Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis ovato-lanceolatis integris.* BOHEM. Lips. p. 71. n. 159.

*Succisa foliis ad terram ovatis, ad caulem oblongis parum dentatis.* HALL. Helv. 671.

*Scabiosa folio integro hirsuto.* TOURN. inst. 466.

*Succisa hirsuta.* BAUH. pin. 269.

*Succisa, sive morsus diaboli.* BAUH. hist. III. part. 1. p. 2.

*Succisa.* MATTH.

B. *Scabiosa folio integro glabro, flore caeruleo.* TOURN. inst. 466.

*Succisa glabra.* BAUH. pin. 269.

Loc. In pratis humidis subalpinis, atque montanis, & in sylvis umbrosis *Taurinensibus* nascitur. PERENNIS.

VIR. Haec vires SCABIOSÆ *Officinarum* aemulatur. Radix potissimum in usum medicum eligitur.

507. SCABIOSA integrifolia.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 40.

*Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis indivisis radicalibus ovatis serratis, rameis lanceolatis, caule herbaceo.* LINN. syst. 12. p. 112.

*Scabiosa foliis lanceolatis serratis, & integris.* HALL. hist. tom. 1. n. 205.

*Scabiosa annua integrifolia, seu foliis Bellidis.* MAGNOL. Bot. Monsp. 231.

*Scabiosa bellidifolia.* LAM. Fl. Franc. tom. III. p. 347.

Loc. Abunde secus arva in agro *Nicaensi*. ANNUA.

OBS. Haec est SCABIOSA quam pro nova habui, & recensui ENUM. NIC. n. 5.

Folia quandoque integerrima, saepius subdentata. Calyx decaphyllus, alternis foliolis minoribus ciliatus. Flosculi saepe octo quadrifidi bilabiati; semina sericea denticulis coronata.

508. SCABIOSA arvensis.

*Scabiosa corollulis quadrifidis radiantibus, caule hispido, foliis pinnatifidis incisis.* LINN. syst. 12. p. 112.

*Scabiosa foliis petiolatis, ovato-lanceolatis dentatis, superioribus semipinnatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 206.

*Scabiosa foliis subhirsutis imis ovatis, superioribus semipinnatis.* HALL. Gott. 352. Helv. n. 1.

*Scabiosa corollis quadrifidis, receptaculis pilosis, foliis imis ovatis, superioribus pinnatifidis.* SCOP. Fl. Carn. p. 350. n. 1., ed. 2. n. 135.

*Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis inferioribus pinnatifidis, caulinis dentatis.* BOHEM. Fl. Lips. p. 71. n. 160.

*Scabiosa pratensis hirsuta, quae officinarum.* BAUH. pin. 269.

*Scabiosa major communior hirsuta folio laciniato.* BAUH. hist. III. part. 1. p. 2.

B. *Scabiosa major communior hirsuta folio non laciniato.* BAUH. hist. III. part. 1. p. 2.

*Scabiosa altera campestris, seu segetum, & satorum.* LOB. ic. p. 53.

OFF. Scabiosae herba.

VERN. Scabiosa.

Loc. Ubique frequens in pratis, in arvis, & ad vias. PERENNIS.

VIR. Vi saponacea, & resolvente pollet, & aequo jure commendatur ad exanthe-



mata pellenda, ad scabiem retropulsam, & ubi lenti humores in pulmone haerent. Datur succus ex herba expressus ab uncia 1. ad uncias 2., aut decoctum consueta proportione praescribitur.

## 509. SCABIOSA sylvatica.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 68.

*Scabiosa corollulis quadrifidis radiantibus, foliis omnibus indivisis ovato-oblongis serratis, caule hispido.* LINN. syst. 12. p. 112.

*Scabiosa caule hispido, foliis ovato-lanceolatis, subhirsutis, inferioribus dentatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 204.

*Scabiosa corollis quadrifidis, receptaculis pilosis, foliis ovato-lanceolatis serratis hispidis.* SCOP. Fl. Carn. p. 136., ed. 2. n. 136.

*Scabiosa corollulis quadrifidis radiantibus, foliis omnibus indivisis, inferioribus ovatis serratis, summis lanceolatis integerrimis, caule hispido.* JACQ. obs. part. 1. p. 28. & Fl. Austr. tab. 162.

*Scabiosa latifolia rubra non laciniata secunda.* BAUH. pin. 270.

*Scabiosa latifolia pannonica rubro flore III.* CLUS. hist. p. 1.

*Scabiosa maxima dumetorum folio non laciniato.* BAUH. hist. III. part. 1. pag. 9.

Loc. Frequentissime in sylvis, & dumetis collium Taurinensium, & in montanis subalpinis. PERENNIS.

## COROLLULIS QUINQUEFIDIS.

## 510. SCABIOSA columbaria.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 59.

*Scabiosa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis.* LINN. spec. p. 143.

*Succisa foliis imis, ovatis superioribus pinnatis, pinnis semipinnatis acutis, ciliis flosculorum longitudine.* HALL. hist. tom. 1. n. 202.

*Scabiosa corollis quinquefidis, receptaculis foliaceis, foliis caulinis pinnatis pinnis linearibus.* SCOP. Fl. Carn. p. 352., ed. 2. n. 140.

*Scabiosa capitulo globoso major, & minor.* BAUH. pin. 270.

*Scabiosa minor vulgaris.* BAUH. hist. III. part. 1. pag. 3.

Loc. In vineis, & arvis siccis frequens: abunde quoque in pascuis, & collinis. BIENNIS.

OBS. Ex hac orta videtur SCABIOSA monstruosa foliis pinnatis Alopecuri capitulo; florum pediculis longissimis imbricatim inaequalibus. ENUM. NIC. p. 65.

## 511. SCABIOSA gramontia.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 95.

*Scabiosa corollulis quinquefidis, calycibus brevissimis, foliis caulinis bipinnatis, filiformibus.* LINN. syst. 12. p. 113.

*Scabiosa capitulo globoso, foliis in tenuissimas lacinias divisis.* BAUH. pin. 271.

Loc. Nicaeensis agri indigena est. BIENNIS.

## 512. SCABIOSA pyrenaica. tab. 25. f. 2. &amp; tab. 26. f. 1.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 95. f. 1. 2. 3.

*Scabiosa caule unifloro, foliis tomentosis imis pinnatis, pinnis dentatis, & semipinnatis, caulinis pinnatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 207.

*Scabiosa pyrenaica cinerea villosa magno flore.* TOURN. inst. p. 465.

*Scabiosa multifida alpina repens.* BOCC. mus. p. 22. tab. 6.

Loc. Abunde locis saxosis, & rupestribus subalpinis, & alpinis. BIENNIS.

OBS. Non sustinerem omnino SCABIOSAM pyrenaicam vere differre a Columbaria, licet etiam distinxerit Celeberrimus HALLERUS. Tabula 26. fig. 1. exhibet singularem hujus varietatem habentem folia profundius pinnatifida, extrema pinna subrotunda substantiae omnino sericeae, & caulem nudum uniflorum, quae reperta est circa Rivalta in Monteferrato.



513. SCABIOSA stellata.  
*Scabiosa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis dissectis, receptaculis florum subrotundis.*  
 LINN. spec. p. 144.  
*Scabiosa stellata, folio laciniato major.* BAUH. pin. 271.  
*Asterocephalus foliis lyratis, lobis profunde serratis, capitulis globosis, annulo seminis amplissimo patulo.* ZINN Gott. p. 382.  
*Scabiosa major cum pulchro semine.* BAUH. hist. III. part. 1. p. 9.  
 Loc. *Nicaeensem agrum ad vias, & secus arva, & flumina inhabitat.* ANNUA.
514. SCABIOSA ucranica.  
 ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 36.  
*Scabiosa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis linearibus basi ciliatis.* LINN. spec. p. 144.  
*Scabiosa foliis planis carnosis, inferioribus pinnatis, ramis integerrimis linearibus.*  
 GMEL. Sibir. 2. p. 213. tab. 87.  
 Loc. In sterilibus agri *Dertonensis*, & supra *Spigno* in provincia *Aquensi* observata est ab *Ignatio MOLINERI.* PERENNIS.
515. SCABIOSA graminifolia.  
 ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 44.  
*Scabiosa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 145.  
*Succisa foliis gramineis tomentosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 203.  
*Scabiosa argentea angustifolia.* BAUH. pin. 270. prodr. 127. tab. 127.  
*Scabiosa graminea argentea.* BAUH. hist. III. p. 12.  
 Loc. E rupium fissuris prodit inter *Ulmata*, & *Carlino*, observante *Cl. DANA.* Supra *Limone* etiam occurrit. PERENNIS.

GLOBULARIA. LINN. gen. n. 106., syst. n. 112. TOURN. tab. 265.

Placenta convexa conica. Squamae foliaceae unicuique flori subjectae, nec eodem longiores non modo receptaculum paleaceum faciunt, sed & speciem calycis communis. Calyx proprius bilabiatus, segmento exteriori bifido, interiori trifido. Flosculus quisque ex suo tubulo bilabiatus, segmentis duobus interioribus, tribus exterioribus omnibus acutissimis. Stamina quatuor libera, duo longiora, breviora duo. Semen unicum in calyce adolescit.

516. GLOBULARIA nudicaulis,  
 ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 39.  
*Globularia foliis oblonge ovatis integerrimis, caule nudo unifloro.* HALL. hist. tom. 1. n. 217.  
*Globularia caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis.* LINN. spec. p. 140.  
 JACQ. Flor. Austr. tab. 230.  
*Globularia pyrenaica, folio oblongo, caule nudo.* TOURN. inst. 467.  
*Bellis caerulea, caule nudo.* BAUH. pin. 262.  
 Loc. Ego vidi in alpibus vallis *S. Martini.* *Thomas PRIM* circa *Piosasco*, & in editoribus montibus *Valdensium.* *TERRANEUS* in alpibus *Sabaudiae.* *Cl. BELLARDI* in montibus *di Tenda.* PERENNIS.
517. GLOBULARIA vulgaris.  
 ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 60.  
*Globularia caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis.* LINN. spec. p. 139.  
*Globularia foliis radicalibus emarginatis ex nervo aristatis, caulinis lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 218.  
*Globularia vulgaris.* TOURN. inst. 466.  
*Bellis caerulea, globularia Monspelliensium.* LOBEL. advers. p. 200. ic. p. 478.  
*Bellis caerulea, caule folioso.* BAUH. pin. 262.  
*Aphyllanthes Anguillare, seu Globularia Bellidi similis.* BAUH. hist. III. part. 1. p. 13.



Loc. Uberrime ad rupes circa *Segusium*, & in arenosis fluminis *Duriae*. In collibus, & montanis calidioribus vulgaris est. *PERENNIS*.

518. *GLOBULARIA cordifolia*.

*Globularia caule subnudo, foliis cuneiformibus retusis dentatis, denticulo intermedio minimo*. LINN. spec. p. 139.

*Globularia caule unifolio, & unifloro, foliis emarginatis, nervo aristato*. HALL. hist. tom. 1. n. 216.

JACQ. Fl. Austr. tab. 245.

*Scabiosa bellidis folio humilis, caule nudo, radice repente, folio cordato*. MORIS hist. 3. p. 50. s. 6. tab. 15. f. ult.

*Globularia montana humillima repens*. Tourn. inst. 467.

*Scabiosa montana repens seu X*. CLUS. hist. p. 5.

*Bellis caerulea montana frutescens*. BAUH. pin. 262.

Loc. Late occupat saxosa aprica juga montium subalpinorum, raro alpes attingit. *PERENNIS*.

519. *GLOBULARIA alypum*.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 59.

*Globularia caule fruticoso, foliis lanceolatis tridentatis, integrisque*. LINN. spec. p. 139.

*Globularia caule fruticoso, foliis lanceolatis, aliis tridentatis, aliis integerrimis*. ROY. Leyd. p. 190. n. 3.

*Globularia fruticosa, myrtifolio tridentato*. Tourn. inst. 467. GARID. Aix. tab. 43.

*Alypum Monspeliensium, seu Frutex terribilis*. BAUH. hist. I. p. 598.

*Thymaelaea foliis acutis, capitulo Succisae*. BAUH. pin. 473.

Loc. In sylvis, & incultis agri *Nicaeensis*. Laurentius TERRANEUS in maritimis *Uneliae* legit. *SUFFRUTEX*.

*VIR*. A vi purgante drastica terribilis frutex dictus est. GARIDEL caute exhibitum non ita terribilem medicinam fore affirmat, sed in tanta purgantium copia suspecto hoc remedio abstinere tutius est.

*AMBROSIA*. LINN. gen. n. 938., syst. n. 1057. Tourn. tab. 252.

Flores sexu in eadem planta distincti. *Mari* calyx communis monophyllus.

Corolla tubulosa quinquefida. Stamina quinque. Germen abortivum. Stylus unus. Stigma orbiculatum. Receptaculum nudum. *Foeminae* calyx uniflorus monophyllus, integer, ventre quinque-dentato. Corolla nulla.

Stigmata duo. *Nux* monosperma dentata.

520. *AMBROSIA maritima*.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 105.

*Ambrosia foliis multifidis, spicis solitariis pilosis sessilibus*. LINN. spec. p. 1401.

*Ambrosia maritima*. BAUH. pin. 138. DOD. pempt. 35.

*Ambrosia quibusdam*. BAUH. hist. III. p. 190.

Loc. In arenosis maritimis *Nicaeensibus*. *ANNUA*.

*XANTHIUM*. LINN. gen. n. 937., syst. n. 1056. Tourn. tab. 252.

Flores sexu in eadem planta distincti. Hermaphrodito Calyx communis imbricatus multiflorus; Corollae tubulosae quinquefidae aequales. Stamina quinque minima. Antherae distinctae; Receptaculum minimum paleaceum. *Foeminae* calyx communis diphyllus biflorus; Corolla nulla; Germen adnatum; Styli duo bifidi; Drupa oblonga aculeata apice bifida bilocularis disperma.

521. *XANTHIUM strumarium*.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 1.

*Xanthium foliis semitrilobatis, aculeis uncinatis*. HALL. hist. tom. 11. n. 1621.

*Xanthium caule inermi, foliis cordatis trinervis*. LINN. spec. p. 1400.



*Xanthium caule inerme, foliis cordato-lobatis, floribus aggregatis.* GOU. hort. Monsp. p. 485. n. 1.

*Lappa minor, s. Xanthium dioscoridis.* BAUH. pin. 198.

*Xanthium vulgare.* LAM. Flor. Franc. l. 11. p. 56.

*Xantio, o sia Lappa minore.* MATTH.

Loc. Ad vias, fossas, & ruderata ubique in planitie Pedemontana. ANNUUM.

VIR. Fructus flavo colore tinguat.

522. XANTHIUM spinosum.

*Xanthium spinis ternatis foliis trilobis.* LINN. syst. 12. p. 623.

*Xanthium ( spinosum ) spinis tridentatis, foliis subsessilibus hastato-trilobis integerrimis, floribus solitariis.* GOU. hort. 486. n. 2.

*Xanthium spinosum atriplicis folio.* MORIS. hist. 3. p. 604. s. 15. tab. 2. f. 3.

*Xanthium lusitanicum spinosum.* PLUK. alm. 206. tab. 259. f. 1. HERM. parad. 246. tab. 246. MAGN. hort. 208. tab. 208.

Loc. Ad maris litus occurrit. ANNUUM.

## II. ANTHERIS COALITIS

### A. CAPITATÆ.

ECHINOPUS. Tourn. inst. 463. tab. 262. ECHINOPS. LINN. gen. n. 829., syst. n. 999.

Facile adgnoscutur floribus pentagonis quinquefidis aequalibus in capitulum sphaericum, aut subrotundum congregatis, calyce proprio imbricato pentagono, semine setis brevibus coronato calyce contento. Calyx communis multifolius simplex lanceolatis foliis foetus contra caulem reflexis. Receptaculum sphaericum, aut ovale.

523. ECHINOPUS sphaerocephalus.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 21.

*Echinopus capitulis globosis, foliis sinuatis pubescentibus.* LINN. syst. 12. p. 581.

*Echinops foliis semipinnatis, pinnis dentatis, dentibus aristatis, caule ramoso.* HALL. hist. tom. 1. n. 158.

*Echinopus calycibus unifloris, foliis sinuatis spinosis.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 175. n. 1.

*Echinopus sphaerocephalus.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 993.

*Echinopus major.* BAUH. hist. III. p. 69.

*Carduus sphaerocephalus latifolius vulgaris.* BAUH. pin. 381.

*Echinops multiflorus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 2.

Loc. In valle Fenestrellarum secus torrentes. In agro Nicaeensi vidit GIUDICE. Secus flumen Duriam circa Segusium quoque observavi. In collibus Liguriae, & Montisferrati non infrequens. Circa Vivrone Ignatius MOLINERI, & circa Marsanotto, & Isola d'Asti, etiam in agro Dertonensi idem vidit. Cl. BELLARDI circa Sciolze loco dicto Fagnor. PERENNIS.

524. ECHINOPUS ritro.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 22.

*Echinops foliis supra glaberrimis, subtus tomentosus, caule multifloro corymboso.* GOU. Illustr. p. 74.

*Echinopus capitulo globoso, foliis pinnatifidis supra glabris.* LINN. syst. 12. p. 581.

*Echinopus calycibus unifloris, foliis pinnatifidis spinosis.* GERARD. Flor. Galloprov. p. 175. n. 2.

*Echinopus ritro.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 994.

*Echinops pauciflorus.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 2.

*Echinopus minor.* BAUH. hist. III. p. 72.

*Carduus sphaerocephalus caeruleus minor.* BAUH. pin. 381.

Ritro floribus caeruleis. LOB. ic. p. 8.



*Loc.* Abunde in montibus *Nicaensibus*, & alpibus *Valdensibus*; amat autem loca lapidosa praesertim sterilia, & ad montium radices in vallibus calidioribus. Secus *Scriviam* in agro *Dertonensi* *Ignatius* MOLINERI. *PERENNIS*.

ONOPORDUM. LINN. *gen. n.* 834. *syst. n.* 927.

Calyx imbricatus squamis aculeatis. Receptaculum nudum cellulis excavatum, quae semina excipiunt pariter angulata pappo sessili simplici coronata.

525. **O**NONOPORDUM acanthium.

*Onopordon caule alato, foliis ovatis dentatis, dentibus angulosis aristatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 159.

*Onopordum calycibus squarrosis, squamis patentibus, foliis ovato-oblongis sinuatis.* LINN. *syst. 12. p.* 331.

*Acanos spina.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 1013.

*Carduus alatus tomentosus acanthifolio vulgaris.* TOURN. *inst.* 441.

*Spina alba tomentosa latifolia sylvestris.* BAUH. *pin.* 382.

*Spina alba sylvestris* Fuchz. BAUH. *hist. III. part. 1. p.* 54.

*Acantio.* MATTH.

*OFF.* Acanthium, s. Onopordon.

*Loc.* Incolit loca sicca ruderata, & saxosa praesertim circa pagos, & habitationes. *ANNUUM.*

*VIR.* Repetita a *Cl. VIRIS* experimenta probarunt succum e planta expressum valere externo usu ad curationem cancri, labiorum, & faciei, non tamen sufficere adversus cancrum mammaram. Thalamus floris instar *Cinavae* edulis est: sunt etiam qui radicem comedunt.

526. **O**NONOPORDUM rotundifolium *N. tab.* 38. *fig.* 1.

*ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab.* 47.

*Berardia subacaulis foliis crassis tomentosis subrotundis, caule unifloro.* VILL. *prosp. p.* 28.

*Rhaponticum caule humili unifloro, foliis integris tomentosis.* HALL. *enum.* 688. *hist. n.* 160.

*Centaureum majus alpinum acaulos ferme foliis verbasci lanuginosis.* TOURN. *inst.* 449.

*Aretion quorundam.* DALECH. *Lugd.* 1307.

*Loc.* Locis lapidosis apricis in valle *Bardonache*, & monte *Genevre*, atque etiam in alpibus editioribus *Monregalensibus* reperit *Petrus* MOLINERI. *PERENNE.*

*DESCR.* Radix crassa profunda succosa tortuosa. Folia firma chartacea venosa tomentosa petiolata, petiolo firmo supra explanato foliis breviori. Ambitus foliorum rotundus, modo integer, modo irregulariter dentatus. Folia radicalia solent esse tria, aut quatuor. Flos unus subsessilis, quandoque duorum, aut trium pollicum cauliculo insidet. Unum, aut alterum folium cauliculum comitatur. Folia caulina longiora sunt, & brevius petiolata. Capitulum floris magnum est ovatum. Flosculi uniformes hermaphroditi, segmentis erectis albis. Stamina de more gentis. Tuba bifida. Pappus flosculis longior simplex durus fragilis. Semina compressa longa subquadrangula. Receptaculum nudum alveolatum. Calycem constituunt squamae multorum ordinum non reflexae longe ellipticae in caudam productae, demum spinulosae.

LAPPA. HALL. *hist. tom. 1. p.* 70. TOURN. *tab.* 256.

Character est in squamis calycis lanceolatis, apice ad unci modum recurvis, & ad obvia quaeque adhaerentibus. Semen brevi pappo simplici coronatum.

Receptaculum setosum.

527. **L**LAPPA tomentosa.

*ICON. TAUR. Vol. XXII. tab.* 23.

*Lappa capitulis, & foliorum facie inferiori tomentosis.* HALL. *Helv.* 675.

*Lappa major montana, capitulis minoribus rotundioribus, & magis tomentosis, personata altera cum capitulis villosis.* BAUH. *hist. III. p.* 571.



*Arctium montanum*. LOB. *adv.* p. 253.

*Loc.* In valle *Ulcensi*, & prope *Tenda* frequens est. LOBELIUS vidit in celsis syl-  
vosis montium opacis jugis *Sabaudiae*, & *Pedemontii*. *BIENNIS*.

528. LAPPA officinalis.

*ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 23.*

*Lappa capitulis glabris majoribus*. HALL. *Helv.* 675.

*Lappa major, arctium dioscoridis*. BAUH. *pin.* 198.

*Personata, sive Lappa major, aut Bardana*. BAUH. *hist. III. p.* 570.

*Personata, o sia Lappa maggiore*. MATTH.

*OFF.* *Bardana personata, s. Lappa major*.

*VERN. Lavasse: Fructus vocantur Gette.*

*Loc.* Ad sepes, & locis ruderatis frequentissima est. *BIENNIS*.

*VIR.* Vulgaris est usus *Bardanae* radix ad exanthemata pellenda, ad rheumatismum, & arthritidem solvendam, uno verbo, ubi solvendi indicatio est. Luis venereae symptomata etiam lenit, virtute nimirum abstergente, & leni diaphoretica pollet, atque utilis generatim est in morbis cutis, ad materiem perspirationis retentam propellendam. In usu esse solet decoctum, sed & extractum ex succo inspissato paratur, quod praescribitur a drachma semisse ad drachmam unam. Semen amarum est, atque validius humores solvit, & lotii secretionem promovet. Dari solet in emulsionem subactum a drachma una ad drachmas tres.

CARDUUS. HALL. *hist. tom. 1. p.* 73. *TOURN. tab.* 253.

Calycis squamae saepissime spinosae, aut acuminatae. Receptaculum pilosum.  
Semina pappo simplici coronata.

529. **C**ARDUUS leucographus. *Tab.* 73.

*ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 20.*

*Carduus foliis decurrentibus dentatis spinosis, pedunculis nudis longissimis unifloris, calycibus spinosis inclinatis*. LINN. *spec. p.* 1149.

*JACQ. Hort. Vind. Cent. 3. tab. 23.*

*Carduus foliis sinuatis aculeatis, caule crispo, pedunculis unifloris*. ROX. *Lugdb.* 134.

*Cirsium maculatum*. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 22.

*Cirsium maculis argenteis notatum*. *TOURN. inst.* 448.

*Loc.* Cl. BELLARDI reperit in olivetis, & ruderibus circa *Nicaeam*: ex agro etiam *Nicaeensi* retulit Ignatius MOLINERI. *ANNUUS*.

*DESCR.* Altitudo humana in planta culta. Folia radicalia vix petiolata humi appressa. Radix recta parum fibrosa flavescens. Caulis non fistulosus, sed tamen tenera medulla alba intus fartus, rotundus, sulcatus, ramosus, ramis erectis alternis; rami, & ramuli in praelongum pedunculum uniflorum abeunt. Folia lucide virentia glabra albis maculis praedita: juniora autem tenuibus pilis instructa, maculata sunt maculis albis: subtus pallidius virent, & pilis longe confertioribus obsidentur, semiamplexicaulia sunt, & per caulem decurrunt. Totus autem caulis triplici magna non interrupta ala foliacea percurritur: altera enim superioris folii ala foliacea brevior esse solet, & ad ortum inferioris folii deficit. Pedunculi postremi, & florigeri saepius nudi sunt, distinctius sulcati teretes araneosa lanugine praesertim prope florem donati, atque ibi tomento incani sunt: aliquando unum, aut alterum lineare, aut lanceolatum foliolum habent. Pedunculorum longitudo varia, quandoque cubitalis. Folia ad medium fere pinnatifida sinuato-plicata, breviter multiloba spinulis innocuis instructa. Longior spinula lobulum quemlibet finit, foliorum forma oblongo-ovata est; ramea folia nitidius virent, dentes, sive lobulos productiores habent, spinula longiori, & firmiori instruuntur, & aliquo modo lanceolatam formam adipiscuntur. Intermedia, & cum pinnis confluentis foliorum pars etiam sinuato-plicata est, dentibusque, & spinulis donatur. Calyces ex ovato-conici lanuginosi ex squamis erectis viridibus non uncinatis non reflexis, innocua spinula aristatis, majori ex parte liberis, corolla nunc purpurea, nunc alba: flosculorum segmenta linearia



aequalia erecta: antherae violaceae, tuba simplex, interiores flores citius florent, & pappus jam extra florem producitur exterioribus florentibus. Pappus sericeus nitidus simplex non plumosus longitudine corollae. Semina incurva annulo coronata lutescentia glabra nitida utrinque compressa, quatuor albescentibus costis praedita, quarum una superius in curvatura seminis est, duae utrinque, quarta acutior in inferiori, seu concava ejus parte. Calyx maturo semine patentior reditur, & squamae calycinae aliquantum reflectuntur. Calyces facile caduci tempore florescentiae aliquantum nutant. Thalamus longo sericeo villo pilosus. Squamae calycinae intus ex viridi argenteo colore nitent.

530. *CARDUUS nutans.*

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 62.*

*Carduus foliis semipinnatis, pinnis angulosis spinosis, floribus nutantibus, calycibus pungentibus patulis. HALL. hist. tom. 1. n. 167.*

*Carduus foliis spinosis semidecurrentibus, floribus cernuis, squamis calycinis superne patentibus. LINN. spec. p. 1150.*

*Carduus spinosissimus latifolius sphaerocephalus vulgaris. BAUH. pin. 385.*

*Carduus nutans. BAUH. hist. III. p. 56.*

*Loc. Secus vias in subalpinis lapidosis. BIENNIS.*

531. *CARDUUS acanthoides.*

*ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 49.*

*Carduus alis caulinis latissimis, foliis semipinnatis, pinnis angulosis spinosis, floribus longis fasciculatis. HALL. hist. tom. 1. n. 166.*

*Carduus acanthoides. JACQ. Flor. Austr. tab. 249.*

*Carduus acanthoides. TOURN. inst. 440., & LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 18.*

*Carduus acanthoides. BAUH. hist. III. p. 56.*

*Carduus sylvestris tertius. DOD. pempt. 740.*

*Carduus spinosissimus vulgaris. LOB. obs. 489. adv. 379. ic. 21.*

*Loc. Nascitur haec CARDUI species non ad fossas, & rivulos, sed locis lapidosis, & asperis in agro Dertonensi, in Liguria circa Garressio, & abunde prope Tenda in Comitatu Nicaeensi. BIENNIS.*

*DESCR.* Altitudo tripedalis, & ultra. Habitus onopordi. Folia radicalia vix petiolata, humi strata, ambitu elliptico-lanceolata, ad medium circiter pinnatifida, alias minus etiam profunde secta, pinnulae utrinque quinque, aut sex bilobae, aut etiam trilobae in mediis. Lobo inferiori minori, pinnulae potius rotundatae, quam triangulares, atque sinu distant. Ambitus foliorum sinuatus, atque etiam subdentatus, in ambitu vero spinae validae flavescens. Folia araneosa lanugine tecta in utraque facie, non tamen vere tomentosa, prona foliorum facies, ut recte adnotavit Joannes BAUHINUS, lucida est, foliorum substantia cartacea. Caulis ab imo ad summum ramosus, ramis alternis. Folia caulina tomentosa amplexicaulia, & decurrentia, sinuato-plicata, pinnis in tres, aut quatuor magnos dentes sectis: alternis minoribus. Rami terminantur capitulo trifloro, quadrifloro, floribus sessilibus, medio pedunculato, interdum duo flores pedunculati ramum terminant. In ramis, & maxime pedunculis tomentum albissimum, & densissimum est; alae foliaceae saepe quatuor per caules, ramos, & pedunculos decurrunt non interruptae. Capitulum ovatum lanuginosum, squamae virides lanceolatae glabrae patentes, aliquantum deflexae, tubus floris albus. Campanula floris profunde quinquefida purpurea, tuba purpurea simplex longe extra florem eminent. Pappus simplex, receptaculum pilosum pilo sericeo longo. Ubicumque ex foliis, & alis foliaceis, spinae flavescens, pungentes nascuntur, atque simili spina terminantur squamae calycis.

532. *CARDUUS crispus.*

*Carduus foliis sinuatis decurrentibus, margine spinosis, floribus aggregatis terminalibus, squamis inermibus subaristatis patulis. LINN. syst. 12. p. 529.*

*Carduus foliis ovatis, & semipinnatis, subtus tomentosis spinosis, calycibus molliter spinosis reflexis. HALL. hist. tom. 1. n. 165.*



*Carduus spinosissimus angustifolius vulgaris*. BAUH. pin. 103.

*Carduus caule crispo*. BAUH. hist. III. part. 1. p. 59.

Loc. Ad sepes, & semitas occurrit. BIENNIS.

533. CARDUUS pycnocephalus.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 65. Vol. XXIII. tab. 35. & Vol. XXIV. tab. 31.

*Carduus foliis decurrentibus pinnatifido-sinuatis pubescentibus spinosis, pedunculis nudis tomentosus, calycibus deciduis*. LINN. spec. p. 1151.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 44.

*Carduus foliis spinosis lanceolatis utrinque tomentosus, radicalibus sinuato-pinnatifidis, caulinis semidecurrentibus sinuatis, pedunculis capitato-multifloris tomentosus inermibus*. GOU. Illustr. p. 62.

*Carduus pycnocephalus sylvestris*. TRIUMPH. obs. 100. tab. 101.

Loc. Ad vias, & fossas vulgaris in agro Pedemontano. ANNUUS.

534. CARDUUS defloratus.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 63.

*Carduus foliis decurrentibus lanceolatis serratis subspinoso-ciliatis nudis, pedunculis longissimis lanuginosis unifloris*. LINN. spec. p. 1152.

*Carduus inermis, foliis ciliatis, scapo nudo paucifloro*. HALL. hist. tom. 1. n. 164. tab. 4.

*Cirsium defloratum*. SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 1003.

JACQ. Flor. Austr. tab. 89.

*Chamaeleon alpinus, sonchi spinoso folio, lucido, radice nigra*. BOCC. mus. p. 34.

*Cirsium, s. Carduus angustifolius*. BAUH. pin. 377. prodr. 155.

*Cirsium singularibus capitulis parvis*. BAUH. pin. 377.

Loc. BOCCONE in excelsis Sabaudiae montibus, & locis saxosis; hisce locis in Pedemontii alpinis frequens est. PERENNIS.

535. CARDUUS marianus.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 66.

*Carduus foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis, spinis canaliculatis duplicato spinosis*. LINN. spec. p. 1153.

*Silybum nervis foliorum albis*. HALL. hist. 1. n. 181.

*Cirsium maculatum*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1009.

*Carduus albis maculis notatus vulgaris*. BAUH. pin. 381.

*Carduus marianus, seu lacteis maculis notatus*. BAUH. hist. III. p. 52.

Cardo di S. Maria. MATTH.

OFF. *Carduus lacteus*.

Loc. Incidi semel in hanc plantam circa Taurinum in fimeto quodam suburbano secus Padum. Abunde oritur circa Agliano, Calos, Costigliole in provincia Astensi. Neque rara circa Clarascum. Secus flumen le Sangon prope Beinasco; inter Moncalieri & Revigliasco. Circa la Trinità, & urbem Fossani. Etiam vidit Franciscus PEYROLERI inter Sè, & Bourg saint Maurice. In provincia Aquensi saepe occurrit circa pagos, adnotante Ignatio MOLINERI. Cl. BELLARDI circa Piosasco. ANNUUS.

VIR. Folia CARDUI mariani amara sunt abstergentia cum aliqua vi antiputredinosa. Succus ex iisdem expressus ab Italis Medicis frequenter datur ante paroxysmum in febribus tertianis, & quartanis. Semen dicitur habere vim resolventem, atque aptam resolvendae crustae pleuriticae. In doloribus pleuriticis in hunc finem a Germanis praescribuntur parata ex iisdem emulsione. Dosis est a drachma una ad duas, aut tres.

536. CARDUUS carlinoides.

*Carduus foliis decurrentibus decursive pinnatis, pinnulis palmaris-quadrifidis aculeatis lanatis, caule corymboso multifloro, floribus glomeratis*. GOU. Illustr. tab. 23. p. 62.

*Carduus pyrenaicus tomentosus, floribus purpureis glomeratis*. TOURN. inst. p. 441.

Loc. In montibus circa Garressio, & Tenda. ANNUUS.



537. **CARDUUS** *personata* tab. 35.  
*ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 67.*  
*Carduus inermis, foliis imis pinnatis, superioribus ovato-lanceolatis serratis, squamis calycis reflexis. HALL. hist. tom. 1. n. 162.*  
*Arctium (personata) foliis decurrentibus ciliato-spinosis, radicalibus pinnatis, caulinis oblongo-ovatis. LINN. syst. 12. p. 528. JACQ. Vind. 274.*  
*Carduus capitulis in vertice congestis lanigeris, squamis reflexis. GMEL. Sibir. 2. p. 62. tab. 24.*  
*Carduus mollis latifolius, lappae capitulis. BAUH. pin. 377. prodr. 155.*  
*Loc. Inter Fenestrelles, & Albergian. Cl. BELLARDI prope S. Oyen in valle Augustae Praetoriae, atque inter Trilien, & Chamony Ignatius MOLINERI. ANNUUS.*
538. **CARDUUS** *tinctorius*.  
*ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 5.*  
*Carduus inermis foliis glabris imis ovatis, superioribus pinnatis. HALL. Helv. 678.*  
*Serratula (tinctoria) foliis lyrato-pinnatifidis, pinna terminali maxima, flosculis conformibus. LINN. spec. p. 1144.*  
*Carduus tinctorius. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1012.*  
*Serratula foliis pinnatifidis, petiolis multifloris, calycibus glabris spinulosis. ZINN hort. Gott. p. 386.*  
*Jacea nemorensis, quae Serratula. TOURN. inst. 444.*  
*Serratula. BAUH. pin. 235. BAUH. hist. III. p. 23.*  
*Serratula. MATTH. LOB. p. 231.*  
 B. *Serratula (coronata) foliis lyrato-pinnatifidis, prima terminali maxima, flosculis radii foemineis longioribus. LINN. spec. p. 1144.*  
*Serratula foliis pinnatifidis, petiolis unifloris, calycibus squalidis. ZINN Gott. p. 386.*  
*Serratula praealta. Centauroides montana italica. BOCC. mus. p. 45. tab. 37.*  
*Loc. Minime rara in umbrosis editioribus sylvis collium Taurinensium, & montium subalpinorum. Varietas B. visa a D. PRIM in montibus di Piossasco. In sterilibus secus flumen Ticini Ignatius MOLINERI. In Sabaudiae montibus, atque sylvis Liguriae non infrequens est, ut etiam in elatioribus di Borgomasino. PERENNIS.*  
*VIR. Vim egregiam tinctoriam habet ita, ut hunc in usum etiam colatur. Colore flavo tingit praesertim, si alumen commisceatur.*

**CIRSIUM.** HALL. *hist.* 1. p. 73. TOURN. *tab.* 255.

A Carduo differt seminis pappo plumoso.

539. **CIRSIUM** *eriophorum*.  
*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 67. & Vol. XXIII. tab. 81.*  
*Cirsium foliis spinosis semipinnatis: laciniis alternis erectis, calycibus lanigeris, subrotundis. SCOP. Fl. Carn. p. 356. n. 2.*  
*Cirsium foliis pinnatis, pinnis bilobis lanceolatis spinosis, calycibus tomentosis sphaericis spinosis. HALL. hist. tom. 1. n. 168.*  
*Carduus (eriophorus) foliis sessilibus, bifariam pinnatifidis, laciniis alternis erectis, calycibus globosis villosis. LINN. spec. p. 1153.*  
*Cirsium eriophorum. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1008.*  
*JACQ. Fl. Austr. tab. 171.*  
*Carduus capite rotundo tomentoso. BAUH. pin. 382.*  
*Carduus capite tomentoso. BAUH. hist. III. p. 57.*  
*Loc. In saxosis apricis convallibus alpium. Etiam secus torrentes in montanis occurrit, atque fluminum alveis. BIENNE.*
540. **CIRSIUM** *lanceolatum*.  
*Cirsium foliis spinosis decurrentibus pinnatifidis, laciniis alternis erectis, calycibus reticulatis ovatis. SCOP. Fl. Carn. p. 355. n. 1.*  
*Cirsium foliis semipinnatis, pinnis bilobis, spinosis, capitulis congestis. HALL. hist. tom. 1. n. 169.*



*Carduus* (lanceolatus) foliis decurrentibus pinnatifidis hispidis, laciniis divaricatis, calycibus ovatis spinosis villosis, caule piloso. LINN. spec. p. 1149.

*Cirsium lanceolatum*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1007.

*Carduus lanceolatus latifolius*. BAUH. pin. 385.

*Carduus lanceolatus*, s. *sylvestris*. DOD. BAUH. hist. III. p. 58.

Loc. Abunde ad sepes, & ruderata. BIENNE.

541. CIRSIUM palustre.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 83.

*Cirsium foliis spinosis decurrentibus dentatis, floribus erectis aggregatis, calycibus inermibus*. SCOP. Fl. Carn. p. 356. n. 3.

*Cirsium caule recto subnudo alato, foliis semipinnatis spinosis, calycibus molliter spinosis*. HALL. hist. tom. 1. n. 170.

*Carduus* (palustris) foliis dentatis decurrentibus, margine spinosis, floribus racemosis erectis, pedunculis inermibus. LINN. spec. p. 1151.

*Cirsium palustre*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1004. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 25.

*Cirsium pratense policephalon vulgare*. TOURN. inst. 448.

*Carduus policephalos angustifolius*. BAUH. prodr. p. 102.

Loc. Secus fossas pratorum humidorum, & locis inundatis in agro Pedemontano adinvenitur. BIENNE.

542. CIRSIUM medium tab. 49. f. 2.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 70.

*Carduus* (medius) foliis decurrentibus pinnatifidis, margine spinosis, caule unifloro, pedunculo longissimo, calycum squamis inermibus patentibus setaceis. GOUAN. Illustr. p. 62. tab. 24.

*Cirsium inclinatum*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 22.

Loc. In montibus circa Uneliam reperit Cl. DANA; etiam visum est a Cl. BELLARDI in montibus di Sospello, & di Tenda. BIENNE.

543. CIRSIUM carniolicum. SCOP. Fl. Carn. tab. 2. p. 128. n. 1005. tab. 54.

*Carduus rivularis*. JACQ. Fl. Austr. tab. 91.

Loc. Ad fluentes aquas in valle Ulciensi, & supra Garrexium. PERENNE.

544. CIRSIUM oleraceum.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 94.

*Cirsium foliis ciliatis amplexicaulibus inermibus flores comprehendentibus*. HALL. hist. tom. 1. n. 173.

*Cnicus* (oleraceus) foliis pinnatifidis carinatis nudis, bracteis subcoloratis integris concavis. LINN. spec. p. 1156.

*Carduus pratensis Acanthifolio, flore flavescente*. TOURN. inst. 441.

*Cirsium foliis ciliatis, capitulis in vertice inter totidem foliorum valla congestis tenuissime lanigeris*. GMEL. Sib. 2. p. 60. n. 48.

*Cnicus pratensis*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 14.

*Carduus pratensis latifolius*. BAUH. pin. 376.

*Carduus pratensis*. LOB. ic. 11. p. 11.

Loc. In umbrosis Nicaeensis agri. Franciscus PEYROLERI secus rivos in alpihus di Viù. In pratis di Grassoney, & Faussigny Cl. BELLARDI. PERENNE.

545. CIRSIUM erisithales.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 39.

*Cirsium foliis ciliatis imis ovatis, superioribus semipinnatis, floribus sessilibus obversis*. HALL. hist. tom. 1. n. 175.

*Cnicus* (erisithales) foliis amplexicaulibus pinnatifidis aristato-serratis, pedunculis cernuis, calycibus glutinosis. LINN. syst. 12. p. 531.

*Carduus foliis amplexicaulibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis spinuloso-ciliatis, calycibus glutinosis nutantibus*. JACQ. obs. 1. p. 28. tab. 17.

*Carduus erisithales*. JACQ. Fl. Austr. tab. 310.



*Cirsium* ( *erisithales* ) *foliis amplexicaulibus, pinnatifidis, caulibus inermibus.* SCOP. *Fl. Carn.* p. 357. n. 5. 6., ed. 2. n. 999.

*Carduus* ( *lycopifolius* ) *foliis acute serratis rigidis, & ovatis subtus incanis, caulinis basi pinnatifidis, caule unifloro.* VILL. *prosp.* p. 30.

*Cirsium acanthoides montanum.* SEGU. *ver.* 2. p. 157.

*Cirsium glutinosum.* LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 27.

*Loc.* In dumetis alpium, & ad oras sylvarum non infrequens; in monte *Cenisio*, & valle *Segusina* passim occurrit. Reperit etiam *Ignatius MOLINERI* secus torrentes in provincia *Aquensi* ad pagum *la Cà di Prà* loco dicto *le Ferrere*. Variat flore purpureo, & sulphureo. Etiam supra oppidum *S. Rafaele* loco spongioso vidit *Cl. BELLARDI.* *PERENNE.*

546. *CIRSIUM ochroleucum* N.

*Cirsium foliis pinnatis, pinnis ciliatis, squamis calycinis recurvis.* HALL. *hist.* 1. n. 174.

*Loc.* In descensu di *Col di Tenda Cl.* *BELLARDI.* *PERENNE.*

*DESCR.* Altitudo bipedalis; folia radicalia similia caulinis, sed majora; folia supra aspera sunt, sed viridia, inferius ex brevi hirsutiae subalbicaantia; folia pinnata ultra medium, pinnis lanceolatis dentatis, dentibus utrinque duobus, aut tribus majoribus, quibus denticuli minores accedunt; dentes, & denticuli, atque quaelibet prima in extremo suo spinulam pungentem proferunt. Majoribus foliis paria pinnarum decem, & ultra, sed hic numerus continuo minuitur. Brevibus auriculis etiam ciliatis non hamatis, folia caulem amplectuntur erecta. Caules firmi profunde striati rubentes continuo foliosi. Summo cauli insident quatuor, aut quinque flores ochroleuci congesti subsessiles, unum, aut alterum foliolum non pinnatum lanceolatum capitulo subjectum habentes. Tuba simplex. Flosculi profunde quinquefidi. Calyx viscidus ex subrotundo-conicus. Squamae lanceolatae in fine paullulum reflexae ex viridi-luteae spinula flavescente terminatae. Capitulum non est lanuginosum. Pappus plumosus.

547. *CIRSIUM spinosissimum.*

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 77. f. 1.*

*Cirsium foliis caulinis semipinnatis, pinnis angulosis spinosissimis, terminalibus mollibus hirsutis umbellam floralem comprehendentibus.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 172. tab. 5.

*Cnicus* ( *spinosissimus* ) *foliis amplexicaulibus sinuato-pinnatis spinosis, caule simplici, floribus sessilibus.* LINN. *spec.* p. 1157.

*Cirsium spinosissimum.* SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 1006.

*Carlina polycephalos alba.* BAUH. *pin.* 380.

*Carthamus involucratus.* LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 12.

*Loc.* Ubique in alpiibus frequens. *PERENNE.*

548. *CIRSIUM purpureum* N. tab. 36.

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 95.*

*Cirsium caule simplici folioso, floribus congestis terminato, foliis subtus incanis.*

*Loc.* In editis jugis *Alp Re.* *PERENNE.*

*DESCR.* Elegans haec *CIRSII* species proxima quidem est *CIRSIO* spinosissimo habitu suo, atque modo florendi, sed evidentibus notis manifestissime differt. Altitudo varia est a spithama una ad spithamas duas. Folia non modo humi strata, sed in toto caule dense congesta: caulina radicalibus similia sunt, lanceolatam formam habent fere ad medium pinnatifida, longo lanceolato fine. Pinnulae trilobae sunt lobulo medio duplo longiore, sed minores, & ultimae pinnulae bilobae sunt, lobo anteriore minore; non modo lobuli spina terminantur, sed totus ambitus foliorum, & pinnularum spinulis ciliatus est. Folia sunt supra obscurius virentia, inferius candicantia, atque auriculis rotundatis semiamplexicaulia; primum erecta sunt, deinde deflexa. Flores sunt purpurei in summa planta congesti, atque inter folia fere absconditi. Calyx ex squamis lanceolatis non reflexis, neque spinulosus.



## 549. CIRSIIUM pyrenaicum tab. 12.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 97.

*Carduus* (pyrenaicus) foliis decurrentibus oblongo-lanceolatis margine ciliatis, & spinosis utrinque tomentosis, floribus subsessilibus. JACQ. obs. 4. p. 11.

*Cirsium pyrenaicum altissimum*. TOURN. inst. 448.

*Carduus foliis opposite sinuatis amplexicaulibus, floribus terminalibus congestis sessilibus*.

GERARD. p. 179. n. 13.

*Carduus glomeratus*. LAM. Flor. Franc., tom. 2. p. 20.

Loc. Abunde circa thermas Vinadii, atque in pratis oppidorum Saint Remy, Bonaval, Berzes. PERENNE.

DESCR. Caulis bicubitalis striatus viridis glaber, crassitiem aequans digiti auricularis prope radicem. Folia habet alternatim sessilia, & auriculata decurrentia, fere pinnata, idest pinnis profunde incisa, pinnis raro dentatis, dentibus spina longiori terminatis, margo omnis brevibus spinis ciliatus est. Folia plana sunt non complicata. Caulis summus ternos, aut quaternos gerit florum; singulis subest foliolum caeteris simile; pedunculi flores araneosa lanugine breviter obducti. Folia, primum sat proxima, longiori sensim intervallo distant, ita ut summus caulis fere nudus sit. Flos purpureus, flosculis quinquefidis, segmentis linearibus erectis. Squamae calycinae numerosae imbricatae inermes lineares, apice reflexo. Thalamus pilosus. Pappus plumosus.

## 550. CIRSIIUM tartaricum.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 55. & Vol. XX. tab. 100.

*Cirsium foliis ciliatis semipinnatis, pinnis angulosis spinosis, superioribus amplexicaulibus*. HALL. hist. tom. 1. n. 176.

*Carduus* (tartaricus) foliis amplexicaulibus lanceolatis, serraturis spinoso-setaceis, floribus triphyllis. LINN. spec. p. 1155.

JACQ. Flor. Austr. tab. 90.

Loc. Pedemontii indigena planta est, sed locus memoria excidit. PERENNE.

DESCR. Folia radicalia petiolata, caulina sessilia amplexicaulia alis recta truncatis. Folia inferius albo tomento incano, supra splendide virentia non tomentosa, costa, & petiolo triangulari. Foliorum forma ex elliptico lanceolata, sed acuto fine; Radicalia marginem habent sinuato-denticulatum minimis spinulis ciliatum, majoresque spinulas ex dentibus exerunt: Caulina profundius incisa, pinnatifida sunt, & biloba, lobo uno plerumque longiori, tertius quandoque minimus accedit: Summa profundius fissa, & saepe non biloba. In summo caule quinque aut sex flores sessiles congesti, quibus unus, aut alter ramus uniflorus ex proximis summis foliis accedit. Calyces ex ovato-cylindrici parvi, squamis ex viridi-purpureis spinula alba terminatis. Spinulae in hac CIRSII specie, licet non valide, pungunt tamen.

## 551. CIRSIIUM tuberosum.

*Cirsium radicibus bulbosis, foliis semipinnatis, pinnis angulosis ciliatis, floribus nudis*. HALL. hist. tom. 1. n. 177.

*Carduus* (tuberosus) foliis petiolatis subdecurrentibus subpinnatifidis spinosis, caule inermi, floribus solitariis. LINN. spec. p. 1154.

*Carduus foliis lanceolatis ciliato-spinulosis, infimis laeviter decurrentibus, floribus solitariis, radice tuberosa*. JACQ. Vindob. p. 280. n. 79.

*Carduus pratensis asphodeli radice, foliis profunde, & tenuiter laciniatis*. BAUH. pin. 377.

*Cirsium pratense asphodeli radice, foliis tenuiter incisissimis*. TOURN. inst. 448.

*Cirsium bulbosum*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 23.

B. *Carduus pratensis asphodeli radice latifolius*. BAUH. pin. 377.

*Carduus bulbosus Monspeliensium, sive Acanthus sylvestris quibusdam foliis laciniatis*. BAUH. hist. III. p. 43.

*Cirsium pratense asphodeli radice latifolium*. TOURN. inst. 448.

Loc. Ubique in agro Nicaeensi, atque in valle Augustae Praetoriae. PERENNE.

## 552. CIRSIIUM canum.

*Carduus* (canus) foliis decurrentibus lanceolatis eroso-dentatis ciliato-aculeatis: utrinque arachnoideo-subvillosis. LINN. syst. 12. p. 529.



- JACQ. *Fl. Austr. tab. 42. & 43.*  
*Cirsium tomentosum radice bulbosa.* BAUH. *hist. III. p. 44.*  
*Carduus tuberosus.* JACQ. *Vindob. p. 289.*  
*Cirsium montanum maximum.* RAJ. *hist. 305.*  
*Loc. In montibus Tendae.* PERENNE.
553. CIRSIIUM helenioides *tab. 13.*  
*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 96. & Vol. XV. tab. 16.*  
*Cirsium foliis ciliatis subtus tomentosis, radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis, aut semipinnatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 180. tab. 7.*  
*Carduus (helenioides) foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, spinulis inaequalibus ciliatis, caule inermi.* LINN. *spec. p. 1155.*  
*Cirsium singulari capitulo squamato, vel incanum alterum.* BAUH. *pin. 377.*  
*Loc. Abunde in pratis fertilioribus editiorum montium, & praesertim secus fluentes aquas. Ignatius MOLINERI circa Tenda. Abunde circa thermas Vinadii, & Rodoret. Franciscus PEYROLERI in monte Grassonej, Boneval al Prè. Cl. BELLARDI inter Iliani, & Cima. Circa lacum montis Cenisii copiose.* PERENNE.  
*DESCR. Altitudo tripedalis, & sexpedalis. Folia semiamplexicaulia, auriculis rotundis, lanceolata, subtus incana denticulata usque ad medium minutis pinnulis ciliata, denticulis majorem spinam exerentibus. Caulis araneosa lanugine indutus longe foliis nudus, & semel, aut bis in longissimos pedunculos divisus. Calyx ventricosus conicus, floribus extra calycem instar Centaureae exertis. Flos purpureus quinquefidus fere bilabiatus, hoc est segmento uno profundius fisso, tuba purpurea; flosculorum pars inferior alba, qua parte purpureum colorem acquirit, inflectitur, & curvatur. Interni centrales flores minus incurvati, tuba longe extra florem protensa ad extremitatem suam violaceo colore intensius colorata incisa. Calycis squamae triangulares, apice tantum inter se recedunt, non reflexae. Calyx ea ratione qua semina grandescunt, ventricosior redditur, & cogit tubos flosculorum incurvari. Pappus sessilis plumosus sericeus multus. Receptaculum pilosum.*
554. CIRSIIUM heterophyllum *tab. 34.*  
*Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris, laciniatisque, caule subunifloro, calyce inermi.* LINN. *syst. 12. p. 530.*  
*Cirsium maximum asphodeli radice.* BAUH. *pin. 377.*  
*Loc. In jugo Col de la Maddalene.* PERENNE.  
*OBS. Suspicio helenioidis varietatem esse.*
555. CIRSIIUM serratuloides.  
*ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 101.*  
*Carduus foliis subamplexicaulibus lanceolatis integris, serraturis spinoso-setaceis, pedunculis unifloris.* LINN. *syst. 12. p. 530.*  
*JACQ. Fl. Austr. tab. 127.*  
*Carduus calycibus inermibus acutis, foliis utrinque viridibus firmis integerrimis, inaequaliter ciliatis.* GMEL. *Sib. 2. p. 52. tab. 22. & 23. f. 1.*  
*Cirsium serratuloides.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. p. 127.*  
*Cirsium pannonicum primum pratense.* CLUS. *hist. 148.*  
*Cirsium angustifolium non laciniatum.* BAUH. *hist. III. 377.*  
*Loc. Habeo inter stirpes Pedemontii indigenas.* PERENNE.
556. CIRSIIUM monspessulanum.  
*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 39.*  
*Carduus (monspessulanus) foliis decurrentibus lanceolatis subrepandis glabris inaequaliter ciliatis, pedunculis alternis, calycibus inermibus.* LINN. *spec. p. 1152.*  
*Cirsium monspellanum, folio longo glabro.* BAUH. *hist. III. p. 44.*  
*Cirsium foliis non hirsutis, floribus compactis.* BAUH. *pin. 377.*  
*Loc. Ad fossas, & fluentes aquas in Comitatu Nicaeensi, & in valle Exilliarum frequens, neque deest in proxima valle di Bardonache.* PERENNE.



## 557. CIRSIIUM arvense.

*Cirsium caule anguloso ramoso, foliis semipinnatis, pinnis angulatis spinosis, calycibus longis inermibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 171.

*Serratula (arvensis) foliis dentatis spinosis.* LINN. spec. p. 1149.

*Cirsium foliis lanceolatis dentatis spinosis, calycibus tomentosis inermibus aristatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 357. n. 4.

*Cirsium foliis lanceolatis, imis saepe varie incisus spinosis, capitulis oblongis mitioribus.* GMEL. Sib. 2. p. 56.

*Cirsium arvense.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 26.

*Cirsium arvense sonchifolio, radice repente, flore purpurascens.* TOURN. inst. 448.

*Carduus vinearum repens folio sonchi.* BAUH. pin. 387.

*Carduus serpens laevicaulis.* BAUH. hist. III. p. 59.

*Ceanothus Theophrasti.* COL. ephr. 1. p. 45.

Loc. Abunde in agro Pedemontano inter segetes, & ad fossas. PERENNE.

VIR. Exusta planta plurimum salis alkalini praebet, atque in usum vitrariorum agricolis exosa, & frequentissima planta converti posset.

## 558. CIRSIIUM acaule.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 33.

*Cirsium floribus acaulis.* HALL. hist. tom. 1. n. 178.

*Carduus (acaulis) acaulis, calyce glabro.* LINN. spec. p. 1156.

*Cirsium acaulos.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1010. LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 26.

*Carlina acaulis minore purpureo flore.* BAUH. pin. 380.

Loc. In pascuis, & ad vias; locis tamen montanis, & calidis minime rarum est; copiose in montibus Bugellensibus occurrit. PERENNE.

## 559. CIRSIIUM alpinum.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 45.

*Cirsium foliis ovato-lanceolatis dentatis, subtus tomentosis, calycibus villosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 179. tab. 6.

*Serratula (alpina) calycibus subhirsutis ovatis, foliis indivisis.* LINN. spec. p. 1145.

*Carduus mollis Lapathi folio.* CLUS. pann. 663.

Loc. Summas alpes incolit, & frigidiores, uti montis Vesuli, montis Cenisii, la Vanoesa, Bonaval, Montiseram, Alpe Rè, & alpes di Modane. PERENNE.

## 560. CIRSIIUM stellatum.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 46.

*Carduus (stellatus) foliis integris sessilibus lanceolatis inermibus subtus tomentosis, spinis ramosis axillaribus, floribus sessilibus lateralibus.* LINN. syst. 12. p. 350.

*Carduus humilis aculeatus, ptarmicae austriacae foliis.* TRIUMF. obs. 96. tab. 96.

Loc. In agro Nicaeensi ad vias secus arva. ANNUUM.

## ACARNA. LUDWIG. def. n. 478.

Calyx circumdatus bracteis foliaceis. Corollulae hermaphroditae quinquefidae.

Receptaculum paleaceum. Semina pappo plumoso coronata.

## 561. ACARNA cancellata.

*Atractylis involucris cancellatis ventricosus linearibus dentatis, calycibus ovatis, floribus flosculosis.* LINN. spec. p. 1162.

*Carduus parvus.* BAUH. hist. III. p. 93.

Loc. Ad rupes Montalbani in agro Nicaeensi, abunde in sterilibus praecalidis Comitatus Nicaeensis saepe occurrit. ANNUA.

OBS. Receptaculum paleaceum, paleis in duas, aut tres aristas abeuntibus. Semen villosum.



CARTHAMUS. VAILL. *act. paris.* 1718. p. 170. TOURN. *tab.* 258.

Calyx communis ovatus imbricatus, squamæ apice apendiculo foliaceo plane instructæ. Receptaculum pilosum. Semen nudum.

562. **C**ARTHAMUS tinctorius.

*Carthamus foliis ovatis integris serrato-aculeatis.* LINN. *spec.* p. 1162.

*Carthamus officinarum flore croceo.* TOURN. *inst.* 457.

*Carthamus, sive Cnicus.* BAUH. *hist.* III. p. 79.

*Cnicus vulgaris.* CLUS. *hist.* p. 152.

*Cnico.* MATTH.

*OFF.* Carthami flores, semina.

*VERN.* Safranon.

*LOC.* Ubique in aridis collibus *Nicaeensibus.* *ANNÆVS.*

*VIR.* Flores, & semina CARTHAMI alvum fortiter ducunt, & tenacem mucum absterunt: iis Medici utuntur in asthmate humido, ischiadico morbo, cachexia, hydrope &c. Flores drachmæ unius pondere dantur. Seminum in substantia dosis est a drachma una ad drachmas duas. In infuso autem, vel emulsione a drachmis duabus ad unciam semissem. Egregie inserviunt flores ad sericum, & lanam rubro colore tingendam, atque in calidis regionibus data opera hunc in finem CARTHAMUS excolitur.

*OBS.* CARTHAMI tinctorii semen certissime nudum est.

CARDUNCELLUS. ADANS. *fam.* 2. p. 116.

Calyx imbricatus squamis apendice foliacea auctis. Flosculi omnes hermaphroditi, limbo quinquefido. Receptaculum paleaceum. Semen pappo simplici coronatum.

563. **C**ARDUNCELLUS Monspelliensium.

*Carthamus (Carduncellus) foliis caulinis linearibus pinnatis longitudine plantae.* LINN. *spec.* p. 1164.

*Cnicus caeruleus humilis montislupi.* HERM. *Lugdb.* 164. TOURN. *inst.* p. 451.

*Eryngium montanum minimum capitulo magno.* BAUH. *pin.* p. 386.

*Carduncellus montislupi.* LOB. *ic.* 20. BAUH. *hist.* III. 92.

*Cnicus longifolius.* LAM. *Flor. Franc.* tom. 2. p. 13.

*LOC.* Ignatius MOLINERI in montibus interpositis oppido *Lucerame, & Lantosca.*

*PERENNIS.*

*OBS.* Semen pappo simplici inaequali deciduo coronatur.

ATRACTYLIS. VAILL. *act. paris.* 1718. p. 170.

Calyx imbricatus ex squamis foliaceis. Flosculi hermaphroditi quinquefidi. Semina coronata squamis foliaceis, non pappo.

564. **A**TRACTYLIS lanata.

*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab.* 19.

*Atractylis foliis cartilagineis reticulatis imis, semipinnatis, superioribus ovato-lanceolatis amplexicaulibus.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 192.

*Carthamus caule piloso superne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis, summis amplexicaulibus dentatis.* LINN. *spec.* p. 1163.

*Atractylis foliis amplexicaulibus dentato-spinosis, caule tomentoso, floribus flosculosis.* SCOP. *Flor. Carn.* p. 360.

*Atractylis lanata.* SCOP. *Flor. Carn. ed.* 2. n. 1016.

*Atractylis succo sanguineo, flore luteo.* HALL. *Helv.* 685.

*Cnicus Atractylis lutea dictus.* HERM. *Lugdb.*

*Atractylis Theophrasti, & dioscoridis succo sanguineo.* COL. *ecphr.* 1. p. 19. *tab.* 23.

*Atractile.* MATTH.



Loc. Abunde ad vias locis aridis, & declivibus, & fluminum sabulosis in agro Pedemontano. *ANNUA*.

*VIR.* Inusitata planta est, sed principiis, quae sensus persentit, vires activas promittit. Flores aemulantur flores Carthami, sed tamen iisdem non sunt substituendi.

CNICUS. LINN. *gen. n.* 833., *sys. n.* 926. TOURN. *tab.* 257.

Calyx bracteis, sive foliis obvallatus. Flosculi omnes hermaphroditi. Semina pappo coronata. Thalamus pilosus.

565. **C**NICUS ferox *tab.* 50.

*ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab.* 68.

*Cnicus foliis decurrentibus lingulatis dentato-spinosis, caule ramoso erecto.* LINN. *mant.* p. 109.

*Carduus lanceolatus validissimis aculeis.* TOURN. *inst.* 450.

*Carduus lanceolatus ferocior.* BAUH. *hist. III.* p. 58.

*Carduus ferox.* VILL. *prosp.* p. 30.

Loc. Abunde in montibus circa Tendam. Cl. DANA in collibus di Braus. *BIENNIS.*

*DESCR.* CNICUS ferox *Cirsio heriophoro* similis est; caulem firmum habet profunde sulcatum, & brachiatum, araneosa lanugine obsitum. Folia amplexicaulia lanceolata, profunde pinnatifida, pinnis simplicibus, & bilobis valida spina terminatis; non modo ambitus universus spinulosus est; sed etiam folii superficies strigosa, & spinulosa: magnum capitulum florum alborum, aut purpureorum singulos ramos terminat, quod bracteis linearibus strigosis in ambitu spinulosis circumvallatur. Squamae calycinae ut in *Cirsio eriophoro*.

566. CNICUS acarna.

*Cnicus foliis decurrentibus lanceolatis indivisis, calycibus pinnato-spinosis.* LINN. *spec.* p. 1158.

*Carduus caule alato spinoso, foliis spinosis, spinis duplicibus.* ROY. *Lugdb.* 133.

*Acarna major caule folioso.* BAUH. *pin.* 379.

*Acarnae similis flore purpureo, Camaeleon salmanticensis Clusii.* BAUH. *hist. III.* p. 91.

Loc. In Comitatu Nicaeensi frequens locis sterilibus saxosis & ad vias. *ANNUUS.*

CARLINA. LINN. *gen. n.* 836., *sys. n.* 929. TOURN. *tab.* 285.

Calyx hemisphaericus imbricatus, squamis exterioribus foliosis, interioribus planis siccis coloratis, instar radii dispositis. Thalamus paleaceus. Flosculi hermaphroditi quinquefidi. Semina pappo coronata.

567. **C**ARLINA acaulis.

*Carlina caule uniflora, flore brevior.* LINN. *spec.* p. 1160.

*Carlina caule uniflora.* HALL. *hist. tom. I. n.* 183.

*Chamaeleon albus dioscoridis.* LOB. *adv.* p. 367.

*Carlina acaulos magno flore.* BAUH. *pin.* 380.

B. *Carlina caulescens magno flore.* BAUH. *pin.* 380.

*Cameleone bianco.* MATTH.

*OFF.* Carlinae radix.

*VERN.* Ciardousse.

Loc. Ubique in sterilibus saxosis alpium. In montibus variare etiam caule multiflora vidit Cl. BELLARDI. *PERENNIS.*

*VIRT.* Flosculorum receptaculum, & summa radix tenera edulis, & non insuavis. Radix autem plantae adultae acrimoniam explicat, & adversus febres mali moris tanquam alexipharmacum commendatur. Continet autem principium acre, & resinosum, quo solida extimulat, humores solvit, atque perspirationem promovet. Dosis radice siccatae est a drachma una ad drachmas duas; recentis a drachmis duabus ad unciam semissem, atque solet frequentius ex aqua decoqui, quam in substantia exhiberi.



568. *CARLINA lanata.**ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 50.**Carlina caule bifido, calycibus sanguineis terminalibus: primo axillari sessili. LINN. syst. 12. p. 532.**Carlina squamis calycinis terminalibus purpurascens, floribus inferioribus proliferis.**GERARD. Fl. Gallopr. p. 183. n. 2.**Carlina flore purpuro-rubente patulo. TOURN. inst. 500. GARID. tab. 21.**Acarna flore purpuro-rubente patulo. BAUH. pin. 379.**Loc. Ad maris litus locis siccis. ANNUA.*569. *CARLINA corymbosa.**Carlina caule multifloro subdiviso, floribus sessilibus, calycibus radio flavo. LINN. syst. 12. p. 532.**Carlina squamis calycinis terminalibus longioribus, floribus inferioribus proliferis. GERARD. p. 184. n. 5.**Acarna capitulis parvis luteis in umbella. BAUH. pin. 379.**Loc. Passim in sterilibus Comitatus Nicaeensis, & Uneliae, similibusque locis supra Borgomasino legit Cl. BELLARDI. PERENNIS.*570. *CARLINA vulgaris.**ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 66.**Carlina caule multifloro corymboso, floribus terminalibus, calycibus radio albo. LINN. syst. p. 532.**Carlina foliis imis semipinnatis, pinnis angulosis, superioribus ovato-lanceolatis amplexicaulibus, calycinis herbaceis ciliatis. HALL. hist. n. 182.**Carlina sylvestris spinosior. BAUH. pin. 378.**Carlina sylvestris vulgaris. CLUS. hist. 2. p. 155.**Carlina sylvestris quibusdam, aliis Atractylis. BAUH. hist. III. p. 81.**Cardo volgare. MATTH.**Loc. In agro Pedemontano ubique locis aridis, praesertim collinis. ANNUA.*571. *CARLINA acanthifolia N. tab. 51.**ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 102.**Carlina acaulis foliis tomentosis semipinnatis plicatis, pinnis semibilobis pungentibus. MISC. TAUR. tom. 5. p. 67. n. 55.**Carlina (chardousse) acaulis, foliis sinuato-pinnatifidis palearum segmentis subulato-incrassatis radice bienni. VILL. prosp. p. 27.**Loc. Minus quidem frequens, quam CARLINA vulgaris, sed tamen rara non est; incolit autem loca lapidosa, atque soli exposita, neque ad montes inferiores, uti CARLINA vulgaris, descendit. Saepius occurrit in alpibus Valdensem. In montibus Braun, aliisque Sospello proximis frequentem vidit Cl. BELLARDI. BIENNIS.**DESCR. Planta acaulis, foliis chartaceis firmis lanuginosis Onopordi folia referentibus. Foliorum longitudo palmum excedit, eaque sunt pinnatifida, pinnis modo lobatis, modo simplicibus, pinnulae omnes dentatae, dentibus omnibus spinam validam exerentibus; Flos magnus sessilis, squamis coloratis albis circumvallatur bracteis lanceolatis, quae pinnatim positas spinas ternatas habent divergentes, intermedia longiore, & validiore ante floris aperturam; hae bractee pulchre reticulatum, sive cancellatum hemisphaerium repraesentant, quo aperto reflectuntur. Calycinae verae squamae multorum ordinum imbricatae lanceolatae apice purpurascens, non tamen spinosae; squamae demum interiores coloratae albae calycem mentientes lineari-lanceolatae sunt acutae, subtus nervosae, nervo unico ad apicem excurrente. Corollulae uniformes tubo pallido, limbo quinquefido sulphureo antherarum longitudinem non aequante. Semen pappo plumoso instructum.*



CENTAUREA. LINN. *gen. n.* 880. *syst. n.* 984. TOURN. *tab.* 254.

Calyx capitatus imbricatus squamis varie terminatus. Thalamus villosus, & setosus; Flosculi tubulosi quinquefidi in disco, neutri in radio diversimode divisi.

Semen setis, aut pappo simplici, vel plumoso, etiam aristis brevibus coronatum, rarissime nudum.

OBS. Difficile genus, neque commode in genera dirimi potest. In *CENTAUREA nigra* subnudum semen est, in *sempervirenti* nudum, in *solstitiali* semina nuda sunt, & setis etiam coronata. *Coniferae* semen ornatur pappo longo plumoso.

JACEÆ CALYCIBUS INERMIBUS LEVIBUS.

572. **C**ENTAUREA *crupina*.

*Centaurea calycibus inermibus, squamis lanceolatis, foliis pinnatis serratis.* LINN. *syst.* 12. p. 572.

*Centaurea calycibus inermibus, squamis lanceolatis, foliis pinnatifidis ciliatis.* GERARD. *Flor. Galloprov.* p. 184. n. 1.

*Jacea annua foliis laciniatis serratis, purpurascente flore.* TOURN. *inst.* 444. GARID. *Aix. tab.* 51.

*Condrylla foliis laciniatis serratis, purpurascente flore.* BAUH. *pin.* 130.

*Cyanus pulchro semine centaurii minoris.* BAUH. *hist.* III. p. 24.

*Centaurea acuta.* LAM. *Flor. Franc. tom.* 2. p. 49.

*Senecio carduus apulus.* COL. *ecphr.* 1. p. 32.

Loc. Ego in arvis agri *Segusiensis* observavi. TERRANEUS in vinetis di *Rivalba VALLE* in vinetis vallis *Exilliarum*. In vinetis, & sterilibus collium saepe occurrit. In collibus incultis agri *Nicaeensis* abunde oritur. *ANNUA*.

OBS. In *CENTAUREA crupina* receptaculum paleaceum est, paleis in aristam abeuntibus.

573. **C**ENTAUREA *alpina*.

*Centaurea calycibus inermibus, squamis ovatis obtusis, foliis pinnatis glabris integerrimis, impari serrato.* LINN. *spec.* p. 1286.

*Centaurium alpinum luteum.* BAUH. *pin.* 117. *prodr.* 56.

Loc. In *Sabaudia* non procul a *Bourg S. Maurice*. *PERENNIS*.

574. **C**ENTAUREA *centaurium*.

*ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab.* 13.

*Centaurea calycibus inermibus, squamis ovatis, foliis pinnatis, foliolis decurrentibus serratis.* LINN. *spec.* 1287.

*Centaurea calycibus squamosis, foliis radicalibus indivisis petiolatis, caule unifloro subnudo.* GERARD. p. 187. *tab.* 5.

*Centaurium majus, folio in lacinias plures diviso.* BAUH. *pin.* 117.

*Centaurium magnum.* DOD. *pempt.* 334.

*Centaurium majus juglandis folio.* BAUH. *hist.* III. p. 38.

Loc. *Thomas PRIM* in montibus *Fenestrellarum*. *Ignatius MOLINERI* inter *Bussolin*, & *Susa*. *PERENNIS*.

CALYCINIS SQUAMIS SERRATO-CILIATIS.

575. **C**ENTAUREA *phrygia*.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab.* 56. 76.

*Centaurea calycibus recurvato-plumosis, foliis indivisis oblongis scabris.* LINN. *syst.* 12. p. 572.

*Cyanus foliis subhirsutis ovato-lanceolatis amplexicaulibus dentatis, plumulis calycis reflexis.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 188. II. C. B.

*Centaurea calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis subserratis scabris.* GERARD. *Fl. Galloprov.* p. 185. n. 2.

*Jacea plumosa.* LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 51.



*Cyanus alpinus humilis capite villosus*. PONTED. dissert. p. 211.

*Jacea latifolia capite hirsuto*. BAUH. pin. 271.

*Jacea quarta austriaca capite villosus*. CLUS. hist. 2. p. 7.

Loc. Abunde in pratis montanis. PERENNIS.

576. CENTAUREA uniflora.

*Centaurea calycibus recurvato-plumosis, foliis lanceolatis subdentatis tomentosis*. LINN. mant. p. 118.

*Cyanus glumis calycis in plumulam reflexis terminatis, foliis longioribus molliter tomentosis*. HALL. Helv. 693.

*Cyanus alpinus lychnidis candidissimo folio, capite reticulato*. BOCC. mus. p. 20. tab. 2.

Loc. In pratis alpinis frequens, copiosissime in monte Cenisio, ubi quondam observavit BOCCONE. PERENNIS.

577. CENTAUREA nigra.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 9.

*Centaurea calycibus ciliatis, squamula ovata ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato-angulatis, floribus flosculosis*. LINN. spec. p. 1288. GERARD. Fl. Galloprov. p. 185. n. 4.

*Cyanus foliis radicalibus semipinnatis, caulinis ovato-lanceolatis, squamis calycis oblongis obtusis*. HALL. hist. tom. 1. n. 185.

*Jacea nigra*. LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 52.

*Jacea nigra laciniata*. BAUH. pin. 271.

*Jacea cum squamis ciliis instar pilosis*. BAUH. hist. III. p. 28.

Loc. Vulgatissima in pratis. PERENNIS.

VIR. Nostrates non infrequenter, & cum utilitate adhibent decoctum JACEÆ in herpete, impetigine, si agatur de iis hominibus, in quibus adest viscida, & lenta lymphæ conditio. Sine calore potenter abstergit, mucum resolvit, atque mucoso-salsa per lotii vias eliminat.

578. CENTAUREA montana.

*Centaurea calycibus serratis, foliis lanceolatis decurrentibus, caule simplicissimo*. LINN. spec. p. 1289.

*Cyanus caule unifloro alato, foliis ellipticis lanceolatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 190.

*Centaurea foliis simplicibus lanceolatis decurrentibus, caule simplici*. SCOP. Flor. Carn. p. 361. n. 1., ed. 2. n. 1022.

JACQ. Fl. Austr. tab. 371.

*Jacea alata*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 53.

*Cyanus montanus latifolius, seu verbasculum cyanoides*. BAUH. pin. 273.

*Cyanus montanus caule folioso, capitulo oblongo*. BOCC. mus. p. 20. tab. 2.

*Cyanus alpinus radice perpetua*. BAUH. hist. III. p. 23.

Ciano maggiore. MATTH.

B. *Cyanus montanus longiore, & angustiore folio belgicus*. H. R. Par.

Loc. In pratis irriguis alpinis frequens est. Varietatem B. legi in summitate altissimi Taurinensis collis Superga dicti. PERENNIS.

579. CENTAUREA triumfetti N.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 94.

*Cyanus alpinus major foliis incisis*. TRIUMF. obs. p. 26. MISC. TAUR. tom. 5. p. 68.

Loc. In monte Cenisio, & prope arcem Fenestrellarum. A CENTAUREA montana differre videtur non modo foliis constanter laciniatis, verum etiam ciliis squamarum albis, quae nigra in montana sunt. Interea ramen nolo sustinere insignem varietatem non esse. PERENNIS.

DESCR. Similis est CENTAUREÆ montanae, sed folia habet profunde pinnatifida, pinnis saepius duabus sine impari. Caulis striatus hirsutus angulosus ramosus, ramis in pedunculum uniflorum abeuntibus, decurrentibus foliis. Squamae capitulorum ciliatae, ciliis albis. Flosculi steriles radiantes bilabiati, labio superiori ex quatuor lineari-lanceolatis segmentis facto, inferiori ex duobus dilute caeruleis. Flosculi fertiles dilute purpurei, staminibus primum albis, deinde purpureis, antheris nigris



in tubum coalitis, stylo bicorni purpureo. Flosculi steriles antheris destituti tubam continent extra floris tubum non protensam albam, cujus stigma simplex est aliquantum incurvum. Semina sterilium vacua, nulloque calyce coronata. Semina autem fertilium ovata utrinque parum compressa brevibus setis coronata.

## 580. CENTAUREA cyanus.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 77.

*Centaurea foliis imis simplicibus dentatis, superioribus semipinnatis, supremis linearibus.*

SCOP. Flor. Carn. p. 361. n. 2. ed. 2. n. 1023.

*Centaurea calycibus serratis, foliis lanceolatis integerrimis, infimis dentatis.* LINN. spec. p. 1289.

*Cyanus foliis imis ellipticis dentatis, supremis linearibus, semiflosculis latissimis.* HALL. hist. 1. n. 191.

*Jacea segetum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 50.

*Cyanus segetum flore caeruleo.* BAUH. pin. 273.

*Cyanus.* BAUH. hist. III. p. 21.

*Ciano minore.* MATTH.

OFF. Cyanus.

VERN. Fior di gran.

LOC. Nihil inter segetes frequentius. ANNUA.

VIR. Ex floribus cum calycibus contusis cum aqua nivis destillando educitur aqua, quae ophthalmica habetur, atque in oculorum rubedine, lippitudine &c. adhibetur oculis abluendo: visum etiam acuere dicitur. Principia activa sunt laeviter abstergentia, & resolventia. Infusum florum dicitur urinam ciere. Semina insignem amaritiam habent, atque drachmae unius pondere alvum movent.

## 581. CENTAUREA paniculata.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 90.

*Centaurea calycibus ciliatis, squamis planis, foliis bipinnatis, rameis pinnatifidis linearibus, caule paniculato.* LINN. syst. 12. p. 573.

*Cyanus pinnulis foliorum pinnatis, linearibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 187.

*Centaurea foliis bipinnatis linearibus, caule paniculato.* SCOP. Fl. Carn. p. 363. n. 5., ed. 2. n. 1024.

JACQ. Fl. Austr. tab. 230.

*Jacea paniculata.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 50.

*Jacea foliis candicantibus laciniatis, calyculis non splendentibus.* TOURN. inst. 444.

*Stoëbe major, calyculis non splendentibus.* BAUH. pin. 273.

*Centaurii majoris species tenuifolia.* BAUH. hist. III. p. 31.

B. Eadem flore albo.

LOC. Incolit loca admodum sicca praesertim collina. Varietas B. nascitur ad rupes in agro Nicaeensi. BIENNIS.

## 582. CENTAUREA cineraria.

*Centaurea calycibus ciliatis terminali sessilibus, foliis tomentosis bipinnatifidis, lobis acutis.* LINN. spec. p. 1290.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 92.

*Jacea montana candidissima, staebe foliis.* BAUH. pin. 272. prodr. 128.

LOC. In montanis circa Lucerame. PERENNIS.

## 583. CENTAUREA scabiosa.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 41.

*Centaurea calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis.* LINN. spec. p. 1291.

*Cyanus foliis pinnatis, pinnis dentatis obtusis, squamis calycinis, triangulis ciliatis.*

HALL. hist. tom. 1. n. 186.

*Centaurea foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 36. n. 3. ed. 2. n. 1025.

*Jacea scabiosa.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 51.

*Jacea vulgaris laciniata flore purpureo.* TOURN. inst. 443.



*Scabiosa major squamatis capitulis.* BAUH. pin. 269.

*Centaureum collinum Gesneri, flore purpureo.* BAUH. hist. III. p. 32.

*Scabiosa maggiore.* MATTH.

Loc. In pratis aridioribus, arvis requietis, & locis sterilibus subalpinorum montium.  
PERENNIS.

CALYCINIS SQUAMIS ARIDIS SCARIOSIS.

584. CENTAUREA jacea.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 102. f. 2. Vol. XII. tab. 10.

*Centaurea calycibus scariosis laceris, foliis lanceolatis, radicalibus sinuato-dentatis, ramis angulatis.* LINN. spec. p. 1293.

*Rhaponticum foliis tomentosis, radicalibus, semipinnatis, caulinis lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 195.

*Rhaponticum jacea.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1017.

*Jacea nigra, squamoso capite major.* BAUH. pin. 271. TOURN. inst. 443.

*Jacea montana squamosa major, semine nigro.* BAUH. hist. III. p. 29.

Loc. In Sabaudiae pratis non infrequens, in Pedemontio rarissima; frequens tamen in pratis Pralugnan, & montis Rosa. PERENNIS.

VIR. Cl. LINNÆUS (fl. Svec. pag. 301.) refert colore flavo lanas, & sericum tingi. Planta vero ante florescentiam est colligenda, & in aqua cum alumine maceranda.

585. CENTAUREA amara.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 91.

*Centaurea calycibus scariosis, caulibus decumbentibus, foliis lanceolatis integerrimis.* LINN. spec. p. 1292.

*Jacea supina.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 53.

*Cyanoides montana squamata, flore purpureo.* PONTED. dissert. p. 219.

*Jacea nigra squamoso capite minor.* BAUH. pin. p. 271.

*Jacea squamato capite secunda montana.* CLUS. hist. 2. 56.

Loc. In asperis siccis collibus Taurinensibus augusto, & septembri floret. In pascuis etiam siccis sterilibus saxosis agri Pedemontani adinvenitur. PERENNIS.

586. CENTAUREA splendens.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tom. 104. & Vol. XXIV. tab. 11.

*Centaurea calycibus scariosis obtusis, foliis radicalibus bipinnatifidis: caulinis pinnatis, dentibus lanceolatis.* LINN. spec. p. 1293.

*Rhaponticum foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, pinnulis lanceolatis, calycibus nitidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 197.

*Centaurea calycibus squamosis, foliis radicalibus duplicato-pinnatifidis, caulinis dentato-lanceolatis.* ROY. Leyd. p. 142. n. 31.

*Jacea caliculis argenteis major.* TOURN. inst. 444.

*Stoëbe caliculis argenteis.* BAUH. pin. p. 273.

*Stoëbe squamata argentea.* BAUH. hist. III. p. 30.

Loc. Ignatius MOLINERI circa Verrua, & secus flumen Scrivia in agro Dertonensi. Cl. BELLARDI in vineis, & scopulis ad lacum Eporediae. BIENNIS.

587. CENTAUREA rhapontica.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 108.

*Centaurea calycibus scariosis, foliis ovato-oblongis denticulatis integris petiolatis subtus tomentosus.* LINN. spec. p. 1294.

*Centaurea foliis petiolatis lanceolatis ad pediculum emarginatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 160.

*Rhaponticum scariosum,* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 38.

*Centaureum majus folio helenii incano.* TOURN. inst. 449.

*Rhaponticum folio helenii incano.* BAUH. pin. 117.

*Centaureum majus, rhacapatatum folio enulae subtus hirsuto, & incano.* BAUH. hist. III. p. 41.

B. *Centaureum majus, folio helenii angustiore.* TOURN. inst. 449.



*Rhaponticum angusto folio incano*. BAUH. pin. 117.

Loc. Supra thermas *Vinadienses* editiora alpina pascua versus *Sanctuarium Sanctae Annae* inhabitat. *Felix VALLE* supra *Cels* in valle *Exilliarum*. *Franciscus PEYROLERI* in alpiibus dictis *immuni*, & *Pralugnan*, & supra ferri fodinas in valle di *Lanzo*. *Ignatius MOLINERI* in pratis prope *Col de l'Ors*, & supra *Tendam* loco dicto *Rifreid*, atque locis elatioribus circa *S. Ugo* in *Sabaudia*. Nascitur etiam in alpiibus *Safau*, & *la Marciossà*. PERENNIS.

588. CENTAUREA conifera.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 92.

*Centaurea calycibus scariosis, foliis tomentosis radicalibus lanceolatis, caulinis pinnatifidis, caule simplici*. LINN. spec. p. 1294.

*Centaureum majus incanum humile capite pini*. TOURN. inst. 449.

*Jacea montana incana capite pini*. BAUH. pin. 272.

*Jacea montana capite magno strobili*. BAUH. hist. III. p. 30.

Loc. In collibus aridis *Nicaeensibus* abunde. In valle *Maurianensi* circa *S. Martin*; Neque deest in valle *Segusina* regione dicta *Fossimagna*. PERENNIS.

CALYCINIS SPINIS PALMATIS.

589. CENTAUREA sonchifolia.

ICON. TAUR Vol. VIII. tab. 89. & Vol. XIII. tab. 28.

*Centaurea calycibus palmato-spinosis, foliis decurrentibus spinulosis repando-dentatis*. LINN. spec. p. 1294.

*Calcitrapa foliis ovatis decurrentibus, spinis calycinis palmatis*. HALL. Gott. 366.

*Carduus maritimus canescens alato caule*. TOURN. inst. 441.

*Jacea laciniata sonchifolia*. BAUH. prodr. 128.

*Calcitrapa sonchifolia*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 32.

Loc. Locis aridis collium *Nicaeensium*. PERENNIS.

590. CENTAUREA seridis.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 90.

*Centaurea calycibus palmato-spinosis, foliis decurrentibus tomentosis oblongis: infimis sinuato-dentatis*. LINN. spec. p. 1294.

*Jacea foliis seridis candicantibus, purpurea*. BAUH. pin. 272.

Loc. In agro *Nicaeensi*. PERENNIS.

591. CENTAUREA isnardi.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 12.

*Centaurea calycibus palmato-spinosis, foliis lyrato-dentatis hispidis subamplexicaulibus, floribus sessilibus terminalibus*. LINN. spec. p. 1295.

Loc. In vineis *Nicaeensibus*, & arenosis maritimis. PERENNIS.

592. CENTAUREA aspera.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 91. & Vol. XII. tab. 8.

*Centaurea calycibus palmato-spinosis, foliis lanceolatis dentatis*. LINN. syst. 12. p. 574.

*Centaurea calycibus palmato spinosis, foliis lanceolato-linearibus, sinuato dentatis*. GERARD. Fl. Galloprov. p. 188. n. 16.

*Carduus jaceae folio, capitulis minoribus cum squamis tricuspidibus*. TOURN. inst. 442.

*Stoëbe linifolia capite spinoso*. BARREL. ic. 308.

*Stoëbe squamis asperis*. BAUH. pin. 273.

*Jacea cum spinosis capitulis purpurea tenuifolia*. BAUH. hist. III. p. 33.

Loc. Locis sterilibus comitatus *Nicaeensis*. *Ignatius MOLINERI* secus flumen *Scrivia* in agro *Dertonensi*. PERENNIS.

593. CENTAUREA hybrida N.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 3.

Loc. Circa *Augustam Taurinorum*. BIENNIS.



*DESCR.* Singularem hanc CENTAUREÆ speciem primus animadvertit Cl. BELLARDI, postmodum & ipse vidi, inque horto colui. Una cum Cl. hoc viro puto ex CENTAUREA solstitialis, & paniculatae connubio progenitam fuisse, atque idcirco hybridæ appellatio eidem constituta est. Iis autem locis crescit, nempe in clivis declivibus circa urbem, in quibus crescit utraque CENTAUREA. Habitum habet CENTAUREÆ paniculatae, eademque altitudinem; folia similiter pinnata, sed ramea sunt lineari-lanceolata, indivisa, & decurrentia. Ramum quemlibet flos terminat paullo major quam in CENTAUREA paniculata. Flos exquisite luteus esse solet, sed admixtos interdum habet flosculos purpurascens: squamarum cilia spinulas inermes luteas offerunt, sed longa, valida, acuta, flava spina terminantur. Semina hæc CENTAUREA perficit.

594. CENTAUREA nicaeensis. N. tab. 74.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 85.

*Centaurea calycibus ciliato-spinosis, foliis viridibus asperis ovatis, radicalibus petiolatis dentatis, caulinis amplexicaulibus decurrentibus.*

Loc. Cl. BELLARDI circa Nicaeam legit. BIENNIS.

*DESCR.* Caules striato-angulati, cubitales, alterne ramosi. Folia radicalia petiolata, ovata, subdenticulata, viridia, asperiuscula: caulina ovato-linguiformia, amplexicaulia, decurrentia sinuata. Flos terminalis luteus, flosculis quinquefidis, quorum centralia fertilia, segmentis lanceolatis, radiantia sterilia, segmentis linearibus. Calycis squamæ ciliato-spinosæ, spinis luteis, impari longe validiori. Semen setis coronatum. Tota planta obscure viridis est, subaspera.

#### CALYCINIS SPINIS COMPOSITIS.

595. CENTAUREA calcitrapa.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 12.

*Centaurea foliis pinnatifidis, pinnis linearibus acutis dentatis, calycibus sessilibus.* SCOP.

Fl. Carn. p. 362. n. 4.

*Centaurea calycibus subduplicato-spinosis sessilibus, foliis linearibus pinnatifidis dentatis.*

LINN. syst. 12. p. 574.

*Calcitrapa foliis hirsutis, pinnatis, pinnis dentatis, floribus in alis sessilibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 194.

*Rhaponticum Calcitrapa.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1019.

*Calcitrapa stellata.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 34.

*Carduus stellatus foliis papaveris erratici.* BAUH. pin. 387.

*Carduus stellatus, sive Calcitrapa.* BAUH. hist. III. p. 89.

B. *Carduus stellatus, sive Calcitrapa flore albo.* H. R. Par.

*Calcatreppola.* MATTH.

OFF. *Carduus stellatus, sive Calcitrapa.*

Loc. Ubique ad vias locis sterilibus. Varietas B. frequens est in agro Nicaeensi. BIENNIS.

OBS. CENTAUREÆ calcitrapæ semen nudum est.

VIR. Folia CALCITRAPÆ insignem amaritiam habent, atque succus ex iisdem expressus unciarum duarum pondere ante paroxysmum exhibitus dicitur tollere febres intermittentes. Vires certo habet amaras, resolventes, & perspirationem moventes. Cortex radicis drachmæ unius quantitate, aut vino infunditur, aut exsiccatus in substantia exhibetur. Semen simili dosi datum potenter urinam movet, atque illud præsertim Medici commendant ad renes a calculo, & arenulis purgandos.

596. CENTAUREA solstitialis.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 11.

*Centaurea calycibus duplicato spinosis solitariis, foliis rameis decurrentibus inermibus lanceolatis, radicalibus lyrato-pinnatifidis.* LINN. spec. p. 1297.

*Calcitrapa caule alato, foliis tomentosis, radicalibus semipinnatis, caulinis lanceolatis dentatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 193.

*Calcitrapa solstitialis.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 34.

*Calcitrapa lutea vulgaris caule alato.* VAILL. HALL. Gotting. 366.



*Carduus stellatus luteus foliis Cyani*. BAUH. pin. 387.

OFF. Spina solstitialis. DOD. pempt. 734.

Loc. Vulgatissima locis aridis, & incultis agri Pedemontani. ANNUA.

OBS. In CENTAUREA solstitiali semina centralia setulis coronantur, reliquis nudis.

VIR. Flores, qui amari sunt apud Astenses adhiberi ad febres intermittentes tollendas indicavit Cl. BELLARDI.

597. CENTAUREA collina.

*Centaurea calycibus ciliatis inermibus spinosis foliis radicalibus bipinnatifidis, caule acutangulo*. LINN. syst. 12. p. 575.

*Calcitrapa collina*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 33.

*Jacea lutea capite spinoso*. BAUH. pin. 272.

Loc. Circa Augustam Taurinorum semel obviam venit. PERENNIS.

#### SPINIS SIMPLICIBUS.

598. CENTAUREA galactites.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 51.

*Centaurea calycibus setaceo-spinosis, foliis decurrentibus, sinuatis spinosis subtus tomentosus*. LINN. syst. 12. p. 575.

*Carduus tomentosus, capitulo minore*. BAUH. pin. 382.

*Carduus galactites*. BAUH. hist. III. p. 54.

Loc. Ubique abunde in Comitatu Nicaeensi, & collibus Uneliae. ANNUA.

599. CENTAUREA elegans N. tab. 49. f. 1.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 106.

*Centaurea caule simplici foliis indivisis linearibus, axillis unifloris, & flore terminali*.

Loc. Cl. DANA novam hanc CENTAUREÆ speciem legit in vinetis Uneliae. ANNUA.

DESCR. Altitudo cubitalis. Caulis rotundus simplex ex radice tereti, annua. Folia opposita, simplicia, lineari-elliptica, supra viridia, subtus incana, ambitu denticulato, denticulo spinuloso. Prima quidem folia opposita sunt, sed quae sequuntur alterna. Capitulum floris caulem terminat, sed inferiorum foliorum axillae uniflorae, flore pedunculato, pedunculo foliis breviori. Flos caeruleus. Capitulum oblongum. Squamae calycis multorum ordinum imbricatae, subulato-spinosae. Flores radiantes steriles.

## B. DISCOIDEÆ.

### 1. SEMINE NON PAPPOSO

CARPESIUM. LINN. gen. n. 852., syst. n. 948.

Calyx imbricatus foliosus. Flores disci hermaphroditi, ore quinquefido patulo.

Flores radii foeminei, ore non patulo. Placenta nuda.

600. CARPESIUM cernuum.

*Carpesium floribus terminalibus*. LINN. spec. p. 1203.

JACQ. Fl. Austr. tab. 204.

*Aster atticus foliis circa florem mollibus*. BAUH. pin. 266.

*Aster cernuus*. COL. ecphr. 1. p. 251. tab. 252.

*Chrysanthemum conyzoides cernuum foliis circa florem mollibus*. MORIS. hist. 3. p. 18. s. 6. tab. 5. f. 27.

Loc. In umbrosis montium, & collium, atque ad oras sylvarum. BIENNE.



TANACETUM. LINN. *gen. n.* 848., *sys. n.* 944. TOURN. *tab.* 261.

Calyx hemisphaericus imbricatus, squamis compactis. Flosculi disci hermaphroditi quinquefidi, in ambitu foeminei trifidi. Placenta nuda.

601. **TANACETUM** annuum.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 71.

*Tanacetum foliis bipinnatifidis linearibus acutis, corymbis tomentosis.* LINN. *spec. p.* 1184.

*Tanacetum floribus corymbosis, ramis summis primordialibus caule longioribus, foliis radicalibus bipinnatis, caulinis rameisque difformibus.* GOU. *Illustr. p.* 66.

*Tanacetum foliis bipinnatifidis linearibus acutis, ramis inaequatis, corymbis tomentosis.* ROY. *Leyd. p.* 155. n. 5.

*Elichryson.* CLUS. *hist. 1. p.* 325. *tab.* 326. LOB. *advers. p.* 331.

*Loc.* LOBELIUS *Nicaeae* collegit. In arvis *Nicaeensibus* secus flumen *le Var* non infrequens est. ANNUUM.

602. **TANACETUM** vulgare.

*Tanacetum foliis bipinnatis incisiss serratis.* LINN. *spec. p.* 1184.

*Tanacetum foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, acute dentatis.* HALL. *hist. 1. n.* 132.

*Tanacetum vulgare luteum.* BAUH. *pin.* 132.

*Tanaceto.* MATTH.

OFF. *Tanaceti herba.*

VERN. *Tnea.*

LOC. Ubique ad fossas, & fluentes rivulos. PERENNE.

VIR. Anthelmintica planta est, uteri motus hystericos compescit, menses, & lochia pellit, & dolores intestinorum etiam efficaciter mitigat. Inter Chamaemelum, atque Absinthium ponenda nobis planta esse videtur, quod ad vires atinet: flatus nimirum discutit, & motus nervorum spasmodicos sedat, sed agit principio minus volatili, & penetrante, quam agat Chamaemelum. Idem principium amarum, resolvens, antisepticum est sicuti in Absinthio, sed in TANACETO imbecillius est. In febribus intermittentibus autumnalibus, atque iis, quae hominibus hypocondriacis, aut foeminis hystericis adveniunt, aut diuturnam moestitiam consequuntur, utilis planta est. In fotu tumores etiam resolvit. Frequentior TANACETI usus est ad menses pellendos, atque opportunum maxime remedium hoc est in iis foeminis, quae mobiliores nervos habent. Dari potest aut succus ab uncia una ad uncias duas, aut summitates florentes ex jusculo decoquantur; frequenter praescribitur extractum a drachma semisse ad scrupulos quatuor.

SANTOLINA. LINN. *gen. n.* 847., *sys. n.* 942. TOURN. *tab.* 260.

Calyx imbricatus hemisphaericus, squamis conniventibus. Flores hermaphroditi quinquefidi uniformes. Placenta paleacea. Semina nuda.

603. **SANTOLINA** chamaecyparissus.

ICON TAUR. Vol. XXI. tab. 80. 81.

*Santolina pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis.* LINN. *spec. p.* 1179. HALL. *hist. tom. 1. n.* 123.

*Abrotanum foemina foliis teretibus.* BAUH. *pin.* 136.

*Polium Theophrasti, & Dioscoridis.* COL. *ecphr. p.* 54.

*Abrotano femmina.* MATTH.

OFF. *Abrotanum foemina.* *Santolina chamaecyparissus.*

LOC. Ad rupes circa arcem *La Brunetta* Ego ipse legi. *Franciscus PEYROLERI* in valle *Macrae* collegit. RAWOLFIUS prope *Tortonam* observavit (*De Gronov. fl. orient. p.* 105.) SUFFRUTEX.

VIR. Acris amara, aromatica, odore forti praedita planta est, quae *Artemisiae Abrotani* virtutes aemulatur. Calefacit, resolvit, stomachum roborat, & diaphoresim pellit. Ad menses movendos laudatur, atque in febribus mali moris, quae



calescentia permittunt, utilis extitura videtur. Sive folia in pulverem trita, sive flores similiter in pulverem redacti dosi drachmae unius dantur utiliter ad vermes necandos. Adhiberi etiam potest SANTOLINA in infuso aquoso, aut vinoso, sed dupla dosis esse debet. Vires insignes discutientes habet extrinsecus applicata in fotu, aut cataplasmate. Tineas fugat.

ANACYCLUS. LINN. *gen. n.* 869., *syst. n.* 969.

Calyx imbricatus hemisphaericus. Placenta paleacea. Flores disci quinquefidi hermaphroditi. Semina compressa nuda, in ambitu foeminae paucae.  
Corolla lingulata brevi integerrima. Semina alata apice emarginata.

604. **ANACYCLUS** valentinus.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 57.

*Anacyclus foliis decompositis linearibus, laciniis divisis teretiusculis acutis, floribus flosculosis.* LINN. *spec. p.* 1258.

*Chrysanthemum valentinum.* CLUS. *hist. 1. p.* 332.

*Bupthalmum lanuginosum, foliis mille folii.* BAUH. *pin. p.* 135.

*Buphtalmo tenuifolio simile.* BAUH. *hist. III. p.* 125.

*Chamaemelum tenuifolium, flore bullato aureo.* BARR. *rar. 1095. tab. 450.*

*Cotula flore luteo nudo.* TOURN. *inst. p.* 495.

*Anacyclus hirsutus.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 47.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUUS.

OBS. Flores foeminei quandoque desunt, atque existentium numerus varius est.

ARTEMISIA. LINN. *gen. n.* 849., *syst. n.* 945. TOURN. *tab. 260.*

Calyx imbricatus. Flosculi disci hermaphroditi quinquefidi, in ambitu foeminei subnudi.  
Placenta nuda, aut pilosa. Semina omnia nuda.

605. **ARTEMISIA** abrotanum.

ICON. TAUR. vol. XXIV. tab. 71.

*Artemisia foliis ramosissimis setaceis caule erecto suffruticoso.* LINN. *spec. p.* 1185.

*Artemisia abrotanum.* SCOP. *Fl. Carn. p.* 144.

*Abrotanum mas angustifolium.* TOURN. *inst. 459.*

*Abrotanum vulgare.* BAUH. *hist. III. p.* 192.

Loc. In pascuis, & sterilibus saxosis collium calidiorum *Liguriae*, Comitatus *Nicaeensis*, *Montisferrati*, & agri *Dertonensis* vulgaris planta est. PERENNIS.

VIR. Amara, aromatica, odore forti praedita planta *Abrotanum* est, atque iis principiis instructa, quibus valet discutere, humores solvere, perspirationem promovere, atque illam corruptionem, quae humorum lentorem sequitur, antevertere; vermibus inimica est. Externe adhiberi solet ad contusiones, & tumores discutiendos. Intus datur ad vermes necandos; in pituitosis foeminis juvat ad menses ciendos. Parum usitata planta est, licet magnas virtutes promittat. In febribus catharralibus malignis, in quibus plerumque est perspiratio promovenda, summae efficaciae esse crediderim. Exhibetur succus expressus dosi unius cochlearis, aut infusum ex uncia semisse, aut uncia una herbae *Abrotani* Theae in modum decoctae.

606. **ARTEMISIA** campestris.

*Artemisia caulibus procumbentibus, foliis primis sericeis adultis viridibus pinnatis, pinnis multifidis lanceolatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 131.

*Artemisia foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis.* LINN. *spec. p.* 1185.

*Abrotanum campestre caulibus rubentibus, vel albicantibus.* BAUH. *pin. 136. GARID. p. 2. tab. 1.*

*Artemisia tenuifolia, seu leptophylos, aliis Abrotanum sylvestre.* BAUH. *hist. III. p.* 194.

*Ambrosia altera.* MATTH.

OFF. *Abrotanum campestre.*



*Loc.* Ubique ad vias locis siccis, & arenosis. *PERENNIS.*

*VIR.* Vires *ARTEMISIA Abrotani* habet, sed multo imbecilliores, neque in usu est. Aliorum autem vegetabilium defectum etiam supplere potest in fotibus resolventibus, & discutientibus.

607. *ARTEMISIA Lobelii* N.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 79.*

*Artemisia (camphorata) foliis petiolatis palmato-multifidis linearibus, supremis simplicibus angulosis, receptaculo hirsuto. VILL. prosp. p. 31.*

*Abrotanum mas angustifolium minus. BAUH. pin. 136. ENUM. NIC. p. 67.*

*Abrotanum cum pulchris corymbis. BAUH. hist. III. p. 194.*

*Abrotanum odoratum humile, dense fruticosum. LOB. ic. 869. obs. 444. MISC. TAUR. tom. 5. p. 68.*

*Loc.* Secus viam inter *Tendam*, & *Nicaeam*. Supra *Garrexium* loco dicto *il Garbo della Luna*. In *apricis di Cougnè*, *Fenestrelles* etiam occurrit. In collibus *Liguriae* non infrequens. *PERENNIS.*

*VIR.* Nondum in usu recepta, quod sciam, haec planta est, sed odor validus balsamico-camphoratus, quem habet, suadet eminentiores adhuc, quam in *ARTEMISIA Abrotano*, eidem qualitates inesse.

608. *ARTEMISIA tanacetifolia* tab. 70. fig. 2. & tab. 10. fig. 3.

*Artemisia foliis bipinnatis subtus tomentosis nitidis, pinnis transversis, racemis simplicibus. LINN. spec. p. 1188.*

*Abrotanum pumilum, floribus magnis sessilibus raris longe spicatis. SPEC. PEDEM. p. 46.*

*Loc.* In supercilio altissimi jugi *la Croix* supra *Mirabouc*. In monte dicto *le gran Paré* prope *Sestrieres. PERENNIS.*

*DESCR.* Radix ramosa fibrosa rubra plura capita fundit. Folia radicalia petiolata, petiolo supra plano semitereti, qui tamen caulis initium vaginae in modum amplectatur. Foliorum forma ex ovato acuminata; color cinereus; superficies hirsutiae tomentosa. Petiolum planum subfoliosum pinnae colligit quinque ad octo sine impari. Pinnae non omnino oppositae, iterum pinnatae, petiolo tunc omnino folioso, pinnulae profundo-tridentatae, lobulis longe ellipticis acutis; dens alter saepe accedit ita, ut pinnulae quadridentatae sint, aliae bidentatae. Pinnulae tres, aut quatuor sine impari, extrema pinnula bidentata, aut tridentata. Folia caulina similia, sed secundae pinnulae solent simplices esse. Summa folia elliptico-lanceolata integerrima. Caulis unicus, altitudine spithamae unius cum dimidio crassus sulcatus. Spica florum composita caulis terminatur, atque ex omnibus alis foliorum spicula prodit, sive potius florum racemus; primi racemi quinqueflori, deinde quadriflori, triflori, biflori, uniflori. In spica caulem terminante stipula, sive folium lineare ubique pedunculum fulcit: pedunculi uniflori. Calyx hemisphaericus ex squamis imbricatis duorum ordinum viridibus ovatis, margine nigro membranaceo. Discus fere planus; ambitus cingitur flosculis foemineis nudis stylo profunde bifido instructis. In flosculis hermaphroditis stylus bicornis, corniculis reflexis, vix extra flosculum porrigitur; tubus flosculorum hermaphroditum virens, sed campanula sulphurea. Flores nutantes unilaterales. Receptaculum nudum, & semen nudum. Caules, & pedunculi evidentius tomentosi. Pro locorum varietate superior foliorum pagina hirsuta, aut glabra est, atque pinnulae pauciores sunt. Spica etiam simplex, atque talis est, quam in SPECIMINE STIRPIUM PEDEMONTII descripsi (pag. 46.). Varietas elatior, atque hirsuta cinerea est ne *ARTEMISIA insipida* Cl. *VILL. prosp. p. 32.?*

609. *ARTEMISIA vulgaris.*

*ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 24.*

*Artemisia foliis pinnatifidis planis incisis subtus tomentosis, racemis simplicibus recurvatis, floribus radio quinquefloro. LINN. syst. 12. p. 542.*

*Artemisia foliis pinnatis inferne tomentosis, pinnis acute dentatis, spica paniculata. HALL. hist. tom. 1. n. 130.*

*Artemisia vulgaris major. BAUH. pin. 137.*



*Artemisia.* MATTH.

OFF. *Artemisiae herba.*

VERN. *Artemisia.*

LOC. Ubique ad fossas, & semitas locis minime siccis. PERENNIS.

VIR. Menses, & lochia retenta movendi vim aliquam habet. Leviter aromatica planta, salino, & oleoso principio, quo praedita est, aliquam utique habet vim resolventem, & aperientem, sed non eas meretur laudes, quae passim a veteribus eidem datae sunt. Frequenti in usu est ad lochia pellenda, menses etiam promovere potest, sed in mensium suppressione, lochiisque retentis ad valentiora praedia veniendum esse iteratae observationes docuerunt. Adhibetur in infuso, sed saepissime usui venit aqua stillatitia. Moxa Chinensium nihil aliud est nisi turunda ex ARTEMISIAE lanugine compacta; ea accensa dolentes partes lenissimo igne inurantur, ut materia dolorem faciens discutiatur, & ad exteriora attrahatur.

610. ARTEMISIA absinthium.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 73.

*Artemisia foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pendulis, receptaculo villosa.*

LINN. spec. p. 1188.

*Absinthium foliis incanis pinnatis, pinnis primis bilobatis, pinnulis incisiss lanceolatis, spicis heteromallis, floribus pendulis.* HALL. hist. tom. 1. n. 124.

*Absinthium vulgare.* LAM. Fl. Franc., tom. 2. p. 45.

*Absinthium ponticum, seu romanum officinarum, seu Dioscoridis.* BAUH. pin. 138.

*Absinthium vulgare majus.* BAUH. hist. III. p. 168.

Assenzo. MATTH.

OFF. *Absinthii vulgaris herba.*

VERN. *Insens.*

LOC. In saxosis apricis, & ad vias uberrime. Locis montanis, subalpinisque frequens.

Circa la Brunetta, & Fenestrellarum arces copiosissime nascitur, neque rara est in valle fluminis Sturae Cuneensis, alpibusque maritimis; ubique certissime spontanea. In Sabaudia sponte crescere etiam adnotavit Joannes BAUHINUS. PERENNIS.

VIR. Amarissimum *Absinthium* est odore gravi praeditum, & subaromaticum; major pars principiorum, quibus constituitur, aquosum menstruum exoptulat. Continet autem oleum etiam essenziale. Volatilia sunt haec principia ita, ut per exsiccationem, & decoctionem plurimum suarum virium amittat. *Absinthium* acidum potenter corrigit, mucum abstergit, calefacit, humores solvit, & sanguinem fluidiorem reddit. Fibras ad vegetiorem motum excitat, ac insignem vim habet antisepticam, atque anthelminticam. Principia autem activa hujusce plantae non modo penetrantia sunt, sed etiam non ita facile mutabilia, ut lac non modo, sed & carnes animalium, quibus *Absinthium* datum est, amarore inficiat. Externus *Absinthii* usus utilis est ad tumores discutiendos, potenter sanguinem in contusionibus coactum resolvit, & gangraenam cohibet praesertim cum aqua maris, aut aqua salsa conjunctum. Intus datur utiliter ad stomachi vim erigendam, & nauseam tollendam, si morbus pendeat ex mucositate, & fibrae laxitate. Hujusmodi autem stomachi mala praesertim sequuntur diuturnas moestitias. Planum est ex dictis inopportunitatem esse *Absinthii* usum, si stomachi aegritudo fuerit cum sensu doloris conjuncta, ex irae pathemate morbus natus fuerit, si bilis acris, & mordax ventriculum lacessat, atque spasmodicus affectus fuerit, sive causa morbi in stomacho haereat, sive aliunde per nervorum consensum adveniat. Cum bilis vices quodammodo suppleat, convenit in acido primarum viarum, morbisque duodeni ex defectu, aut inertia bilis provenientibus. Mala etiam hepatis, quae facit bilis iners, tollit, sed eo in casu salina saponacea utiliter adjunguntur. Quum vasa hepatis expediat, bilem vitiosam corrigit, atque insignem habeat vim antisepticam, minime mirum est etiam valere *Absinthium* ad febres intermittentes, atque in iis praesertim locum habere, quae autumnis tempore incidunt, aut cachexiam proxime videntur illaturae; minime autem probaverim in vernalibus, atque aestivis, quae saepe sunt cum magno bilis aestu conjunctae. Bilis viridis, quae sensim ad sanguinem fertur, atque non modo sangui-



nem, verum etiam & alios humores inficit, solet vim irritabilitatis, & nervorum tonum labefactare, atque ad febres putridae, aut etiam peticularis indolis disponit. Praeter emetica, & tempestive exhibita purgantia medicamenta initio morbi data, ea requiruntur, quae effectibus hujusce bilis se se opponant; inter ea vero praesidia, quae hanc utilitatem praebent non infimo loco ponendum est infusum *Absinthii* cum succo limonum, aliisque acidis exhibitum. Hanc autem efficacitatem iterata mihi experimenta confirmarunt. In chachexia, & hydropse incipiente multum valet infusum *Absinthii*, cujus vis pro opportunitate etiam intenditur illorum remediorum additione, quae possunt lotii secretionem promovere, quam utique nequit *Absinthium* ciere. Patet ex dictis non esse in solo *Absinthii* usu spem collocandam, si viscerum obstructions hydropis, & cachexiae originem praebent, neque sufficere, si laxitas fibrarum causa morbi extiterit, sed in eo casu praesertim juvare, cujus remota causa quaerenda est in imbecilla vi sthomatici, atque inde debilitata vi sanguinis. Vinum absynthites in usu frequenti est ad appetitum dejectum erigendum, & sthomatici actionem excitandam. Tincturae sthomaticae *Absinthium* solent recipere. Extractum *Absinthii* datur a drachma semisse ad drachmam unam. Conserva duplo majori dosi praescribitur. Sal essenziale similes cum extracto proprietates habet. Sal fixum sive ex cineribus elicatum incidens, solvens, aperiens est, atque generatim in iis morbis in quibus alkalini sales fixi adhibentur, praescribitur. Resinosis extractis, ut ea magis solubilia reddantur, & minus intestinorum parietibus adhaereant, adjicitur. Eo succus limonum saturatus extemporaneum, & usitatum remedium est ad vomitum sistendum, vere utile iis in casibus, praesertim in quibus reliquiae vitiosae bilis sthomaticum irritando ejusdem motum pervertunt. Idem succus aqua dilutus potionem facit opportunam in febribus biliosis: bilem enim corrigit, atque ejusdem per alvum evacuationem promovet. Minime praetermittam salem *Absinthii* cum succo limonum datum ante accessionem quandoque febres intermittentes sustulisse. Haec vis febrifuga pendet ex virtute antiseptica corrigente bilem, priusquam ex primis viis ad sanguinem transeat paroxysmum proxime latura, aut etiam per reliquias, quae in sanguine supersunt, instar fermenti agens alias accessiones renovatura.

## 611. ARTEMISIA arborescens.

*Artemisia foliis compositis multifidis linearibus, floribus subglobosis, caule frutescente.*  
LINN. spec. p. 1188.

*Abrotanum latifolium arborescens.* BAUH. pin. 136.

*Absinthium arborescens.* LOB. ic. 753.

Loc. Pedemontii indigena est testimonio Petri CORNALIA. FRUTEX.

VIR. In usum non venit, atque ex sapore, & odore ABSINTHIO multo imbecillior videtur.

## 612. ARTEMISIA pontica.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 74.

*Artemisia foliis duplicato-pinnatis, pinnulis paralellis tomentosis.* HALL. Gott. 372. hist. 1. n. 129.

*Artemisia foliis multipartitis subtus tomentosis, floribus subrotundis nutantibus, receptaculo nudo.* LINN. spec. p. 1187.

JACQ. Fl. Austr. tab. 99.

*Artemisia fruticosa, foliis infra cinereis duplicato-pinnatis acutis linearibus, corymbis incanis subrotundis nutantibus.* GMEL. Sib. tom. 2. p. 121. n. 105.

*Absinthium ponticum tenuifolium incanum.* BAUH. pin. 138.

*Absinthium tenuifolium.* DOD. pempt. 24.

OFF. *Absinthium ponticum.*

VERN. *Insens gentil.*

Loc. Ex montibus di Sospello habui. Nascitur etiam supra Garrexium loco dicto il Garbo della Luna. PERENNIS.

VIR. ARTEMISIAE *Absinthii* vires aemulatur, sed debiliores. Minorem amaritiam habet, sed aliquam majorem gratiam aromaticam. Sunt autem qui *Absinthii*



*vulgaris* gravem amaritiam ferre nequeant, atque etiam ab odore laedantur, ut pueri, foeminae, & homines delicatuli; iis saepe opportunior est ARTEMISIA *pontica*.

## 613. ARTEMISIA caerulea.

*Artemisia foliis caulinis lanceolatis integris, radicalibus multifidis, flosculis foemineis ternis.* LINN. syst. 12. p. 543.

*Artemisia foliis linguiformibus tomentosis, floribus longis spicatis cernuis.* HALL. Gott. 373.

*Absinthium maritimum lavandulae folio.* BAUH. pin. 139.

*Absinthium angustifolium.* DOD. pempt. 126.

B. *Absinthium maritimum foliis superioribus in aliquot lacinias divisis.* BAUH. pin. 139.

*Assenzo maritimo, ovvero Serifio.* MATTH.

*Loc. Nicaeense litus inhabitat.* PERENNIS.

*VIR.* Locis maritimis Absinthio *vulgari* substituitur, minorem autem efficaciam habet.

## 614. ARTEMISIA vallesiaca N.

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 2.*

*Artemisia foliis tomentosis multifidis, floribus erectis longe spicatis, pene sessilibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 128. MISC. TAUR. tom. 5. p. 68.

*Absinthium seriphium montanum candidum.* BAUH. pin. 139. TOURN. inst. p. 458.

*Absinthium vallesianum tenuifolium candidum, sive herba alba.* BAUH. hist. III. p. 179.

*Loc.* Abunde in valle Augustae Praetoriae, praesertim inter Giambava, & Nuss. PERENNIS.

*VIR.* In usum, quod sciam, non venit, sed gratus fortis odor aromatico-camphoratus Absinthii *maritimi*, sive Absinthii *seriphii* virtutes in excelso gradu promittit non quidem vi antiseptica, & stomachum corroborante, sed vi resolvente Absinthium videtur superare.

## 615. ARTEMISIA rupestris.

*Artemisia foliis pinnatis, caulibus adscendentibus, floribus globosis cernuis, receptaculo papposo.* LINN. syst. 12. p. 542.

*Absinthium ex alis floridum, foliis angustis sericeis pinnatis, pinnis trifidis, & quinquefidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 126.

*Artemisia (Mutellina) foliis petiolatis multifidis; floribus pedunculatis axillaribus, terminalibusque, receptaculis hirsutis, calyce anguloso.* VILL. prosp. p. 31. tab. 19. fig. 2.

*Absinthium laxum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 46.

*Absinthium alpinum incanum.* BAUH. prodr. p. 71.

*Assenzo alpino IV.* PONA Baldo p. 21.

*Loc.* Abrupta summorum alpium incolit, & frequens est in valle *Vinadii*, & *Valderii*. PERENNIS.

## 616. ARTEMISIA Boccone N. tab. 8. fig. 1.

*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 35. f. 1.*

*Artemisia foliis sericeis, radicalibus petiolatis pinnatis incis, caulinis semipinnatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 127.

*Absinthium pumilum, palmeum minus argenteo, sericeoque folio.* BOCC. mus. p. 81. tab. 71. BARR. p. 462.

*Absinthium spicatum foliis petiolatis bis trifidis, caulinis pinnatis.* SPEC. PED. tab. 1. f. 2.

*Artemisia foliis pinnatis pilosis, ramis adscendentibus, floribus oblongis suberectis.* GMEL. Sib 2. tab. 49.

*Loc.* Incolit praerupta loca editiorum, & frigidarum alpium. Supra *Fenestrelles*, & supra *Jaillon*, & *Cormajour* copiose provenit. PERENNIS.

*Obs.* Eam descripsi in SPECIMINE STIRPIUM *Pedemontii*. Recte a rupestri separavit Cl. HALLERUS.

## 617. ARTEMISIA glacialis. tab. 8. fig. 3. &amp; tab. 9. f. 1.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 93. & Vol. XIV. tab. 35. f. 2.*



*Artemisia foliis palmatis multifidis sericeis, caulibus adscendentibus, floribus glomeratis fastigiatis.* LINN. syst. 12. p. 542.

*Absinthium foliis sericeis petiolatis pinnatis, pinnulis trifidis, & quinquefidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 125. EMEND. 2. n. 72. & EM. V. n. 51.

JACQ. Fl. Austr. append. tab. 35.

*Artemisia foliis palmatis multifidis, caulibus erectis hirsutis, floribus fastigiatis erectis, receptaculo papposo.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 215.

*Absinthium congestum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 46.

*Absinthium alpinum candidum humile.* BAUH. prodr. p. 71. SPEC. PEDEM. p. 1. tab. 1. f. 3.

OFF. *Absinthium alpinum, sive Genepi.*

Loc. Oritur abunde ad summa scopulosa juga *Valdensium*, in reliquis alpibus paullo rarior. PERENNIS.

OBS. Hujus iconem exhibet tab. VIII. fig. 3. Varietatem insignem praebet tab. X. f. 1. cujus descriptionem dedi loco citato. Alteram varietatem habui ex alpibus *di Viù*, in qua flores non sunt in summa planta congesti, axillae autem foliorum praebent florem longe pedunculatum, & duos aut tres tantum flores terminales.

VIR. Hae tres ARTEMISIAE species, nimirum *rupestris*, *Boccone*, & *glacialis*, *Genipi* nomine veniunt apud nostrates Alpicolas, atque iis est quasi sacra anchora ad perspirationem suppressam restituendam, ad lateris dolores, & febres intermittentes. Plurimum calefacit, principia Absinthii habet, sed tenuia, volatilia, aromatica; vere sudorem movet, atque iis in casibus, in quibus diaphoretica valida locum habere possunt, opportunum, & efficax medicamentum praebet. Pleuritis, quae in agro *Pedemontano* frequentior est, cum saepius oriatur ex vitiosa bile erisipelatosam in pulmonibus inflammationem faciente, raro admodum *Genipi* usum permittit, eo vel maxime quod frequentissime partim per miliaria exanthemata solet morbus judicari, quae excretio neque debet urgeri, neque, decedente morbo, prohiberi. Idcirco perraro valentiora diaphoretica opportuna esse possunt. Quod attinet ad febres intermittentes, in iis commendo, quae ex suppressa perspiratione subito nascuntur. Vidi profuisse ad superandum frigus febrile, quod in debilibus senibus, atque in quartana febre interdum periculum portendit. Opportunissimum etiam exitit *Genipi* in febribus sive catharralibus, sive mali moris cum torpida perfrigeratione conjunctis, in quibus prosunt aromatica, attenuantia, atque vim vitae excitantia. Magnae etiam utilitates ex theiformi harum stirpium infuso habentur in febribus catharralibus aliquid maligni habentibus, quarum cita curatio posita est in usu remediorum antisepticorum attenuantium, & perspirationem promoventium. Inopportuno corticis Peruviani usum in febribus malignis, aut praeproperum in febribus intermittentibus, continuis ex suppressa perspiratione genitis, sive bilis vitiosa lympham infecerit, eique adhaereat, sive serum vitiose concreverit, magna mala consequuntur: febres nimirum obscuriores redduntur, sed virium dejectio, torpor, sensuum hebetudo, & stupiditas, torpida totius corporis aliqua perfrigeratio, praecordiorum anxietas suspiria cogens non sine sibilo. Hisce autem in casibus ad vim vitae excitandam, coactos humores solvendo, perspirationem promovendam, atque prohibendam, ne humores per stasim magnam corruptionem ineant, aut materia morbosa in visceribus per decubitum subsideat, utile est Absinthii *alpini* infusum affatim exhibitum, quod attenuantes proprietates antisepticas aromaticis conjungit. *Genipi*, sive *Absinthium alpinum* adhibetur in infuso a pugillo uno ad pugillos duos, aut etiam tres.

MICROPUS. LINN. gen. n. 892. syst. n. 996.

Calyx pentaphyllus calyculatus. Placenta nuda. Flores disci masculi, corolla quinquentata, styli rudimentum habentes, & abortientes. In ambitu flores foeminei nudi. Semina nuda squamis calycinis inclusa.

618. MICROPUS supinus.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 33. f. 1.

*Micropus caule procumbente foliis geminis.* LINN. syst. 12. p. 580.

*Micropus foliis floralibus oppositis, fructibus muricatis.* GOU. Illustr. f. 74.



- Filago supina*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 60.  
*Gnaphalodes lusitanica*. TOURN. *inst.* 439.  
*Gnaphalodes lusitanica echinato semine*. PLUK. *alm.* 171. tab. 187.  
 Loc. Nicaee ad maris litus. ANNUUS.

## 619. MICROPUS erectus.

- ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 13.  
*Micropus caule erecto, calycibus edentulis solitariis*. LINN. *spec.* p. 1313.  
*Filago, s. Impia capitulis compressis*. VAILL. *Paris.* 52.  
*Leontopodium verius Dioscoridis*. BARR. *ic.* 296.  
*Gnaphalium minus latioribus foliis*. BAUH. *pin.* 263.  
 Loc. Ignatius MOLINERI in sterilibus vallis Stafora; nascitur etiam in valle Segusina, & inter Ivrea, & Seutimo Vittone, & circa Oulx. ANNUUS.

FILAGO. LINN. *gen. n.* 891. *syst. n.* 995.

Calyx imbricatus. Flores disci mares, quadrifidi staminibus quatuor instructi, styli rudimentum habentes, & abortientes. In ambitu foeminei; corolla bifida.  
 Semina compressa margine brevi membranaceo instructa squamis fere inclusa.

## 620. FILAGO acaulis.

- ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 91.  
*Filago floribus acaulibus sessilibus, foliis floralibus majoribus*. LINN. *syst.* 12. p. 580.  
*Filago maritima capite folioso*. TOURN. *inst.* 454.  
*Gnaphalium roseum hortense*. BAUH. *pin.* 263. *prodr.* 122. BARR. *ic.* 127.  
*Gnaphalium umbellatum minimum*. BAUH. *hist.* III. 162.  
 Loc. In stagnis exsiccatis Nicaeensibus. ANNUA.  
 OBS. Receptaculum habet squamosum. Semina membranula coronantur, non pappo.

## 2. SEMINE PAPPIS CORONATO.

GNAPHALIUM. LINN. *gen. n.* 650. *syst. n.* 946. TOURN. *tab.* 261.

Calyx imbricatus ex squamis nitentibus, & coloratis. Flores aut hermaphroditi, & foeminei in eodem thalamo, aut etiam sexu tota planta distincti.  
 Semina instructa pappo simplici. Placenta nuda.

## 621. GNAPHALIUM staechas.

- ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 79.  
*Gnaphalium fruticosum foliis linearibus, ramis virgatis, corymbo composito*. LINN. *syst.* 12. p. 544.  
*Filago foliis linearibus, oris contractis, ramis simplicissimis, umbella convexa terminatis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 145.  
*Elichrysum, seu Staechas citrina angustifolia*. BAUH. *pin.* 264.  
*Staechas citrina tenuifolia Narbonensis*. BAUH. *hist.* III. p. 154.  
*Gnaphalium citrinum*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 62.  
*Staechas citrina*. DOD. *pempt.* 268.  
 Loc. Abunde in aridis collibus Nicaeensibus, & in Monteferrato, ac Provincia Dertonensi praesertim in arenosis secus flumina. PERENNE.

## 622. GNAPHALIUM margaritaceum.

- ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 31.  
*Gnaphalium herbaceum, foliis lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule superne ramoso, corymbis fastigiatis*. LINN. *spec.* p. 1198.  
*Filago foliis lanceolatis viridibus subius tomentosus, floribus umbellatis*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 146.  
*Elichrysum latifolium Americanum*. TOURN. *inst.* p. 453.



*Gnaphalium americanum*. CLUS. hist. p. 327.

Loc. Spontanea, & indigena planta est, in monte *Cenisio* visa a *Petro CORNALIA*.  
In agro *Taurinensi* loco dicto *Vanchia* vidit *Cl. BELLARDI*. *PERENNE*.

623. GNAPHALIUM luteo-album.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 83. fig. 2.

*Gnaphalium herbaceum* foliis semiamplexicaulibus ensiformibus repandis obtusis utrinque pubescentibus, floribus conglomeratis. LINN. spec. p. 1196.

*Filago* foliis mollissimis tomentosis obtusis, umbella convexa electrina. HALL. hist. tom. 1. n. 147.

*Elychrisum sylvestre* latifolium, capitulis conglobatis. BAUH. pin. 264.

*Gnaphalium ad Staechadem citrinam* accedens. BAUH. hist. III. p. 160.

*Chrysocoma citrina supina latifolia italica*. BARR. ic. 367.

Loc. Abunde secus rivulos, & fluentes aquas in agro *Nicaeensi*. *TERRANEUS* in aridis collium *Montisferrati*. Crescit etiam in muris subhumidis collium *Taurinensium*. *ANNUUM*.

624. GNAPHALIUM dioicum.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 94. f. 2. & Vol. XI. tab. 81.

*Gnaphalium sarmentis* procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici, floribus dioicis. LINN. syst. 12. p. 545.

*Filago* flagellis reptans sexu distincta, flosculis omnibus androgynis. HALL. hist. tom. 1. n. 157.

*Elichrysum montanum* flore rotundiore. TOURN. inst. 453. GARID. Aix. tab. 31.

*Gnaphalium montanum* flore rotundiore. BAUH. pin. 263.

*Pilosella minor*. CLUS. hist. p. 330.

*Elichrysum montanum* longiore folio, & flore. TOURN. inst. 453.

*Gnaphalium montanum* longiore folio, & flore. BAUH. pin. 263.

OFF. *Hispidula*.

Loc. In aridis montium subalpinorum uberrime; in collinis editioribus quoque occurrit. *PERENNE*.

VIR. *Hispidula* pulmonem corroborare dicitur, laudata ad tusses a destillationibus ortas. Galli frequenti in usu habent, atque utuntur syrupo *Hispidulae*, aut florentis plantae infuso. Vis pendet a principio quodam glutinoso subadstringenti.

625. GNAPHALIUM supinum.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 83. fig. 1.

*Gnaphalium caule* herbaceo simplicissimo procumbente, floribus sparsis. LINN. app. p. 234.

*Filago caule* simplicissimo, spica pauciflora terminato. HALL. hist. tom. 1. n. 149.

*Gnaphalium supinum* lavandulae folio. BOCC. tab. 85. p. 107.

*Gnaphalium* (medium) foliis oblongo-lanceolatis; spica foliosa pauciflora. VILL. prosp. p. 31. tab. 19. f. 1.

Loc. Ubique apud nos frequens in summis sterilibus alpium pascuis. *PERENNE*.

OBS. *Cl. BELLARDI* suspicatur unice varietatem esse *GNAPHALII sylvatici*, quod in humilioribus montibus etiam ramosus est longa spica praeditum, simplex in paullo editioribus, atque ea proportione, qua alpes ascendit, continuo brevior spicam, denique nullam habet, squammarum autem color pro locorum varietate diversus est, nempe nigricans, ferrugineus, aut etiam spadiceus.

626. GNAPHALIUM alpinum.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 83. f. 1.

*Gnaphalium caule* simplicissimo, capitulo terminali aphylo, floribus oblongis. LINN. spec. p. 856.

*Filago caule* simplici, umbella pauciflora, calycis basi tomentosa. HALL. hist. n. 150.

*Filago alpina* minor erecta. SCHEUCHZ. It. 2. p. 133.

*Gnaphalium fuscum*. SCOP. Fl. Carn. edit. 2. p. 1048. tab. 57.

Loc. In editioribus montis *Cenisii*, & vallis *Augustae Praetoriae*, & *Valdensium*, uti etiam in catena montium *Grassoney*. *PERENNE*.



627. GNAPHALIUM leontopodium.  
 ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 94. f. 1.  
 Gnaphalium caule non ramoso, umbella tomentosa longis foliis insidente. HALL. Helv. 701.  
 Filago caule simplicissimo, capitulo terminali, bracteis hirsutissimis radiato. LINN. spec.  
 p. 1312.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 86.  
 Filago floribus sessilibus umbellatis, foliis tomentosis, umbellam excedentibus. HALL. hist.  
 tom. 1. n. 152.  
 Filago stellata. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 58.  
 Filago alpina capite folioso. TOURN. inst. 454.  
 Gnaphalium alpinum magno flore, folio oblongo. BAUH. pin. 264.  
 Gnaphalium alpinum pulchrum. BAUH. hist. III. p. 161.  
 Gnaphalium alpinum. CLUS. hist. p. 328.  
 Leontopodio vero. MATTH.  
 Loc. Frequentissime occurrit in saxosis umbrosis pascuis alpium. PERENNE.
628. GNAPHALIUM uliginosum.  
 Gnaphalium herbaceum, caule ramoso diffuso, floribus confertis terminalibus. LINN. spec.  
 p. 1200.  
 Filago caule ramosissimo, diffuso, umbella sessili terminatrice. HALL. hist. tom. 1. n. 151.  
 Gnaphalium ramosum. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 65.  
 Gnaphalium humile ramosum capitulis nigris. RAJ. p. 295.  
 Loc. Ad oras lacuum, locisque olim inundatis. ANNUUM.
629. GNAPHALIUM sylvaticum.  
 ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 93.  
 Gnaphalium caule simplici, pedunculis lateralibus multifloris, foliis semiamplexicaulibus  
 lanceolato-linearibus. SCOP. Fl. Carn. p. 367. n. 4. ed. 2. n. 1046. tab. 56.  
 Gnaphalium caule herbaceo simplicissimo erecto, floribus sparsis. LINN. syst. 12. p. 545.  
 Filago foliis linearibus, alis spiciferis. HALL. hist. tom. 1. n. 148.  
 Elichrysum spicatum. TOURN. inst. 453.  
 Gnaphalium majus angusto oblongo folio alterum. BAUH. pin. 263.  
 Gnaphalium rectum. BAUH. hist. III. p. 160.  
 Leontopodio falso. MATTH.  
 Loc. In arenosis sylvarum subalpinarum non infrequens. Locis montanis, &  
 collinis abunde. BIENNE.
630. GNAPHALIUM germanicum.  
 ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 83. f. 3.  
 Gnaphalium caule dichotomo sphaeris floralibus in angulo divisionis sessilibus. HALL.  
 Helv. 702.  
 Filago panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirsutis, foliis acutis. LINN.  
 spec. p. 1311.  
 Filago caule dichotomo, corymbo sphaerico in angulo sessili. HALL. hist. tom. 1. n. 153.  
 Filago vulgaris. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 61.  
 Filago, seu Impia. DOD. pempt. p. 66.  
 Gnaphalium vulgare majus. BAUH. pin. 262.  
 Gnaphalium germanicum. BAUH. hist. III. p. 158.  
 Gnaffalio vulgare. MATTH.  
 OFF. Filago, sive herba impia.  
 Loc. Frequens in agris sterilibus, & sabulosis saxosis ad vias. ANNUUM.
631. GNAPHALIUM arvense.  
 Gnaphalium caule erecto ramosissimo, glomerulis florum ad alas longe sessilibus. HALL.  
 Helv. 702.  
 Filago floribus conicis lateralibus, caule paniculato. LINN. spec. p. 1311.  
 Filago caule recto ramosissimo, foliis mollissimis, tomentosis, florum acervis sessilibus  
 in picas coalescentibus. HALL. hist. tom. 1. n. 154.



*Gnaphalium arvense*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 1051.*

*Filago incana tomentosa erecta*. VAIL. *acad. 1719. p. 391.*

*Filago altera*. DOD. *pempt. 67* TOURN. *inst. 434.*

Loc. Secus flumen *Duriam* in aridis sabulosis, & declivibus. *ANNUUM.*

632. **GNAPHALIUM gallicum.**

*Filago (gallica) caule erecto dichotomo, floribus subulatis axillaribus, foliis filiformibus* LINN. *spec. p. 1312.*

*Filago florum acervulis insidentibus, foliis filiformibus*. HALL. *hist. tom. 1. n. 156.*

*Gnaphalium minimum alterum Stoechadis citrinae foliis tenuissimis*. PLUK. *alm. 172. tab. 298. f. 2.*

*Gnaphalium vulgare tenuifolium*. BAUH. *hist. III. p. 159.*

Loc. In sterilibus *Canapicensium*, & *Montisferrati*. In vineis oppidi *la Morra Cl. BELLARDI. ANNUUM.*

**STÆHELINA**. LINN. *gen. n. 844., syst. n. 938.*

Calyx oblongus imbricatus ex squamis coloratis. Flores hermaphroditi quinquefidi. Placenta paleacea. Seminum pappus plumosus.

633. **STÆHELINA dubia.**

*Stæhelina foliis linearibus denticulatis, squamis calycinis lanceolatis, pappo calycibus duplo longiore*. LINN. *spec. p. 1176.* GERARD. *Fl. Galloprov. p. 190. n. 1. tab. 6. ENUM. NIC. p. 73.*

*Serratula conica*. LAM. *Fl. Franc., tom. 2. p. 40.*

*Jacea capitata Rosmarini folio*. TOURN. *inst. 445.* GARIDEL. *cum icone.*

*Elicrysum sylvestre flore oblongo*. BAUH. *pin. 265.*

Loc. GIUDICE legit in agro *Nicaeensi*. Thomas PRIM supra *Piossasco*. Ignatius MOLINERI in agro *Dertonensi. SUFFRUTEX.*

**CHRYSOCOMA**. LINN. *gen. n. 845., syst. n. 939.*

Calyx imbricatus. Placenta nuda. Flores hermaphroditi uniformes quinquefidi. Seminum pappus simplex.

634. **CHRYSOCOMA linosyris** *tab. 11. fig. 2.*

*Chrysocoma herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis*. LINN. *spec. p. 1178.*

*Chrysocoma foliis linearibus, petiolo subflore intumescente*. HALL. *Helv. 703.*

*Conyza linariae folio*. TOURN. *inst. 455.*

*Linaria folioso capitulo luteo major*. BAUH. *pin. 203.*

*Heliocrisos tragi, sive linaria III.* BAUH. *hist. III. p. 151.*

Loc. Thomas PRIM circa arcem *Fenestrellarum* & *Cesanne* reperit. In *Liguria*, & *Montisregalis* provincia saepe nascitur. Ego ipse etiam legi in *Valdensium* jugo *Col du Pis*, & in *Segusiorum* valle. Locis argillaceis, & apricis nasci solet. Abunde circa *S. Martin*, *S. Michel Maurianensium*, & circa *Lombardore*, & *Caselette. PERENNIS.*

DESCR. Pedunculi foliosi uniflori, neque videntur sub flore intumescere. Calyx imbricatus ex squamis linearibus acuminatis laxis multo brevior ipso pappo. Flores omnes androgyni aequales profunde quinquefidi, segmentis non revolutis. Tuba usque ad extremum anulum antherarum bifida, & extra florem exerta, stigmatibus apice hastatis. Receptaculum cum brevioribus setis. Pappus pilosus per aetatem rufescit. Calyx imbricatus ex squamis quatuor plerumque ordinum, quarum apex acutus est, & versus florem inflexus. Icon data exhibet singularem varietatem ramosam, atque foliis non erectis, sed veluti flexuosis instructam.



EUPATORIUM. LINN. *gen. n.* 842., *syst. n.* 935. TOURN. *tab.* 259.

Calyx oblongus imbricatus. Flores uniformes hermaphroditi quinquefidi, stylo longissimo bifido. Placenta nuda. Seminum pappus plumosus.

635. **EUPATORIUM** cannabinum.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 52.

*Eupatorium foliis digitatis*. LINN. *spec. p.* 1173.

*Eupatorium foliis ovato-lanceolatis tripteris*. HALL. *hist. tom. 1. n.* 136.

*Eupatorium foliis oppositis serratis sessilibus integerrimis*. GOU. *hort. 430. n.* 1.

*Eupatorium cannabinum*. BAUH. *pin.* 320.

*Eupatorium adulterinum*. BAUH. *hist. II. p.* 1065.

*Eupatorio volgare*. MATTH.

OFF. *Eupatorium cannabinum*, seu trifolium cervinum.

LOC. Frequentissimum ad fossas, & fluentes aquas. PERENNE.

VIR. Principia habet ex oleosa substantia, & sale volatili urinoso, & fixo repetenda. Saporis acris est, & amari, odorisque gravis. Vires habet calefacientes, resolventes, & aperientes, commendaturque ad lotium ciendum, & viscerum infarctus resolvendos. Menses etiam pellit, & maxime convenit in cachexia, & febribus autumnalibus intermittentibus, quae saepe cum viscerum obstructione conjunctae sunt. Extrinsecus adhibitum sive per emplastrum, sive per fotum tumores aedematosos resolvit: ulcera etiam scorbuticorum decocto EUPATORII cum utilitate abluuntur. Datur succus EUPATORII ab uncia una ad uncias duas. Extractum a drachma semisse ad drachmam unam. Folia, aut summitates florentes manipuli unius mensura in libra una aquae decoquantur. Radix ad pugillum vino infusa dicitur alvum, & vomitum movere, sed proprias observationes non habeo.

CONYZA. LINN. *gen. n.* 654., *syst. n.* 950. TOURN. *tab.* 259.

Calyx imbricatus subrotundus. Flores disci hermaphroditi quinquefidi, in ambitu foeminei. Corolla trifida, lingulata, aut nulla. Seminum pappus simplex. Placenta nuda.

636. **CONYZA** squarrosa.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 43.

*Conyza foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboso, calycibus squarrosis*. LINN. *syst. 12. p.* 547.

*Conyza foliis ovato-lanceolatis rariter serratis, floribus umbellatis*. HALL. *hist. 1. n.* 135.

*Conyza vulgaris*. LAM. *Fl. Franc., tom. 2. p.* 73.

*Conyza major vulgaris*. BAUH. *pin.* 265.

*Conyza major Matthioli baccharis quibusdam*. BAUH. *hist. III. p.* 1051.

*Conyza*. CAM. *epit.* 612.

*Coniza maggiore*. MATTH.

LOC. Non infrequens ad semitas locis apricis collium *Taurinensium*, & montium subalpinorum. PERENNIS.

VIR. In usum minime venit, officinis parum nota, sed odor ipse grate aromaticus, & oleosum principium, quod eam digitis terendo se prodit, vires resolventes, & aperientes videntur commonstrare. TRAGUS inter Emmenagoga recenset.

637. **CONYZA** saxatilis.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 77. fig. 1.

*Conyza foliis linearibus subdentatis, pedunculis longissimis unifloris*. HORT. CLIFF. 401. ENUM. NIC. p. 71.

*Heliocrysum saxatile singulari capitulo, acuto, & angusto Staechadis folio*. BOCC. *mus part. 2. 142. tab.* 104.

*Elichryso sylvestri flore oblongo similis*. BAUH. *pin.* 265. *prodr.* 123. *tab.* 123.

LOC. Frequens ad muros in Comitatu *Nicaensi*. SUFFRUTEX.



*DESCR.* Flosculi centrales hermaphroditi, in circuitu foeminei. Hermaphroditorum tubus albus longus longitudine pappi. Supra pappum erigitur campanula ore quinquentato, dentibus reflexis; supra florem se offerunt antherae in annulum collectae, & supra antheras apparet tuba bifida flosculorum. Foeminarum tubus albus absque campanula. Antherae nullae, tuba profundius bifida, & longior. Embryones omnium fertiles.

## 638. CONYZA sordida.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 77. f. 2.*

*Conyza foliis linearibus integerrimis, pedunculis longis trifloris, caule suffruticoso. LINN. mant. obs. p. 466.*

*Elichrysum sylvestre angustifolium, capitulis conglobatis. BAUH. pin. 264.*

*Stachadi citrinae affinis capitulis parvis raris squamosis in pappos evanescentibus. BAUH. hist. III. 156.*

*Loc. Ad rupes, & vetustos muros in Comitatu Nicaeensi, & Uneliensi. PERENNIS.*

**TUSSILAGO.** LINN. *gen. n. 856., syst. n. 952. Tourn. tab. 276.*

*Calyx ex squamis non conglutinatis. Flosculi numerosi saepius hermaphroditi in disco, foeminei in ambitu. Pappus simplex.*

639. **T**USSILAGO alpina.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 69.*

*Tussilago scapo subnudo unifloro, foliis cordato-orbiculatis crenatis. LINN. spec. p. 1213.*

*Petasites scapo unifloro, foliis reniformibus. HALL. hist. tom. 1. n. 142.*

*Petasites scapo unifloro, flosculis in ambitu foeminiis tubulosis. Ejusdem Helv. 707.*

*Petasites scapo saepius unifloro folioso; foliis orbiculatis crenato-dentatis. SCOP. Fl. Carn. p. 369. n. 2.*

*Tussilago sylvestris. SCOP. Fl. Carn. 2. p. 157.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 246.*

*Tussilago alpina secunda glabro folio. CLUS. hist. p. 113.*

*Tussilago alpina rotundifolia glabra. BAUH. pin. 197.*

*Asarina. MATTH.*

*Loc. Ubique in alpihus frequens ad saxosa subhumida, seu in pratis, seu in jugis. PERENNIS.*

640. **TUSSILAGO** farfara.

*Tussilago scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis angulatis denticulatis. LINN. spec. p. 1214.*

*Petasites scapo unifloro, flore radiato. HALL. hist. tom. 1. n. 143.*

*Tussilago scapo squamoso unifloro, flosculis in radio lingulatis. BOHEM. Fl. Lips. p. 74. n. 167.*

*Tussilago corollis radiantibus, scapo unifloro, foliis orbiculato-cordatis angulosis. NEKER. tom. 2. p. 351.*

*Tussilago vulgaris. Tourn. 487. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 71.*

*Tussilago vulgaris. BAUH. pin. 197.*

*Tussilago. BAUH. hist. III. p. 563.*

*Tussilagine. MATTH.*

*OFF. Farfarae, seu Tussilaginis folia, flores.*

*VERN. Farfara.*

*Loc. Ubique locis humidis vulgatissima. PERENNIS.*

*VIRT. TUSSILAGO amara leviter est subadstringens non sine principio aliquo glutinoso demulcente. Ab omni tempore laudata, & adhibita est contra tussim, etiam in phtysicis. Multiplici ratione in usum deducitur, aut ex aqua decocta bibitur, aut decoctae plantae vapor, vel convolutorum, & combustorum foliorum fumus per cannulam hauritur. Puto non immerito inter pectoralia medicamenta recenseri, atque prodesse posse ad tussim leniendam, & tonum fibrarum paulisper firmandum. Judico tamen non sufficere ad acrem destillationem demulcendam, & con-*



tinendam, neque posse humores paullo firmiter in pulmonibus collectos resolvere, & expedire, multoque minus phrusicorum curationem fecisse. Flores, folia, & radix ad eosdem usus adhibentur.

641. TUSSILAGO alba.

ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 47.

*Tussilago thyrso fastigiato, flosculis foemineis nudis paucis.* LINN. spec. p. 1214.

*Petasites spicis laxis umbellatis, flosculis plerisque androgynis.* HALL. hist. tom. 1. n. 139.

*Petasites minor.* BAUH. pin. 197.

Loc. Vulgaris in locis umbrosis irriguis montanis, & collinis. PERENNIS.

642. TUSSILAGO hybrida.

*Tussilago thyrso oblongo, flosculis foemineis nudis plurimis.* LINN. spec. p. 1214.

*Petasites floribus spicatis pendulis, petiolis multifloris, calycibus aequalibus, flosculis paucissimis androgynis.* HALL. hist. tom. 1. n. 140.

*Tussilago floribus spicatis, flosculis paucissimis hermaphroditis.* BOHEM. Lips. p. 75. n. 169.

Loc. In umbrosis alpibus di Viù. PERENNIS.

543. TUSSILAGO petasites.

*Tussilago thyrso ovato, flosculis foemineis nudis paucis.* LINN. syst. 12. p. 550.

*Petasites floribus dense spicatis, flosculis androgynis.* HALL. hist. 1. n. 138.

*Tussilago flosculis omnibus tubulosis fertilibus monoclinis, scapo imbricato thyrsoifloro.*

NEKER. tom. 2. p. 350.

*Tussilago floribus spicatis, flosculis omnibus hermaphroditis.* BOHEM. Lips. p. 75. n. 168.

*Petasites major, & vulgaris.* BAUH. pin. 197.

*Petasites vulgaris rubens rotundiore folio.* BAUH. hist. III. p. 566.

*Tussilagine maggiore.* MATTH.

OFF. Petasites major.

Loc. Frequentissime in umbrosis, & umidis pratis, praecipue secus rivulos, & torrentes cum in collibus *Taurinensibus*, tum in montanis, & subalpinis. PERENNIS.

VIR. Vulgaris, sed apud nos inusitata, subacris aromatica stirps, vim habet humores attenuandi, & sudores propellendi. Maximae utilitatis esse in affectionibus pectoris acutis a pituita, atque speciatim in febribus catharralibus petechizantibus, certiore me fecit Cl. Praeceptor meus *Bartholomaeus CACCIA* quondam in hoc Lyceo Botanices Professor. Verno autem tempore, atque succo turgens radix est effodienda. Dosis diligenter siccatae radice est ab uncia semisse ad unciam unam, atque solet in decocto exhiberi.

CACALIA. LINN. gen. n. 841. syst. n. 933. TOURN. tab. 258.

Calyx cylindricus ex paucis squamis conglutinatus, ut monophyllus videatur.

Flosculi pauci hermaphroditi quadrifidi. Placenta nuda.

Seminum pappus simplex.

644. CACALIA alpina.

Varietas glabra.

*Cacalia foliis reniformibus serratis, supremis linearibus, calycibus coloratis subsexfloris.*

VILL. prosp. p. 30.

*Cacalia pyrenaica Alliariae folio.* TOURN. inst. p. 452.

*Cacalia foliis reniformi-cordatis acutis denticulatis.* LINN. syst. 12. p. 536.

*Cacalia foliis cordatis serratis longissime petiolatis, floribus umbellatis.* HALL. hist. 1. n. 137.

*Tussilago alpina, seu montana.* DALECH. Lugd. p. 1052.

*Cacalia glabro folio.* CLUS. Pannon. p. 501.

*Cacalia foliis cutaneis acutioribus, & glabris.* C. B. SCHEUCHZ. It. 1. p. 32.

B. Varietas hirsuta.

*Cacalia foliis reniformibus hastatis, caulinis stipula dilatata insidentibus, calycibus 3-6 floris.*

*Cacalia incano folio.* CLUS. hist. 115.



*Cacalia foliis crassis hirsutis.* BAUH. pin. 198.

C. Varietas tomentosa.

*Cacalia foliis reniformibus candidissimis, calycibus hirsutis subvigintifloris.* VILL. prosp. p. 31.

*Petasites floribus spicatis erectis, foliis calycinis lanceolatis, flosculis paucissimis androgynis.* HALL. hist. tom. 1. n. 141.

*Cacalia tomentosa.* BAUH. pin. 198.

*Tussilago thyrso fastigiato, floribus radiatis.* LINN. spec. p. 1214.

Loc. Varietas *glabra* frequens est in montanis, & subalpinis locis subhumidis; amat etiam dumeta umbrosa. Frigidis, & editioribus saxosis alpium locis provenit *hirsuta*. Varietas *tomentosa* incolit loca lapidosa, & aprica summarum alpium. *Tomentosam* ab aliis genere separarunt *celeberrimi* HALLERUS, & LINNÆUS. *Clarissimus* VILLARS omnes ad CACALIÆ genus retulit. Ego pro varietatibus habeo, quum viderim *tomentosam* in horto cultam *hirsutae* faciem acquisisse.

XERANTHEMUM. LINN. gen. n. 851., syst. n. 947. TOURN. tab. 284.

Calyx imbricatus interioribus squamis coloratis longioribus radium mentientibus.  
Semina pappo coronata.

645. XERANTHEMUM annuum.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 74.

*Xeranthemum herbaceum foliis lanceolatis patentibus.* LINN. syst. 12. p. 546.

*Xeranthemum herbaceum foliis lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 122.

JACQ. Fl. Austr. tab. 388.

*Xeranthemum capitulis inapertis.* HALL. Helv. 709.

*Xeranthemum radiatum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 48.

*Xeranthemum, sive Ptarmica quorundam.* BAUH. hist. III. p. 25.

*Jacea oleaefolio minori flore.* BAUH. pin. 272.

Loc. Abunde in saxosis apricis circa arcem *la Brunetta*, & *Arignani* secus arva. Legi quoque inter locum *Cotaplana*, & *Oulx*. In aridis montanis, & collinis *Montisferrati*, & *Montisregalis* secus arva sat frequens est. ANNUUM.

3. SEMINE ARISTIS CORONATO,

BIDENS. HALL. hist. tom. 1. p. 80. TOURN. tab. 262.

Calyx imbricatus. Semina aristis duabus instructa.

646. BIDENS tripartita.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 83.

*Bidens foliis petiolatis trilobatis, & quinquelobatis serratis, floribus circumvallatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 121.

*Bidens foliis trifidis, calycibus subfoliosis, seminibus erectis.* LINN. spec. p. 1165.

*Bidens cannabina.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 44.

*Bidens foliis tripartito-divisis.* CÆSALP. p. 488.

*Cannabina aquatica folio tripartito diviso.* BAUH. pin. 321.

*Verbesina, seu cannabina aquatica, flore minus pulchro elatior, ac magis frequens.* BAUH. hist. III. p. 1073.

Loc. Ad fossas ubique. ANNUA.

VIR. Vires habet exstimulantes, aperientes, utiles in morbis renum ad mucum solvendum, & arenulas pellendas. Linum, & lanam flavo colore tingit.

647. BIDENS bullata.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 110.

*Bidens foliis ovatis serratis, inferioribus oppositis, superioribus ternatis, intermedio majore.* LINN. spec. p. 1167. ARDUIN. spec. 2. p. 37. tab. 18.

*Bidens palustris annua, foliis subrotundis latioribus, plerumque trilobis.* MICH. flor. 120.



*Bidens foliis ovatis, & tripteris, caulibus hirsutis, & brachiatis.* HALL. Goet. 383.  
 Loc. Locis paludosis agri Canapiciensis, & Vercellensis. *ANNUA.*

## C. RADIATÆ.

## I. SEMINE NON PAPPOSO

a placenta paleacea.

COREOPSIS. LINN. gen. n. 879., syst. n. 981.

Differt a bidente flosculis in radio neutris lingulatis dentatis.

## 648. COREOPSIS bidens.

*Coreopsis foliis lanceolatis serratis oppositis amplexicaulibus.* LINN. spec. p. 1281.

*Bidens foliis sessilibus serratis, floribus nutantibus circumvallatis.* HALL. hist. 1. n. 120.

*Chrysanthemum aquaticum bidens, folio non diviso, flore aureis petalis undique radiato.*

MORIS. hist. 3. p. 17. sect. 6. tab. 5. f. 25.

*Eupatorium cannabinum chrysanthemum.* BARR. ic. 1209.

Loc. In agro Pedemontano locis inundatis. *ANNUA.*

*VIR.* Bidentis tripartitae proprietates habet. *Acmellae*, quae in America magni aestimatur, praefendam esse primus vidit NEBELIUS. Similiter etiam flavo colore tingit.

## 649. COREOPSIS leucantha.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 44.

*Coreopsis foliis pinnatis serratis, florum radio diversicolore.* LINN. spec. p. 1282.

Loc. Cl. BELLARDI secus Orizae agros circa Fontanetto, atque etiam Carpenetto. *ANNUA.*

BUPHTHALMUM. LINN. gen. n. 876., syst. n. 977. TOURN. tab. 282.

Calyx imbricatus, saepe squamis ad basim foliosis. Flosculi disci cum stigmate simplici hermaphroditi quinquefidi. Flosculi radii foeminei cum stigmate bifido. Semina disci margine coronata; radii compressa, latere emarginata.

## 650. BUPHTHALMUM spinosum.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 34.

*Bupthalmum calycibus acute foliosis, foliis alternis lanceolatis amplexicaulibus integerrimis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 1274.

*Aster annuus foliis ad florem rigidis.* BAUH. pin. 266. TOURN. inst. 497.

*Aster atticus massiloticus.* TABERN. icon. 861.

*Aster legitimus Clusii, s. spinosus luteus.* BARREL. ic. 551.

Loc. Ubique ad sepes, & vias in agro Nicaeensi, etiam in Liguria, sed parcius. Ignatius MOLINERI ad oppidum Le Mollare in Monteferrato. *BIENNE.*

## 651. BUPHTHALMUM aquaticum.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 58. f. 1.

*Bupthalmum calycibus obtuse foliosis sessilibus axillaribus, foliis alternis oblongis obtusis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 1274. ENUM. STIRP. NIC. p. 99. cum descr.

*Asteriscus aquaticus annuus patulus.* TOURN. inst. 498. ZAN. p. 38. GARIDEL. MICH. fl.

*Chrysanthemum conyzoides lusitanicum.* BREYN. cent. 1. 157.

*Aster annuus, attico luteo similis foliis ad florem mollibus.* MAGN. bot. monsp. p. 32.

*Aster conyzoides Monspeliensium.* MOR. Bles. p. 24.

Loc. In agro Nicaeensi, & ad fontium scaturigines. *ANNUUM.*

## 652. BUPHTHALMUM maritimum.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 9.



- Bupthalmum calycibus obtuse foliosis pedunculatis, foliis alternis spatulatis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 1274.  
*Aster supinus luteus massiloticus.* BARR. ic. 1151.  
*Aster 2. supinus.* CLUS. hist. 2. p. 13.  
*Aster luteus supinus.* BAUH. pin. 267.  
 Loc. In agro Nicaeensi prope maris litus. PERENNE.
653. BUPHTHALMUM salicifolium.  
 ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 15.  
*Bupthalmum foliis alternis lanceolatis subserratis villosis, calycibus nudis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 1275.  
*Bupthalmum foliis imis petiolatis ovatis, superioribus amplexicaulibus lanceolatis hirsutis, rariter dentatis.* HALL. hist. 1. n. 118.  
 JACQ. fl. austr. tab. 370.  
*Aster tertius austriacus I.* CLUS. hist. p. 13.  
*Asteroides hirsuta.* MICH. hort. Florent. p. 12. tab. 3. 4.  
 Loc. Ad sepes in collinis di Sciolse, Marentino, Rivalba, Castagné &c. Abunde in Liguria. PERENNE.  
 VIR. Hujus herbae succus in extractum inspissatus adhibetur in Thyrolo adversus hydrophobiam, daturque dosi drachmae unius, quae pluries est repetenda.
654. BUPHTHALMUM grandiflorum.  
 ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 72. & Vol. XVI. tab. 15.  
*Bupthalmum foliis alternis lanceolatis subdenticulatis glabris, calycibus nudis, caule herbaceo.* LINN. spec. p. 1275.  
*Asteroides alpina salicifolio.* TOURN. cor. 50. MICH. flor. 12. tab. 15.  
*Aster luteus angustifolius.* BAUH. pin. 266.  
*Chrysanthemum perenne minus, salicis glabro folio ramosum.* MORIS. hist. 3. p. 21. sect. 6. tab. 7. f. 52.  
 Loc. Locis saxosis subalpinis frequens est. PERENNE.
- ACHILLEA. LINN. gen. n. 871., syst. n. 971. TOURN. tab. 283.
- Calyx imbricatus ovatus. Flosculi disci quinquefidi hermaphroditi. Flosculi radii lingulati; foeminei breves lati tridentati non ultra decem. Semina nuda.
655. ACHILLEA ageratum.  
 ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 51.  
*Achillea foliis lanceolatis obtusis acute serratis.* LINN. spec. p. 1264.  
*Achillea foliis ellipticis, obtusis serratis fasciculatis, floribus umbellatis.* HALL. Gott. 389. ENUM. NIC. p. 98.  
*Achillea viscosa.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 156.  
*Ageratum foliis serratis.* BAUH. pin. 221.  
*Balsamita minor.* DOD. pempt 295.  
 Agerato. MATTH.  
 OFF. Ageratum.  
 Loc. In Comitatu Nicaeensi. Frequens circa la Turbia, & secus flumen Paillon in arenosis. PERENNIS.  
 VIR. Saporis acris amari, & aromatici, odore suo ad Tanacetum accedens, efficax vere planta vix in usum venit. Laudata est ad menses pellendos, sed Tanaceti non solum usus praestare videtur, verum illud etiam vi excitante carminativa, & nervina superare, ita, ut utilis esse debeat in morbis ex nervorum debilitate.
656. ACHILLEA herbarota tab. 9. fig. 3.  
 ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 107. f. 1.  
*Achillea foliis cuneiformibus integris odoratis in apice dentatis.* SPEC. PEDEM. p. 12.  
*Piarmica alpina altera floribus minus compactis.* TOURN. inst. 497.  
 Agerato mesues cognata altera floribus minus compactis. H. R. Par.



OFF. Herba rotta.

Loc. In monte *Vesulo*, *Iseran*, *Gallese di S. Bernardo*, *Col di Cogne*, inter *Giaveno*, & *Fenestrelles* loco dicto *mala note* crescit, sed nullibi copiosius, quam supra *Tendam*, in montibus *Vinadii*, & *Valderii*, atque in alpibus *di Lanze*, ex quibus habuit MATTHIOLI. In alpibus frigidioribus folia solet habere minus firma, & non tantum in apice, verum etiam in ambitu dentata. PERENNIS.

VIR. Herba rota in magna existimatione apud nostrates Alpicolas habetur, atque iis frequenti in usu est ad omnes fere morbos. Saporem amarum acrem aromaticum habet, odoris fortis, quo utique aemulatur ACHILLEAM *Ageratum*, sed aliquid habet grati balsamici theriacalis, ita ut, vi nervina, & carminativa, CHAMÆMELUM, TANACETUM, & MATRICARIAM omnino etiam superet. Haec principia non adeo volatilia sunt: exsiccata enim a viginti annis hujusce plantae exemplaria suam adhuc fragrantiam conservant. Magni facienda planta est ad menses pellendos, sudorem promovendum, vermes necandos, flatus discutiendos, & febres intermittentes tollendas, easque praesertim, in quibus Tanacetum commendavimus.

657. ACHILLEA ptarmica.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 50.

*Achillea foliis lanceolatis acuminatis argute serratis*. LINN. spec. p. 1266.

*Achillea foliis linearibus lanceolatis acutissime serratis*. HALL. hist. tom. 1. n. 117.

*Ptarmica alpina*, foliis angustis partim serratis, partim integris. BOCC. mus. p. 108.

*Ptarmica vulgaris folio longo serrato, flore albo*. BAUH. hist. III. p. 147. TOURN. inst. p. 496.

*Dracunculus pratensis serrato folio*. BAUH. pin. 98.

*Ptarmica vulgaris*. CLUS. hist. 2. p. 12.

*Ptarmica*. MATTH.

OFF. Ptarmica.

Loc. In pratis subhumidis agri *Pedemontani*. PERENNIS.

658. ACHILLEA alpina.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 63.

*Achillea foliis semipinnatis, pinnis minutissime serratis*. HALL. hist. tom. 1. n. 116.

*Achillea foliis lanceolatis dentato-serratis: denticulis tenuissime serratis*. LINN. syst. 12. p. 566.

*Ptarmica alpina foliis profunde incis. Tourn. inst. 497.*

*Ptarmica alpina incanis serratis foliis*. HERM. Lugdb. 694.

*Ptarmica alpina millefolii folio*. BOCC. mus. part. 2. p. 144. & tab. 101. ejusdem.

Loc. In *Sabaudiae montanis Paulus BOCCONE*. PERENNIS.

659. ACHILLEA macrophylla.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 63.

*Achillea foliis pinnatis planis inciso serratis, extremis majoribus coadunatis*. LINN. spec. p. 1265.

*Achillea foliis pinnatis, pinnis acute serratis, extremis confluentibus*. HALL. hist. tom. 1. n. 115.

*Dracunculus alpinus foliis scabiosae*. BAUH. pin. 98. prodr. 39.

*Ptarmica alpina matricariae foliis*. TRIUMF. obs. 83. tab. 23. BOCC. mus. 2. p. 150. tab. 110. BARR. rar. 1119. tab. 991.

Loc. In *Sabaudiae montibus* eam crescere adnotavit BOCCONE. Frequens est ubique in montanis umbrosis, alpinis locis. Non modo autem in lapidosis, umbrosisque locis alpium crescit, sed etiam ad montanas opacas sylvas descendit.

PERENNIS.

VIR. *Ptarmicae* virtutes possidere existimo.

660. ACHILLEA ligustica N. Tab. 53. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 42.

*Achillea foliis pinnatis, pinnis acute pinnato-dentatis planis glabris*. MISC. TAUR. tom. 5. p. 69.



*Loc.* In collinis supra oppidum *il Cairo*. *PERENNIS*.

*DESCR.* Caules sunt sublignosi cubitales foliosi, & ramosi striati glabri, aut subhirsuti. Folia caulina sunt pinnata, pinnulis aequaliter cum nervo confluentibus. Pinnulae sunt lineares acutae, modo simplices, modo unidentatae, interdum etiam duobus paribus dentium dentatae. Caeterum semper par unum accessorium habent ad foliorum originem. Ultima pinnula nunc simplex est, nunc bidentata, aut etiam tridentata. Ramea folia sunt simpliciter pinnato-dentata, dentibus plerumque simplicibus, qui in caulinis majoribus saepe dentem unum accessorium habent. Folia crassiuscula sunt, & succosa. Flores in extremis ramis umbellati albi. Semiflosculi albi tridentati cordati; odore vehementi *ACHILLEÆ Agerati* donatur.

*VIR.* Amara acris, aromatica, nondum usitata planta, odoris fragrantia, proxima est *Majoranae*. Inter eas, quae efficaciter resolvunt, extimulant, & nervorum actionem excitant, distinctum locum meretur.

661. *ACHILLEA atrata*.

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 70. f. 2.*

*Achillea foliis pinnatis glabris, pinnis simplicibus, & multifidis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 111.*

*Achillea foliis pinnulis pectinatis integriusculis, pedunculis villosis.* LINN. *spec. p. 1267.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 77.*

*Achillea foliis pinnatis, pinnulis acute trifidis laxè dispositis.* HALL. *emend. 2. MISC. TAUR. p. 38. n. 86.*

*Matricaria alpina Chamaemeli foliis.* BAUH. *pin. 134.*

*Parthenium alpinum.* CLUS. *hist. 1. 336.*

*Loc.* Nascitur in alpibus ad *Augustam Praetoriam*, & proximam *Sabaudiam* pertinentibus. In monte *Rosa*, & in alpibus *di Grassonet* frequens est. *PERENNIS*.

662. *ACHILLEA moschata.* JACQ. *Fl. Austr. app. tab. 33.*

*Achillea foliis pinnatis, pinnis simplicibus glabris punctatis.* HALL. *hist. num. 112.*

*Iva moschata.* GESN. *epist. 66.*

*Tanacetum alpinum.* BAUH. *pin. 132.*

*Loc.* In alpibus *Grassonei*, & in monte *Jovis*. *PERENNIS*.

*VIR.* In *Helvetia*, perinde ac *Genipi* ad similes usus adhibetur.

663. *ACHILLEA nana.* tab. 9. fig. 2.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 107. f. 2.*

*Achillea foliis pinnatis, lanugine totis obductis, floribus albis umbellatis.* HALL. *Helv. 713. 5. SPEC. PEDEM. p. 9. tab. 2. fig. 3.*

*Achillea foliis pinnatis dentatis hirsutissimis, floribus glomerato-umbellatis.* LINN. *spec. p. 1267.*

*Achillea foliis tomentosissimis pinnatis, pinnis simplicibus, & incisissimis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 113.*

*Achillea aromatica, foliis pinnatis, pinnulis acutis villosis.* HALL. *emend. 2. n. 88.*

*Achillea lanata.* LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 640.*

*Millefolium alpinum tomentosum odoratum nanum.* BOCC. *mus. 2. p. 166. tab. 120.*

*OFF.* Herba rotta.

*VERN.* Erba d' la rotta.

*Loc.* BOCCONE in *Sabaudiae* montibus reperit, & praesertim in monte *Cenisio*. Ibi revera abunde occurrit. Frequenter reperitur in alpium summarum catena, quae a monte *Vesulo* usque ad *Sabaudiam*, & *Helvetiam* extenditur. *PERENNIS*.

*OBS.* Saepius densa lanugo pinnulas, quae raro integrae sunt, sed plerumque dentatae, saepius pinnulas, eorumque dentes involvit, & obteggit, interdum autem distinctae pinnulae apparent, tantummodo hirsutae. Quo editiora, & frigidiora loca sunt, eo densior est lanugo.

*VIR.* Acris aromatica stirps humores solvit, vasa extimulat, eorumque tonum auget. In magna existimatione apud *Alpicolas* est, atque perinde ac *Genipi* adhibetur ad sudorem movendum.



## 664. ACHILLEA tomentosa.

*Achillea foliis pinnatis hirsutis: pinnis linearibus dentatis.* LINN. spec. p. 1264.

*Achillea foliis hirsutis pinnatis, pinnis aequalibus pinnatis, pinnulis integris, & trifidis, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 106.

*Sideritis Achillea lutea odora.* LOB. adv. p. 332.

*Millefolium tomentosum luteum.* BAUH. pin. 140.

*Stratiotes millefoliata flavo flore.* CLUS. hist. 1. p. 330.

Loc. Ubique in arenosis fluminum, & pascuis aridis agri Pedemontani. PERENNIS.

## 665. ACHILLEA millefolium.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 71. & Vol. XXVII. tab. 75.

*Achillea foliis pinnatis glabris, pinnis laciniatis acutis linearibus.* SCOP. Flor. Carn. p. 373. n. 2., ed. 2. n. 1095.

*Achillea foliis bipinnatis nudis, laciniis linearibus dentatis, caulibus superne sulcatis.* LINN. syst. 12. p. 567.

*Achillea foliis pinnatis, pinnis longe aequalibus pinnatis, pinnulis trifidis, & quinquefidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 107.

*Sideritis Achillea alba purpurea.* LOB. adv. p. 332.

*Millefolium vulgare album.* BAUH. pin. 140.

*Millefolio minore.* MATTH.

OFF. Millefolium.

VERN. Millefeu.

Loc. Vulgatissima in pratis, & ad limites agrorum. PERENNIS.

VIR. Non unius, sed multiplicis naturae principia activa habet Millefolium, quorum quaedam, praesertim vinoso, alia aqueo menstruo commodius extrahuntur. Praeter principia leviter aromatica, et aliquam portionem olei essentialis, habet principium tonicum, adstringens ab acido repetendum. Succus autem ipse ex herba expressus aliquid habet glutinosi. Etiam aliquod intercedit discrimen inter folia, & flores; Floribus nimirum insidet longe major portio principii aromatici, & oleosi. Folia vero tonica adstringente vi excellunt. Inter eximia vulneraria a vetustissimis temporibus habitum est *Millefolium*, atque nostris rusticis familiare medicamentum est ad vulnera consolidanda. Simplicissima encheiresi *Millefolii* folia contusa, & contrita vulneribus imponunt magna cum utilitate. Cum glutinosum nempe succum praebet vi adstringente praeditum vulneratarum partium conglutinationem adjuvat. Leniter fortasse etiam extimulando, nutritium succum allicit, & coactum sanguinem resolvendo, hujusmodi operationem promovet. *Millefolium* intus datum juvat etiam in internis vulneribus, atque generatim commendatur in omni sanguinis fluxu, speciatim autem in hemorrhoidibus obstinate fluentibus. Si sanguinis fluxus pendeat ex sanguinis aestu, adstringentia attemperantia magis opportuna sunt. Neque *Millefolium* commendamus, si a materia acri, & rodente sanguinis fluxus proficiscatur. Depletis igitur vasis, si laxitas fibrarum, atque inde hiantia oscula, apertaque vasa hemorrhagiam sustineant, *Millefolii* usus maxime convenit. Hae autem cautela praesertim servandae sunt in haemophthoë, & sanguinis fluxu ex utero, quibus in morbis, aut praepropere adhibita adstringentia, aut minus apte juxta naturam causae morbi delecta, phtysim, & ulcus uteri facile inferunt. Valet similiter in mictu cruento, atque tonum fibrarum firmare potest ad calculorum genesim avertendam. In internis ulceribus juvat *Millefolium*, si praesertim addantur convenientia abstergentia, quae status, & conditio morbi requirit. Flores *Millefolii* aliquam etiam vim vulnerariam habent, sed majorem continent particularum aromaticarum, & oleosarum quantitatem. Dicuntur insuper nervorum motus spasmodicos sedare, demum in hypochondriasi commendantur. Solet *Millefolium* leni ebullitione ex aqua decoqui, aut succus praescribitur ab uncia una ad uncias tres.

## 666. ACHILLEA tanacetifolia.

*Achillea foliis pinnatis, pinnis semipinnatis incis, & integris.* HALL. hist. tom. 1. n. 108.

*Ptarmica alpina tanacetifoliis flore purpureo.* TOURN. inst. p. 497.

Loc. In pratis alpium, atque ad earum convalles non infrequenter occurrit. PERENNIS.



667. *ACHILLEA nobilis.*

*Achillea foliis tomentosis duplicato-pinnatis, pinnis remotis, pinnulis semipinnatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 109.

*Millefolium nobile.* TRAG. hist. 476.

OFF. *Millefolium nobile.*

Loc. In montibus soli maxime meridiano expositis nascitur. In valle *Fenestellarum*, & circa *Segusium* frequentissima. PERENNIS.

VIR. Millefolii principia habet, sed odoratior est, principio etiam aromatico Millefolium superat.

668. *ACHILLEA magna. tab. 53. fig. 1.*

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 83.

*Achillea foliis bipinnatis subpilosis, laciniis linearibus dentatis, auriculis decussatis.* LINN. spec. p. 1267.

*Millefolium maximum umbella alba.* BAUH. pin. 140. prodr. 72.

Loc. In montibus supra *Giaveno*, & *Tenda* copiose nascitur. PERENNIS.

DESCR. Tota planta hirsuta. Semiflosculi quinque, sed ampliores. Flosculorum alborum numerus circiter idem. Folia cum nervo folioso confluentia plana, duobus pinnularum paribus caulem amplexantia. Pinnae iterum profundae, pinnatifidae; pinnulae autem acute dentatae, ita tamen, ut dentes exterius saepius geminati sint; omnes pinnae, & pinnulae planae sunt, & cum nervo folioso confluent; parvae pinnulae majoribus interpositae sunt; primae pinnae remotae, neque interpositas pinnulas habent, deinde magis approximatae cum nervo folioso confluent.

VIR. Succosior, & etiam paullo odoratior est, quam *ACHILLEA Millefolium*, atque id circo videtur majores vires spondere.

## CHAMÆMELUM. TOURN. inst. 494. tab. 281. ANTHEMIS LINN. gen. n. 870. syst. n. 970.

Calyx hemisphaericus imbricatus. Flores disci hermaphroditi quinquefidi.  
Flores radii lingulati foeminei longe elliptici subtridentati,  
plures quam decem. Semina nuda.

669. **C**HAMÆMELUM Cota.

*Anthemis florum paleis rigidis pungentibus.* LINN. spec. p. 1259.

*Anthemis italica arvensis annua major vulgatissima, flore maximo, disco pungente.* MICH. gen. 32.

*Chamaemelum annuum ramosum, cotulae foetidae floribus amplioribus, capitulis spinosis.*

MOR. hist. 3. p. 36. sect. 6. tab. 8. f. 11. pro. 12. TILL. pis. 38. tab. 21. f. 2.

Loc. In collibus *Astensibus*, & *Montisferrati*. ANNUUM.

670. *CHAMÆMELUM maritimum.*

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 50.

*Anthemis foliis pinnatis dentatis carnosis nudis punctatis, caule prostrato, calycibus subtomentosis.* LINN. spec. p. 1259.

*Chamaemelum foliis planis pulposis pinnatis, pinnis dentatis.* HALL. Gott. 391. ENUM. NIC. p. 96.

*Anthemis maritima annua odorata praecox, flore albo, caule purpurascente.* MICH. gen. 33. TILL. pis. tab. 19. f. 3.

*Matricaria maritima.* BAUH. pin. 134.

*Chamaemelum maritimum.* BAUH. hist. III. p. 122.

Loc. In agro *Nicaeensi*. ANNUUM.

671. *CHAMÆMELUM tomentosum.*

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 55.

*Anthemis foliis pinnatifidis obtusis planis, pedunculis hirsutis foliosis, calycibus tomentosis.* LINN. spec. p. 1260.

*Anthemis foliis bipinnatis, foliolis trifidis, corollulis biaristatis.* GOU. illustr. p. 70.



*Chamaemelum coronopifolio tomentosum*. VAILL. act. 1720. p. 412.

*Chamaemelum maritimum incanum folio Absinthii crasso*. BOHER. Lugdb. 1. p. 110.

Loc. In arenosis maritimis agri Nicaeensis. ANNUUM.

672. CHAMÆMELUM mixtum.

*Anthemis foliis simplicibus dentato-laciniatis*. LINN. spec. p. 1260.

*Chamaemelum annuum ramosum coronopifolio, flore mixto*. MORIS. hist. 3. p. 36. sect.

6. t. 18. f. 15.

Loc. In collibus Nicaeensibus mari proximis. ANNUUM.

673. CHAMÆMELUM nobile.

*Chamaemelum foliis lanuginosis pinnatis, pinnis capillariter multifidis brevioribus*. HALL. Helv. 717.

*Anthemis foliis pinnato-compositis linearibus acutis subvillosis*. LINN. spec. p. 1260.

*Chamaemelum foliis subhirsutis, nervo duro, pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis incisis*.

HALL. hist. tom. 1. n. 102.

*Anthemis odorata*. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 163.

*Chamaemelum nobile, s. Leuchanthemum odoratius*. BAUH. pin. 135.

OFF. Chamaemelum nobile, sive romanum.

Loc. In Comitatu Nicaeensi. PERENNE.

VIR. Haec est praestantissima, & reliquis omnibus anteponenda CHAMÆMELI species, quae, data quoque opera, interdum in hortis colitur. Solent autem nostrates officinae adhibere illam CHAMÆMELI speciem, quae sub nomine Matricariae camomillae recensebitur. Tota planta peculiarem odorem subaromaticum spirat, saporisque amari est. Flores autem prae foliis efficaciores sunt, atque hi praesertim continent oleum essenziale. Aqua quidem extrahit principia activa hujusce plantae, sed plenius, & efficacius menstruum vinosum. Licet folia sua virtute resolvente antispasmodica praedita sint, solent tamen in usum eligi flores. CHAMÆMELUM extrinsecus adhibitum, sive in sacculis, sive in fotu, sive in emplastro, proprietates habet discutientes, resolventes, doloresque lenientes. In usum frequentem venit ad dolentes tumores discutiendos, resolvendas contusiones, doloresque membrorum ex contracturis genitos leniendos. In doloribus imi ventris juvat, & fotu abdomen fovere, et clysteres, qui CHAMÆMELUM recipiant, injicere; cataplasma etiam ex CHAMÆMELO, & *Linaria* utile est ad haemorrhoides dolentes. Intus datum CHAMÆMELUM vires exerit egregias antispasmodicas, particulis, quibus donatur, tenuibus aromaticis, & oleosis. Praeterea antisepticum est. Vires etiam habet penetrantes, blande resolventes, & perspirationem promoventes. Quod autem ad uterum pertinet, non modo sopit nervorum motus convulsivos, verum etiam vasa uteri aperit. Quamvis generatim in colica opportunum sit CHAMÆMELUM, speciatim convenit in colica flatulenta, et hysterica peculiari vi, quam diximus habere, nervorum spasmos sopiendi; prodest etiam in colica rheumatica, et arthritica, & podagrica, si praesertim alia adjungantur auxilia, quae memorati morbi exposulant. At si colica ex vitiosa collecta materie, aut ex bile acri, aut cum inflammatione morbus sit, non modo poterit non prodesse, verum & etiam nocere. In morbis spasmodicis, qui per consensum nervorum fiunt, & speciatim paroxysmum hystericum comitantur, aut sequuntur, efficax medicina in CHAMÆMELO posita est; Suffitus imo ipse sublevat hystericas: jure etiam omni laudatum est in colica nephritica, atque illa, quae citra renum inflammationem sit. Antiseptica qualitate prodest in febribus lymphaticis aliquid maligni habentibus, atque magnis laudibus elatum est ad febres intermittentes tollendas; imo affirmatum est, plus etiam quam corticem peruvianum, valere. Horum quidem sententiam amplecti non possumus, neque putamus tanti valere, ut cortici peruviano possit aequiparari; prudens Medicus certe non fidet curationem paulo vehementioris febris intermittens soli CHAMÆMELO; sunt tamen febres ex genere intermittensium, in quibus nocere quidem poterit cortex peruvianus, juvabit autem CHAMÆMELUM. Hujusmodi sunt febres intermittentes ad quotidianae naturam accedentes, quae urinas minus coloratas habent, & clanculum subrepentes minores ac-



cessiones exhibent, aut febres putridas consequuntur, aut ex moestitia originem suam ducunt. In histericis, hipochondriacis, & mobilioris naturae nervos habentibus, aut ubi aliquid maligni junctum inest, spasmodici affectus saepe cum paroxismissis interdum consociantur. Tunc autem, si expediat corticem dare, eidem utiliter flores CHAMÆMELI adjunguntur. Si opportunum judicetur CHAMÆMELUM in febrium intermittentium curatione, efficacius, & utilius erit flores in pulverem redactos praescribere, dosi drachmae unius, aut drachmae semissis, quam aquam stillatitiam, aut extractum CHAMÆMELI. Obstructiones imi ventris (quantum quidem fert mea experientia) CHAMÆMELO non tolluntur, exostulant enim generatim abstergentia, & saponacea, aut etiam tonica, quae fixis principiis agant et saepius adjuncta volunt stimulantia ecoprotica. At, si obstructions fiant per decubitum materiae febrilis rheumaticae, (uti evenire solet post usum corticis peruviani nimis festinanter adhibiti in febribus intermittentibus, quae causam rheumaticam adjunctam habent), tunc non modo utile erit obstructam, & saepe in eo casu dolentem sine elevatione partem fovere decocto florum CHAMÆMELI, aliorumque resolventium, verum & etiam proderit infusum florum, nec non aliarum stirpium, quae amarae, & saponaceae sint. Minime silentio praeteream, in febribus lentis nervosis juvare, si praesertim agitur de iis, in quibus adest quaedam lymphae visciditas, neque adsit status humorum colliquativus. Prodest autem vi antispasmodica, atque antiseptica resolvente, & perspirationem promovente. Quamvis inter emmenagoga CHAMÆMELUM habendum sit, minime tamen sufficit in chlorosi, maximeque si ad cachexiam deduxerit, tunc enim tonica exstimulantia aromatica requiruntur. Menses parce fluentes promovet in iis maxime foeminis, in quibus propter nervorum spasmodicos motus iidem facile subsistunt. Flores in pulverem triti exhibentur a drachma semisse ad drachmam unam. Duplo majore dosi jusculo, aut aquae calenti infunduntur. Aqua stillatitia florum praescribitur ab unciiis duabus ad uncias sex. Extractum datur a drachma semisse ad drachmam unam. Extractum hujusce plantae, nisi diligenter, & menstruo vinoso paratum sit, exiguas vires habet propter jacturam particularum volatilium, & naturam oleosarum particularum, quas aqua difficulter extrahit. Oleum caeruleum CHAMÆMELI, guttarum aliquot pondere, menstruo convenienti instillatum datur in flatulentis imi ventris affectionibus. In torpore autem, & rheumatismo, qui non pendeat ab acri, & phlogistica materia, utiliter linimentis, aut aquis resolventibus adjicitur.

## 674. CHAMÆMELUM arvense.

*Chamaemelum foliis glabris duplicato-pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, seminibus levibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 103.

*Anthemis receptaculis conicis, paleis setaceis, seminibus coronato-marginatis.* LINN. spec. p. 1261.

*Chamaemelum inodorum, seu Cotula non foetida.* BAUH. hist. III. 120.

*Chamaemelum inodorum.* BAUH. pin. 135.

Loc. Ad vias, atque in arvis collinis non infrequens. ANNUUM.

## 675. CHAMÆMELUM alpinum.

*Anthemis foliis dentato-pinnatis linearibus integerrimis, caule villosa uniflora, paleis spha-cellatis, petalis ovatis.* LINN. spec. p. 1261.

*Chamaemelum alpinum saxatile perenne, flore albo singulari, calyce nigricante.* TILL. pis. 39. tab. 19. f. 1. SEGU. veron. 3. p. 282.

JACQ. Flor. Austr. append. tab. 30.

Loc. In monte Vesulo provenit, legit etiam Cl. BELLARDI in herbis alpium di Grassonei, & Autaret. PERENNE.

## 676. CHAMÆMELUM cotula.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 73.

*Chamaemelum foliis glabris duplicato-pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, seminibus exasperatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 104.

*Chamaemelum foliis pene glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiusculis.* HALL. Helv. 717.



*Anthemis receptaculis conicis: paleis setaceis, seminibus nudis.* LINN. spec. p. 1261.

*Anthemis foetida.* LAM. Flor. Franc., tom. 2. p. 164.

*Chamaemelum foetidum.* BAUH. pin. 135.

*Chamaemelum foetidum, s. Cotula foetida.* BAUH. hist. III. p. 36.

Loc. In agris Montisferrati, & Provincia Astensi, & in agro Taurinensi secus vias, & areas. ANNUUM.

VIR. Principiis suis affinis utique est CHAMÆMELO nobili, sed non grati odoris est, & ejusdem usus negligitur. Deficiente nobili, sive romano, Camomilla adhibetur, quae cotulam etiam viribus superat; ad tumores autem resolvendos pro externo usu contemnenda planta non est, quae intus data dicitur arthritidem, atque scrophulas superasse.

677. CHAMÆMELUM montanum.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 14.

*Chamaemelum foliis laxè pinnatis, pinnis palmatis, caule folioso unifloro.* HALL. Helv. 716.

*Anthemis foliis pinnato-multifidis planis, laciniis linearibus acutis trifidis, pedunculo longissimo.* LINN. spec. p. 1261.

*Anthemis foliis pinnatis, pinnis integerrimis pinnatifidisque, pedunculis longis erectis unifloris.* GOU. Illustr. p. 71.

*Absinthium montanum chamaemeli flore magno.* BAUH. pin. 140. BAUH. hist. I. p. 184.

*Absinthium montanum, abrotani foeminae flore.* COL. phytob. 1. p. 117. tab. 33.

*Chamaemelum alpinum, abrotani folio.* VAILL. act. 591.

*Bellis incana, Chrysanthemi cretici folio.* BOCC. mus. 2. p. 136. tab. 98.

*Anthemis montana perennis incana, & sericea, caulibus non ramosis.* MICH. gen. 33.

Loc. Abunde in alpibus Vinadii, & Valderii. PERENNIS.

678. CHAMÆMELUM valentinum.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 23.

*Anthemis caule ramoso, foliis pubescentibus tripinnatis setaceis, calycibus villosis pedunculatis.* LINN. syst. 12. p. 565.

*Buphtalmum cotulae folio.* BAUH. pin. 134.

*Buphtalmum tenuifolium, folio fere Millefolii.* BAUH. hist. III. p. 124.

*Buphtalmum creticum, cotulae facie.* BREYN. cent. 150. tab. 75.

*Buphtalmum alterum penae.* DALECH. hist. 853.

Loc. In sabulosis fluminis Pallion in agro Nicaeensi. ANNUUM.

679. CHAMÆMELUM tinctorium.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 42.

*Anthemis foliis bipinnatis serratis subtus tomentosis, caule corymboso.* LINN. spec. p. 1263.

*Chamaemelum foliis pinnatis hirsutis, pinnulis simplicibus lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 105.

*Buphtalmum tanacetii minoris foliis.* BAUH. pin. 134.

Buphtalmo. MATTH.

OFF. Buphtalmum.

Loc. Secus vias, & agros in Monteferrato saepe occurrere observavit Ignatius MOLINERI. Cl. BELLARDI nasci observavit in arenosis Scriviae prope Derthonam, & secus Bormida. BIENNE.

VIR. Flores in arte tinctoria colorem luteum praebent Svecis usitatissimum (docente celeberrimo LINNEO Flor. Svec. p. 299.).

680. CHAMÆMELUM triumfetti N.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 19.

*Anthemis Triumfetti N.* MISC. TAUR.

*Anthemis austriaca.* JACQ. Fl. Austr. tab. 444.

*Tanacetum montanum tenuifolium flore candido.* BOCC. mus. part. 11. p. 33. tab. 25.

*Chrysanthemum tanacetii folio, flore albo montanum italicum.* BARR. icon. 466.

*Buphtalmum tanacetii minoris folio exoticum.* PLUK. alm. 73.

*Buphtalmum alpinum flore candido.* TRIUMF. obs. 79.



*Matricaria pyrenaica Buphtalmi folio.* Tourn. inst. p. 493.

*Chamaemelum Tanacetii minoris folio, flore albo majore.* Vaill. act. paris. 1720.

Loc. Frequens in apricis saxosis, & pascuis collium *Taurinensium*. ANNUUM.

OBS. Ab *Anthemii tinctoria* distincti (MISC. TAUR. loc. cit.). Cl. JACQ. *Anthemim Austriacam* dixit.

681. CHAMÆMELUM discoideum †.

Loc. Cl. BELLARDI observavit in agro *Cuneensi* ad sepes vinearum, & primus nobis communicavit. ANNUUM, aut BIENNE.

DESCR. Radix teres ramosa alba; praeter majorem radicem, ex imo caule etiam teretes, aliae fere capillares numerosae longae radices nascuntur. Folia prima radicalia integra ovata dentata, sed ea cito exarescunt. Plures solent ex una radice prodire caules, qui leviter rufescunt, striati sunt, & duriusculi. Altitudo plantae plerumque cubitalis, sed interdum altior, etiam tricubitalis. Caules sunt ordine ramosi, ramis modo simplicibus, modo iterum ramosis. Solet planta, dum floret, humi projecta decumbere, atque varia directione ramos suos porrigere. Folia caulina a primis radicalibus dissimilia sunt pinnata, pinnis cum nervo folioso confluentibus. Primae pinnulae dissitae sunt, approximatae, & omnino confluentes. Pinnae lanceolatae sunt, aut etiam ovatae, profunde dentatae, dentis fine acutiusculo. Caeterum denticulorum numerus varius est. Numerus pinnarum in majoribus foliis est septennarius sine impari. Folia plerumque alterna, sed interdum ad ramorum divisiones opposita. Rami etiam foliosi sunt, axillae autem summorum foliorum florem unum praebent. Saepius flores summos ramos, & ramulos finiunt singulares, interdum bini, pedunculis insistentes filiformibus. Flores sunt nudi, sive semiflosculis carent, qui, si addantur, omnino referunt flores *Anthemii tinctoriae*. Calyx imbricatus est squamis trium ordinum lanceolatis, exterioribus brevioribus. Receptaculum paleaceum, paleis aequalibus spinulosis, quae flosculis breviores sunt. Discus floris convexus; flosculi omnes aequales quinquefidi hermaphroditi. Semina parvula striata rufescunt, terminantur coronula denticulata, quae altera parte productior est. Tota planta cinereo incana est, & odore suo ad *Tanacetum* accedit. Cum solo defectu semiflosculorum differata *Chamaemeli* genere, non videtur ab eo separanda. Caeterum adeo similis est *Anthemii tinctoriae*, ut, nisi Cl. BELLARDI iterata experimenta constantem esse defectum semiflosculorum ostenderent, pro singulari varietate haberem, quum videam similem naturae lusum in *Matricaria Partenium*, aliisque observari.

b. Placenta non paleacea.

CALENDULA. LINN. gen. n. 885., syst. n. 990. Tourn. tab. 284.

Calyx ex duplici foliorum serie constans vix imbricatus. Flores disci quinquefidi, hermaphroditi. Flores radii lingulati. Semina disci compressa obcordata, centralibus saepe abortientibus. Semina autem radii oblonga incurva angulata.

682. CALENDULA arvensis.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 78.

*Calendula seminibus cymbiformibus muricatis, incurvatis extimis erectis protensis.* LINN. spec. p. 1303.

*Calendula foliis lanceolatis amplexicaulibus dentatis, floribus concoloribus.* HALL. hist. tom. 1. n. 94.

*Caltha arvensis.* BAUH. pin. 276.

*Caltha minima.* BAUH. hist. III. p. 103.

Loc. Secus arva in agro *Nicaeensi*. Ignatius MOLINERI ad oppidum *le Mollare*. ANNUA.

VIR. Solet in officinis eligi CALENDULA officinalis, sed viribus omnino conveniunt. CALENDULA forti odore praedita est subaromatico; et principia possidet, quibus non parum calefacit, humores solvit, atque vasa aperit. Haec autem principia potentiora in foliis, quam in floribus sunt. Tantam habet acrimoniam



CALENDULA, ut degustata linguam pene urat, atque proxima rubefacientibus sit. Convenit in cachecticis, & pituitosis ad mucum incidendum, atque laudatur ad menses ciendos; planum autem est in iis tantum casibus locum habere posse, in quibus similis naturae medicamenta expostulantur. Confidentius licet flores adhibere, integri nimirum flores cum calycibus in juscule decoquantur, dosi manipuli semissis, aut succus expressus datur ab uncia una ad uncias duas. Petala, sive semiflosculi CALENDULÆ crocum colore suo aemulantur, minime tamen ipsi substitui debent.

CHRYSANTHEMUM. LINN. *gen. n.* 866., *syst. n.* 966. TOURN. *tab.* 280.

Calyx imbricatus hemisphaericus, squamis saltem interioribus membranaceis.

Flosculi disci quinquefidi hermaphroditi, radii foeminei lingulati.

Semina subnuda, aut margine membranaceo coronata.

683. CHRYSANTHEMUM Leuchanthemum.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 38.

*Chrysanthemum foliis amplexicaulibus oblongis, superne serratis, inferne dentatis.* LINN. *spec. p.* 1251.

*Matricaria foliis imis petiolatis ad caulem auritis, & serratis.* HALL. *Helv.* 719.

*Matricaria foliis simplicibus amplexicaulibus, receptaculis convexis.* SCOP. *Fl. Carn.* p. 373. n. 1.

*Matricaria Leuchanthemum.* SCOP. *ed. 2. n.* 1041.

*Leuchanthemum vulgare.* TOURN. *inst.* 491. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 137.

*Bellis sylvestris caule folioso major.* BAUH. *pin.* 261.

*Bellide maggiore.* MATTH.

OFF. *Bellis major*, s. *Leuchanthemum vulgare*, s. *oculus bovis*.

LOC. In pratis, & secus prata ad vias ubique abunde. PERENNE.

VIR. In usum Medicorum venit herba tota, quae saporis subacris est, & fere piperati. Acidum etiam principium continet, cum caeruleum colorem in rubrum mutet. Valide abstergit, & hac ratione ulcera sanare dicitur, & ea propter inter vulnerarias relata est. Diuresim certo movet; convenit in asthmate humido, atque in pectoris morbis, quibus opportuna sunt incidentia, & abstergentia. Crassorum sputorum, & purulentae materiae ex vomica educationem promovet. *Bellis major* in decocto adhibetur a manipulo semisse ad manipulum unum. Succus expressus ab uncia una ad tres. Decoctum utiliter dedit cum melle conjunctum, sed calefaciens, atque acris extimulans haec planta non convenit in phtysi confirmata. Diligenter observandum est, num caussa morbi, et aegri conditio ejusdem usum permittat, humorum enim colliquationem promovet, et motus febriles adauget.

684. CHRYSANTHEMUM atratum.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 103. 104.

*Chrysanthemum foliis omnibus cuneiformibus oblongis incisiss carnosis.* JACQ. *Enum. vind.* 151. LINN. *syst.* 12. p. 562.

*Bellis alpina major folio rigido.* BAUH. *pin.* 261. *prodr.* 120.

*Bellis alpina major foliis angustis rigidis.* BAUH. *hist.* III. p. 1115.

LOC. In pascuis alpium frequens planta est. PERENNE.

OBS. Vix a superiori distingui meretur.

685. CHRYSANTHEMUM alpinum.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 86. Vol. XII. tab. 7. f. 2. 34.

*Chrysanthemum foliis cuneiformibus pinnatifidis, caulinis linearibus integris, caule unifloro.* GOU. *illustr.* p. 70.

*Chrysanthemum foliis cuneiformibus pinnatifidis, laciniis integris, caulibus unifloris.* LINN. *spec. p.* 1253.

*Pyrethum caule unifloro, foliis glaucis petiolatis palmatis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 96.

*Pyrethum caule unifloro, foliis glabris, radicalibus petiolatis semipinnatis, caulinis sessilibus acute dentatis,* HALL. *hist.* p. 41.



- Leucanthemum alpinum angustifolium*. BARR. ic. 458. n. 2.  
*Bellis montana foliosa coronopi laciniis*. PLUK. p. 65. tab. 17.  
*Leucanthemum alpinum foliis profunde incisiss*. SCHEUCH. it. 1. p. 42. it. 11. p. 136.  
*Leucanthemum alpinum tenuifolium*. CLUS. hist. 335.  
*Chamaemelum alpinum inodorum, foliis incanis latioribus, & sinuatis*. MORIS. ox. 3. p. 35. tab. 12. f. 5.  
*Leucanthemum alpinum*. LAM. Fl. Franc., tom. 2. p. 138.  
*Leucanthemum (Coronopifolium) montanum foliis profunde incisiss, flore majore minus odoro*. VILL. prosp. p. 32.  
*Leucanthemum (minimum) foliis spatulatis palmato quinque dentatis subhirsutis, caulinis linearibus, caule unifloro*. VILL. prosp. p. 32.  
 Loc. In saxosis irriguis alpium frequens est. PERENNE.  
 OBS. Folia radicalia nunc tantummodo dentata sunt, aliquando vero profunde secta, acutis laciniis, omnino similia BARRELIERI iconibus; aliquando fine quasi palmato desinunt: subincana quandoque sunt, alias glabra; ideo tamen vix distinctam speciem merentur, quod pro loci natalis differentia aliam faciem induere videatur.
686. CHRYSANTHEMUM ceratophylloides N. tab. 37. fig. 1.  
 ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 2. f. 1.  
*Chrysanthemum caule unifloro, pinnis foliorum profunde sectis*.  
 Loc. In montibus Tendae, & Brigae. PERENNE.  
 DESCR. HOC CHRYSANTHEMUM plurimum accedit ad CHRYSANTHEMUM alpinum; ab eo tamen differt foliis longe petiolatis, non quidem tantum pinnatifidis, sed ad petiolum usque pervenientibus, iisdemque modo simplicibus, modo bifidis, aut trifidis. Tota planta glaberrima est. Caulis simplex uniflorus foliosus rectus etiam pedalis. Flos CHRYSANTHEMI alpini, sed major. Semiflosculi lineati, & incisi.
687. CHRYSANTHEMUM discoideum N. tab. 11. fig. 1.  
 ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 93.  
*Cotula (grandis) foliis alternis lanceolatis dentatis, caule erecto, floribus solitariis*.  
 LINN. syst. 12. p. 564.  
 JACQ. obs. IV. p. 4. tab. 81.  
*Tanacetum caule ramoso, foliis elliptico-acuminatis serratis, ramis unifloris*. ENUM. NIC. p. 66.  
 Loc. Ubique locis aridis in Comitatu Nicaeensi. PERENNE.  
 OBS. Calyx hemisphaericus in squamis dense imbricatis trium, & quatuor ordinum triangularium, apice integro fusco rubente interioribus membrana pellucida auctis. Discus planus. Receptaculum nudum. Corollulae uniformes quinquefidae luteae. Semina non membrana, sed annulo excavato coronata. Quemadmodum recte observavit LINNÆUS (mant. p. 473.). Non potest ad Cotulae genus pertinere, neque etiam a CHRYSANTHEMI genere separari, licet semiflosculis careat.
688. CHRYSANTHEMUM inodorum.  
*Chrysanthemum foliis pinnatis multifidis, caule ramoso diffuso*. LINN. spec. p. 1253.  
*Matricaria inodora, receptaculis haemisphaericis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine obsolete*. Fl. Svec. 2. n. 765.  
*Chamaemelum inodorum annuum humilius, foliis obscure virentibus*. MORIS. hist. 3. p. 36.  
 RAY. angl. 3. p. 186.  
*Chamaemelum inodorum, seu Cotula non faetida*. BAUH. hist. III. p. 120.  
 Loc. Inveni inter segetes in agro Nicaeensi. ANNUUM.
689. CHRYSANTHEMUM montanum tab. 37. fig. 2.  
 ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 29. f. 1.  
*Chrysanthemum foliis imis spatulato-lanceolatis serratis, summis linearibus*. LINN. spec. p. 1252. SAUVAG. monsp. 87. GOU. 448.  
*Leucanthemum montanum minus*. TOURN. inst. 492.  
*Bellis montana minor*. BAUH. hist. III. p. 115.  
 Loc. In monte Brau aridis, & saxosis locis nascitur. PERENNE.  
 OBS. Vix differt a CHRYSANTHEMO Leucanthemo.



## 690. CHRYSANTHEMUM italicum.

*Chrysanthemum foliis bipinnatis serratis, florum radiis longitudine disci, caule procumbente.*

LINN. syst. 12. p. 563. mant. 116.

*Parthenium foliis tenuissimis achilleae cesuris.* MICH. gen. 34. tab. 29.

Loc. Alpium nostratum indigena planta ex testimonio Petri CORNALIÆ. Oritur circa Melan in Sabaudia. PERENNE.

## 691. CHRYSANTHEMUM corymbosum.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 77.

*Chrysanthemum foliis pinno-inciso-serratis, caule multifloro.* LINN. spec. p. 1251.

*Pyrethrum foliis pinnatis, pinnis semipinnatis acute dentatis, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 95.

*Pyrethrum corymbosum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1043,

JACQ. Fl. Austr. tab. 379.

*Matricaria inodora.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 136.

*Matricaria tanacetifolio, flore majore, semine umbilicato.* TOURN. inst. 493.

*Tanacetum inodorum flore majore.* BAUH. pin. 132.

*Tanacetum inodorum.* PRIM. CLUS. hist. p. 338.

B. *Matricaria tanacetifolio, flore minore, semine umbilicato.* TOURN. inst. 493.

Loc. Abunde provenit in sylvis praecipue caeduis tum collium Taurinensium, tum humiliorum montium subalpinorum. PERENNE.

## 692. CHRYSANTHEMUM segetum.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 52.

*Chrysanthemum foliis amplexicaulibus superne laciniatis, inferne dentato-serratis.* LINN. spec. p. 1254.

*Chrysanthemum foliis dentato-serratis, inferioribus cuneiformi-oblongis, superioribus angustioribus.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 207. n. 3.

*Matricaria foliis glaucis amplexicaulibus profunde dentatis.* HALL. Gott. 392.

*Chrysanthemum segetum.* CLUS. hist. 1. p. 334.

Loc. In sabulosis fluminis le Var; ad maris litus D. GIUDICE occurrit. ANNUUM.

## 693. CHRYSANTHEMUM myconis.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 2. f. 2.

*Chrysanthemum foliis lingulatis obtusis serratis, calycum squamis aequalibus.* LINN. spec. p. 1254. JACQ. obs. IV. p. 10. tab. 94.

*Chrysanthemum myconis.* DALECH. hist. 873.

*Chrysanthemum latifolium.* BAUH. hist. III. p. 105.

*Bellis lutea foliis subrotundis.* BAUH. pin. 262.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUUM.

## 694. CHRYSANTHEMUM coronarium.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 48.

*Chrysanthemum foliis pinnatis incisissimis extrorsum latioribus* LINN. syst. 12. p. 563.

*Chrysanthemum creticum.* CLUS. hist. p. 334. MORIS. hist. 3. p. 16. sect. 6. tab. 4. f. 2. 3.

*Chrysanthemum foliis Matricariae.* BAUH. pin. 134.

Loc. Cum superiori reperta est a D. GIUDICE. ANNUUM.

MATRICARIA. LINN. gen. n. 897., syst. n. 967. TOURN. tab. 281.

Calyx imbricatus, squamis acutiusculis non membranaceis. Flores disci quinquefidi hermaphroditi, radii foeminei lingulati. Semina nuda.

## 695. MATRICARIA Parthenium.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 74., & Vol. XIV. tab. 64.

*Matricaria foliis compositis planis: foliolis ovatis incisissimis, pedunculis ramosis.* LINN. spec. p. 1255.



*Matricaria foliis pinnatis, pinnis semipinnatis acute dentatis, lacinulis obtusis, floribus, umbellatis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 100.

*Matricaria vulgaris.* BAUH. *pin.* 133.

*Matricaria vulgo minus parthenium.* BAUH. *hist.* III. p. 129.

*Matricaria, o sia Parthenio.* MATTH.

OFF. *Matricaria, sive Parthenium.*

LOC. In pinguibus umbrosis ruderatis minime rara est. In vineis *Montisregalis* frequentissima, ita ut vere pro spontanea habenda sit. PERENNIS.

VIR. Inter *Tanacetum*, & *Chamaemelum* media quasi planta est MATRICARIA; vires nimirum habet antispasmodicas, antisepticas, emmenagogas, atque proxime ad *Tanacetum* accedit. Ea igitur, quae de *Tanaceto* dicta sunt, haberi etiam possunt de MATRICARIA; usus etiam *Chamaemeli* praebere potest. Olei cujusdam crassi adiposi majorem quantitatem continet, quam *Tanacetum*, minorem autem olei essentialis, quam *Chamaemelum*. Opportunior prae *Tanaceto* est ad flatus discutiendos, atque menses, & lochia pellenda; dolores etiam post partum sedat; cum non exiguam virtutem habeat spasmodicos nervorum motus sedandi, cum magna utilitate MATRICARIAM adhibui ad menses movendos iis in foeminis, in quibus propter nervorum, et fibrarum sensibilitatem, atque spasmi facilitatem menses parcius fluebant, tantum enim abest, ut a tonicis, et acerbis aromaticis exstimulantibus promoveantur, quinimo magis, magisque intercipiantur. Datur MATRICARIA ex aqua, aut jusculo decocta dosi manipuli unius, aut succus propinatur ab uncia una ad uncias duas.

696. MATRICARIA chamomilla.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 86.

*Matricaria foliis supradecompositis setaceis, receptaculis oblongis.* SCOP. *Fl. Carn.* p. 374. n. 2.

*Matricaria receptaculis conicis, radiis patentibus, squamis calycinis, margine aequalibus.* LINN. *syst.* 12. p. 563.

*Matricaria foliis planis capillaribus, foliis duplicato-pinnatis pinnulis lanceolatis bifidis, trifidisque.* HALL. *hist.* n. 101.

*Leuchanthemum chamaemelum.* LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 139.

*Chamaemelum vulgare leuchanthemum dioscoridis.* BAUH. *pin.* 135.

*Chamaemelum vulgare amarum.* BAUH. *hist.* III. p. 116.

OFF. *Chamaemelum vulgare, s. Chamomilla.*

VERN. *Camamia.*

LOC. In aridis secus arva, & ad vias abunde oritur. ANNUA.

VIR. Cum frequentissima apud nos planta sit, neque adeo commode haberi *Chamaemelum nobile* possit, *Chamomilla* solet in usum medicum venire. Ea igitur, quae dicta sunt de *Chamaemelo nobili*, huc etiam omnia pertinent.

697. MATRICARIA inodora.

*Matricaria receptaculis hemisphaericis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine obsolete.* LINN. *Fl. Svec.* 2. n. 765.

*Chrysanthemum (inodorum) foliis pinnatis multifidis, caule ramoso.* LINN. *spec.* p. 1253.

*Chamaemelum inodorum, s. Cotula non foetida.* BAUH. *hist.* III. p. 120.

LOC. Secus arva inter *Limon*, & *Rubilant*, atque in montibus *Valderii*. Cl. BELLARDI inter *Mouëtier*, & *Pralugnam*. ANNUA.

DESCR. Caules striato-angulati firmi erecti laeves continuo ramosi, ramis alternis iterum ramosis. Singulos ramos flos terminat. Petiolum foliorum planum; cum eo confluunt foliola, sive pinnae petiolatae. Nervus communis pinnae foliorum excipiens planus, & striatus, & ad sui originem caulem amplexatur, pinnae iterum pinnatae, pinnulis nunc simplicibus, nunc trifidis, aut bifidis; pinnulae teretes sunt semiflosculi viginti, & ultra tridentati albi fere lineares non ovati, disco paullo breviores. Calyces imbricati, squamae virides margine albicantes. Receptaculum nudum conicum, minus tamen quam in MATRICARIA *chamomilla* elatum. Flosculi in disco numerosissimi. Differt a MATRICARIA *chamomilla* habitu firmiori, defectu odoris, majori flore.



Ad hanc MATRICARIAM videtur referendum *Chamaemelum alpinum inodorum tenuis-*  
*simo folio.* TOURN. *inst.* p. 494.

BELLIS. LINN. *gen. n.* 864., *sys. n.* 962. TOURN. *tab.* 280.

Calyx ex duplici squamarum ordine. Flosculi disci quinquefidi hermaphroditi.  
Flores radii foeminei lingulati. Semina nuda.

698. **B**ELLIS perennis.

*Bellis scapo nudo simplicissimo unifloro, foliis spatulatis.* GOU. *hort. monsp.* p. 447. n. 1.

*Bellis scapo nudo.* LINN. *spec.* p. 1248.

*Bellis sylvestris minor.* BAUH. *pin.* 267.

*Bellide minore.* MATTH.

OFF. *Bellis minor.*

VERN. *Margaritin gentil.*

LOC. Ubique in pratis agri *Pedemontani.* PERENNIS.

VIR. Inter vulnerarias nobis inusitatam stirpem auctores recensent. Dicitur habere vim abstergentem cum attemperante conjunctam, atque utiliter adhiberi in ipsis morbis acutis scopo sanguinem coactum resolvendi. BAGLIVIVS in catarrho suffocativo laudavit. BOERRHAAVE in morbis pectoris inflammatoriis commendavit. Ego in hemophtoe, ut sanguinem in minimis vasis haerentem resolverem, et vasa expedirem, cum utilitate adhibui. Resolvens attemperans remedium est in dictis casibus non spernendum. Datur succus ab uncia una ad uncias tres, aut planta tota manipuli unius mensura ex aqua decoquitur.

699. BELLIS annua.

*Bellis caule subfolioso.* LINN. *spec.* p. 1249. GOU. *monsp.* 447.

*Bellis minima pratensis caule folioso.* BOCC. *mus.* 2. p. 96. *tab.* 35.

*Bellis maritima minima, roris solis folio cyrnea.* BOCC. *mus.* 2. p. 149. *tab.* 107.

*Bellis hortensis pediculo folioso.* BAUH. *pin.* 262. *prodr.* 121.

*Bellis leuchanthemum annuum italicum.* MICH. *gen.* 34.

*Bellis ramosa.* LAM. *Fl. Franc.* tom. 2. p. 122.

LOC. In collibus graminosis *Nicaeensibus*, sed rara. ANNUA.

## 2. SEMINE PAPPIS CORONATO.

ASTER. HALL. *hist.* tom. 1. p. 31. TOURN. *tab.* 274.

Calyx imbricatus ex squamis multorum ordinum apice solutis. Flosculi disci quinquefidi hermaphroditi. Flosculi radii foeminei lingulati ovati, aut longe elliptici, plures quam decem. Semina pappo simplici coronata.

700. **A**STER alpinus.

ICON. TAUR. Vol. XIII. *tab.* 58. *f.* 2.

*Aster foliis lanceolatis hirtis: radicalibus obtusis, caule simplicissimo unifloro.* LINN. *spec.* p. 1226.

*Aster foliis radicalibus petiolatis ovatis scabris, caule unifloro.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 82. JACQ. *Fl. Austr.* *tab.* 88.

*Aster montanus caeruleus magno flore, foliis oblongis.* BAUH. *pin.* 277.

*Aster VII. Austriacus V.* CLUS. *hist.* 2. p. 15.

*Aster purpureus montanus.* BAUH. *hist.* II. p. 1045.

LOC. In pascuis, & saxosis alpium usque ad earum pene summa juga abunde ubique. In pratis montis *Cenisii* copiosissime. PERENNIS.

701. ASTER tripolium.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. *tab.* 103.

*Aster foliis lanceolatis integerrimis carnosis glabris, ramis inaequatis, floribus corymbosis.* LINN. *spec.* p. 1226.



*Aster foliis pulposis integris, imis ovatis, superioribus lingulatis.* HALL. Gott. 397.  
*Aster foliis lanceolatis glabris, ramis inaequatis, floribus corymbosis.* ROY. Leyd. p. 168.

n. 14.

*Aster palustris.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 143.

*Aster maritimus palustris, caeruleus, salicis folio.* TOURN. p. 481.

*Aster maritimus Tripolium dictus.* RAI. hist. 270.

*Tripolium majus caeruleum.* BAUH. pin. 267.

*Tripolium.* DOD. pempt. 379.

Loc. Ad maris Nicaeensis litus locis paludosis. PERENNIS.

702. ASTER Amellus. tab. 69. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 104.

*Aster foliis semiamplexicaulibus lanceolatis scabris, squamis calycinis obtusis.* SCOP. Fl. Carn. p. 383. n. 3., ed. 2. n. 1077.

*Aster caule folioso, foliis scabris, ciliatis lanceolatis obtusis, calycis squamis ovatis ciliatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 83.

*Aster foliis scabris ellipticis integris, floribus in summo caule umbellatis caeruleis.* HALL. Helv. 726.

*Aster foliis lanceolatis obtusis, scabris trinerviis integris, pedunculis nudiusculis corymbosis, squamis calycinis obtusis.* LINN. spec. p. 1226.

JACQ. Flor. Austr. tab. 425.

*Aster atticus caeruleus vulgaris.* BAUH. pin. 267.

*Aster atticus purpureo flore.* BAUH. hist. II. p. 1044.

*Astere attico, o sia Amello.* MATTH.

Loc. Legi hunc ASTEREM in apricis collibus circa Bussolino, & Segusium, necnon Vinadii loco dicto Nirajssa. In collibus Taurinensibus secus sylvas apricas. In sylvis elatioribus Montisferrati non infrequens etiam est; supra oppidum Mazino Cl. BELLARDI. PERENNIS.

OBS. Varietatem foliis subrotundis commemorat Gaspar BAUHINUS, quae similibus locis etiam provenit. Cum constantia discrimina inveniam cultura non mutanda, videant Botanici num pro varietate, aut distincta specie habenda sit. Flores in utroque similes, & per aetatem purpurascunt, sed in ASTERE Amello LINN. sive longifolio, folia sunt erecta, longe elliptica acuminata, ora modo integra, modo leviter dentata. Rami minus patuli, pedunculi autem breviores, & saepius biflori non uniflori, magnitudo florum duplo minor. In altero ASTERE Amello, sive qui foliis subrotundis inscribitur, folia sunt breviora obtusa, licet spinulam educant, integerrima.

703. ASTER acris.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 44.

*Aster foliis lanceolatis linearibus strictis integerrimis planis, floribus corymbosis fastigiatis, pedunculis foliosis.* LINN. spec. p. 1228.

*Solidago foliis linearibus nervosis, floribus umbellatis caeruleis.* HALL. Gott. 400.

*Aster angustifolius tripolii flore.* BARR. ic. 606. GARID. tab. 11.

*Aster minor Narbonensium tripolii flore linariae folio medio purpureum.* LOB. adv. 147.

Loc. In Comitatu Nicaensi, & Principatu Uneliae. PERENNIS.

704. ASTER novi belgii.

*Aster foliis lanceolatis subserratis sessilibus, caule paniculato, ramulis unifloris solitariis, calycibus squarrosis.* LINN. spec. p. 1231.

*Aster novae belgiae latifolius umbellatus, floribus dilute violaceis.* HERM. Lugdb. 66. t. 67.

Loc. In agro Taurinensi secus Sturam, & aquaeductus regione dicta le Madlenne, & prope la Madonna di Campagna, sponte quidem vivit, ita ut indigena videatur, fortasse proveniens ex seminibus exoticis. PERENNIS.

705. ASTER officinalis.

ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 31. & XXIII. tab. 71.



*Inula* (Helenium) foliis amplexicaulibus ovatis rugosis subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. LINN. spec. p. 1236.

*Aster* foliis ovato-lanceolatis serratis, subtus tomentosis, calycinis ovato-lanceolatis maximis. HALL. hist., tom. 1. n. 72.

*Aster Helenium*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1078.

*Aster* foliis amplexicaulibus ex ovato-acuminatis, ora serrata, flore amplissimo luteo. HALL. Helv. 727.

*Aster omnium maximus Helenium dictus*. TOURN. inst. 482.

*Helenium vulgare*. BAUH. pin. 276.

*Helenium, sive Enula campana*. BAUH. hist. part. 1. p. 108.

*Helenio*. MATTH.

OFF. *Enula campana*, *Helenium*, sive *Inula*.

LOC. In agro *Fossanensi* secus fossas pratorum abunde nasci observavi. In proximo etiam agro *S. Albani* spontaneam legit Cl. BONELLI. In *Monteferrato*, & *Dertonensi* Provincia passim provenit secus fossas, & sylvas. In agro *Vercellensi* prope *Villarboia* Cl. BELLARDI. PERENNIS.

VIR. Acris, & aromatica hujusce stirpis radix saepe in usum medicum venit, & efficax medicina est, ubi solvendum, & corroborandum sit; lochia, menses, urinam ciet, & laxum ventriculum pristino tono restituit. Utilis etiam in morbis pectoris ex viscida pituita; agit particulis acribus aromaticis gummoso principio inhaerentibus, & aliquibus oleosis camphoratae naturae. Minime convenit, si febris adsit, aut causa morbi calida fuerit. Datur radix in pulverem trita a drachma semisse ad drachmam unam, aut radix unciae semissis dosi ex aqua decoquitur, aut cerevisiae, aut vino infunditur. Ad stomachi actionem excitandam Saccharo condita radix comeditur. Dicitur etiam adversus scabiem valere, sed experimenta hac super re non habeo. Extractum ENULÆ *Campanae* imperatur a scrupulo uno ad scrupulos duos. Eo utiliter usus sum in asthmate pituitoso, atque in chlorosi.

706. ASTER montanus.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 88.

*Inula* foliis lanceolatis hirsutis integerrimis caule unifloro, calyce brevi imbricato. LINN. spec. p. 1241.

*Aster* foliis ellipticis integerrimis tomentosis, caule unifloro. HALL. hist. tom. 1. n. 81. emend. 11. MISC. TAUR. vol. 2. p. 37. n. 82.

*Aster* foliis lanceolatis sessilibus villosis, caule saepius unifloro. ROY. Leyd. p. 168. n. 16.

*Aster montanus hirsutus*. LOB. ic. p. 350.

*Aster atticus luteus montanus villosus magno flore*. BAUH. pin. 267. GARID. tab. 10.

LOC. In arenosis *Duriae* prope *Taurinum*, & in montanis circa *Segusium* nascitur.

In alpibus quoque *Vinadiensibus*, & *Garrexii* non infrequens reperta fuit. Ignatius MOLINERI in valle *Stafora*, & *Montisregalis* territorio frequentem affirmat. PERENNIS.

OBS. Folia aliquantulum denticulata sunt, non integerrima. Caulis non semper uniflorus, sed biflorus interdum, aut etiam triflorus.

707. ASTER hirtus.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 53.

*Inula* (hirta) foliis sessilibus lanceolatis recurvatis subserrato-scabris, floribus inferioribus altioribus, caule teretiussculo subpiloso. LINN. spec. p. 1239.

*Aster* foliis ovatis venosis scabris hirsutis. HALL. hist. tom. 1. n. 75.

*Aster hirtus*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1082. tab. 58.

JACQ. Flor. Austr. tab. 358.

*Inula* (rigida) hirsuta foliis lanceolato-ovatis serrulatis recurvis, calyce squarroso. VILL. prosp. p. 32.?

*Aster luteus hirsuto salicis folio*. BAUH. pin. 266.

*Aster tertius pannonicus Clusii luteus, folio hirsuto salicis*. BAUH. hist. II. p. 147.

LOC. Montana, atque aspera incolit. PERENNIS.



## 708. ASTER squarrosus.

*Inula foliis ovalibus laevibus reticulato-venosis subcrenatis, calycibus squarrosis.* LINN. spec. p. 1240.

*Aster foliis ovatis tenerrime crenatis utrinque glabris.* HALL. Helv. 728.

*Aster foliis lanceolatis amplexicaulibus, oris reflexis, ramis multifloris, calycibus oblongis laxis.* GMEL. Sib. 2. p. 181. tab. 78. fig. 1.

*Conyzae mediae monspeliensis affinis multiflora.* BAUH. hist. II. p. 1049.

*Aster montanus italicus luteus foliis brevioribus, & rigidioribus serratis, floribus umbellatim compactis.* MICH. Pis. 18.

*Aster luteus latifolius glaber foliis rigidis, & minutissime crenatis.* PLUK. p. 57. tab. 16. f. 1.

Loc. In sylvis circa *Segusium* copiose ad montium radices; *Ignatius MOLINERI* in *Aquensi* Provincia ad rupes saepe occurrere adnotavit: *Cl. BELLARDI* prope *Giambava* in valle *Augustae Praetoriae*, & in montibus *di Piosasco* nasci adnotavit.

PERENNIS.

DESCR. *Inula squarrosa* LINNÆI similis *Salicinae*, sed differt caule potius rotundo licet striato, qui in *Salicina* angulatus, & striatus est. Folia minora, crenis inaequalibus, & paullo minoribus, folia firmiora, breviora, fine non acuto, sicuti in *Salicina*. Calyx ex quinque squamarum ordinibus in *Salicina*, duorum, aut trium ad summum in *Squarrosa*, fine acuto, in illa licet obtuso, sed tamen aristato. In *Inula Salicina* semiflosculi angustiores, & longiores, breviores in *Squarrosa*.

## 709. ASTER salicinus.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 99.

*Inula (salicina) foliis lanceolatis recurvis serrato-scabris, floribus inferioribus altioribus, ramis angulatis.* LINN. syst. 12. p. 558.

*Aster foliis glabris ciliatis ovatis venosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 76.

*Aster salicinus.* SCOP. ed. 2. n. 1081.

*Aster montanus luteus salicis glabro folio.* BAUH. pin. 266.

Loc. In sylvis, & pratis ad oras sylvarum positus passim. PERENNIS.

## 710. ASTER Vaillantii.

*Aster caule ramosissimo, foliis ovato-lanceolatis, subtus incanis, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 73. tab. 2.

*Helenium montanum salicis folio subtus incano.* VAILL.

Loc. Circa *Gye* in *Sabaudia*, & secus flumen *la Durance*. *Cl. BELLARDI* in agro *Cuneensi* secus flumen *Stura*, & *Gesso* in arenosis. PERENNIS.

OBS. *Vaillantii* stirpem communicavit *Celeberrimus HALLERUS*, quae omnino eadem cum nostra est, atque respondere videtur *Bubonio*, quod pinxit *Cl. JACQUINUS*.

DESCR. Ex uno capite radices plures teretes, parum fibrosae, longissimae. Caulis decumbens, deinde erectus lignosus ramosissimus, ramis saepius alternis. Ex supremis alis ramorum pedunculi uniflori, foliosi. Folia elliptico-lanceolata subtus incana tomentosa mollia, ambitu denticulis exasperato: hi denticuli videntur potius parva tubercula, quam dentes, & in rameis foliis evanescent. Folia etiam ramea molliora sunt. Calycis foliola prima foliis rameis similia sunt. Alius ordo sequitur foliorum similium, sed breviorum reflexorum, tertius ordo sequitur squamarum lanceolarum lucentium. Semiflosculi lineares tridentati disco breviores, quadraginta circiter. Stylus luteus profunde bifidus, longissime extra flosculos & semiflosculos exertus. Folia grate odorata inter *Serpillum*, & *Melissam*.

## 711. ASTER dysentericus.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 70.

*Aster foliis amplexicaulibus crispis, ramis multifloris caulem excedentibus.* SCOP. Flor. Carn. 383. ed. 2. n. 1079.

*Aster foliis amplexicaulibus undulatis subtus tomentosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 79.

*Inula foliis amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villosa paniculato, squamis calycinis setaceis.* LINN. syst. 12. p. 557.

*Aster pratensis autumnalis Conyzae folio.* TOURN. inst. 482.

*Conyza media* Matth. flore magno luteo humidis locis proveniens. BAUH. hist. II. p. 1050.



*Conizza media.* MATTH.

Loc. Ubique ad fossas abunde. PERENNIS.

712. ASTER britannicus.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 47.

*Inula* (britannica) foliis amplexicaulibus lanceolatis distinctis serratis subtus villosis, caule ramoso villosa erecto. LINN. spec. p. 1237.

*Conyza aquatica asteris flore aureo.* BAUH. prodr. p. 124.

*Aster foliis subhirsutis radicalibus petiolatis ellipticis caulinis sessilibus lanceolatis, calycinis perangustis.* HALL. hist. 1. n. 78.

Loc. Ad vias, & fossas collium Astensium, Montisferrati, & etiam Dertonae. Neque deest in agro Taurinensi secus Padum. PERENNIS.

DESCR. Radix stolonifera repens perennis. Caulis erectus fere digitalis crassitie, rotundus, continuo ramosus, ramis erectis, extremo unifloris, aut bifloris, etiam trifloris; solent extremi rami in duos pedunculos findi, quorum lateralis altior est eo, qui ramorum est continuatio. Pedunculi prope florem uno foliolo instructi. Folia semiamplexicaulia, alis rotundatis ad originem suam denticulata, deinde margine retrorsum scabriuscula, ambitu interdum sinuato, folia subtus pallidiora, & lanuginosa, superiora evidentius utrinque pubescunt. Calyx ex squamis lanceolatis mollibus foliosis usque ad basim solutis, atque majori ex parte reflexis, quatuor, & quinque ordinum pubescentibus. Semiflosculi lineares acuti tridentati aurei, dimidii disci longitudine sexaginta circiter. Discus aliquantum convexus. *Inula comosa* D. LAMARCK non videtur a britannica differre. Si locis aridis nascatur, caulem gerit minus ramosum, & folia breviora rigidiora, & vix lanuginosa, ita ut alia planta videatur.

713. ASTER odorus.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 64.

*Inula foliis amplexicaulibus dentatis hirsutissimis, radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis, caule paucifloro.* LINN. spec. p. 1326.

*Aster luteus radice odora.* BAUH. pin. 266.

Loc. Circa Thermas Vinadii. Ignatius MOLINERI circa San Michele Montisregalis. PERENNIS.

714. ASTER bifrons.

*Inula foliis oblongis decurrentibus denticulatis, floribus congestis terminalibus subsessilibus.* LINN. spec. p. 1236.

*Conyza pyrenaica foliis primulaeveris.* HERM. parad. 127.

*Conyza latifolia viscosa suaveolens flore aureo e Galloprovincia.* GARID. aix. p. 125. tab. 25.

*Conyza praealta caule alato odorata.* BOCC. mus. 1. p. 168. tab. 121.

*Inula glomeriflora.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 150.

Loc. In Comitatu Nicaeensi non infrequens est, sicuti etiam in Liguria, & Monteferrato. BIENNIS.

715. ASTER pulicarius.

*Aster foliis amplexicaulibus undulatis hirsutis, radiis brevissimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 80.

*Inula foliis undulatis amplexicaulibus caule prostrato, floribus subglobosis, radio brevissimo.* LINN. syst. 12. p. 558.

*Aster pulicarius.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1080.

*Conyza minor flore globoso.* BAUH. pin. 266.

*Aster palustris parvo flore globoso.* TOURN. inst. 483.

*Conyza minima.* LOB. ic. p. 245.

*Conyzae mediae minor species flore vix radiato.* BAUH. hist. II. p. 1050.

*Conyza minore.* MATTH.

Loc. In agris subhumidis, & locis ab aqua olim inundatis agri Pedemontani. ANNUUS.



## 716. ASTER ensifolius.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 54.

*Inula foliis sessilibus linearibus acuminatis nervosis glabris sparsis, caule subunifloro.*

LINN. spec. p. 1240.

*Aster ensifolius.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1084.

JACQ. Fl. Austr. tab. 162.

*Aster montanus saxatilis luteus angusto nervoso acuto, & molli folio plantaginis, multicaulis.* BOCC. mus. p. 31. tab. 18.

*Aster luteus linariae rigido glabro folio.* BAUH. pin. 267.

Loc. In montibus di Piosasco legit Th. PRIM. PERENNIS.

ERIGERON. LINN. gen. n. 855. syst. n. 951.

Ab Astere differt semiflosculis angustis linearibus, aut etiam capillaribus.

## 717. ERIGERON viscosum.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 69.

*Erigeron pedunculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis denticulatis basi reflexis, calycibus squarrosis, corollis radiatis.* LINN. spec. p. 1209. Mant. alt. p. 469.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 165.

*Solidago viscosa.* LAM. Flor. Franc. tom. 2. p. 144.

*Solidago, seu virga aurea major foliis glutinosis, & graveolentibus.* TOURN. inst. 484.

*Conyza major.* DOD. pempt. 51.

Loc. In Comitatu Nicaeensi, & agro Dertonensi secus la Stafora, & la Scrivia.

SUFFRUTEX.

## 718. ERIGERON graveolens.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 63.

*Erigeron ramis lateralibus multifloris, foliis sublinearibus integerrimis.* LINN. syst. 12. p. 549.

*Erigeron foliis lanceolato-linearibus integerrimis sessilibus decurrentibus, ramis multifloris, corollis radiatis, caule pyramidato.* GOU. Illustr. p. 67.

*Solidago graveolens.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 145.

*Solidago quae virga aurea minor foliis glutinosis, & graveolentibus.* TOURN. inst. 484.

ENUM. NIC. p. 95.

*Conyza minor vera.* LOB. ic. p. 346. BARR. 370.

*Erigeron foliis lingulatis, floribus solitariis per ramos sessilibus.* HALL. Gott. 380.

Loc. Nascitur locis aridis agri Nicaeensis, Dertonensis, atque in Provincia Aquensi.

TERRANEUS in collibus maritimis Uneliae legit. ANNUUM.

## 719. ERIGERON canadense.

*Erigeron racemis lateralibus, foliis imis lanceolatis dentatis, superioribus linearibus ciliatis.* SCOP. Flor. Carn. p. 386. n. 3.

*Erigeron floribus ex alis foliorum in spica congestis, flosculis foemineis, omnibus lingulatis.* HALL. Helv. 725.

*Erigeron caule, floribusque paniculatis, foliis lanceolato-linearibus ciliatis confertis.* GOU. hort. monsp. p. 437. n. 3.

*Erigeron caule, floribusque paniculatis, foliis lanceolatis ciliatis, caule hirto.* LINN. spec. p. 1210. mant. alt. obs. p. 468.

*Erigeron floribus paniculatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 84.

*Erigeron paniculatum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 141.

*Conyza floribus ex alis foliorum paniculatis.* BOHEM. Lips. p. 81. n. 184.

*Conyza acris alba elatior linariae foliis.* MORIS. hist. 3. p. 115. sect. 7. tab. 20. f. 29.

BOCC. pl. Sicul. p. 85. l. 46.

Loc. Nihil ubique vulgatus. ANNUUM.

## 720. ERIGERON acre.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 60. Vol. XV. tab. 70. f. 1. 7.



- Erigeron pedunculis alternis unifloris*. LINN. spec. p. 1211.  
*Erigeron caule alterne ramoso, petiolis unifloris, semiflosculis pappum aequantibus*. HALL. hist. tom. 1. n. 85.  
*Erigeron pedunculis lateralibus alternis unifloris*. SCOP. Fl. Carn. p. 386. n. 2.  
*Conyza pedunculis alternis unifloris*. BOHEM. Lips. p. 80. n. 183.  
*Conyza caerulea acris*. BAUH. pin. 265.  
*Aster arvensis caeruleus acris*. TOURN. inst. 481. ZANNICH. ver. 27. tab. 10.  
*Erigeron floribus ex ala foliorum prodeuntibus, flosculis foemineis multis imperfectis*. HALL. Helv. 724.  
 Loc. Ad muros, & satorum margines frequentissime occurrit. ANNUUM.

721. ERIGERON alpinum.

- ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 109. & Vol. XII. tab. 70. f. 5.  
*Erigeron caule subbifloro, calyce subhirsuto, foliis obtusis subtus villosis*. LINN. syst. 12. p. 549.  
*Erigeron squamis calycinis planis, foliis obtusis subvillosis*. GER. Fl. Galloprov. p. 202. n. 6.  
*Erigeron caule alterne ramoso, petiolis unifloris, semiflosculis pappum superantibus*. HALL. hist. tom. 1. n. 86.  
*Erigeron foliis imis petiolatis subrotundis ad caulem lanceolatis, petalis foemininis lingulatis*. HALL. emend. 11. p. 35.  
*Erigeron caule unifloro, calyce piloso, foliis sessilibus lanceolatis*. SCOP. Fl. Carn. p. 385.  
*Aster caule unifloro, foliis integerrimis, calyce villoso subrotundo*. LINN. Fl. Lapp. 307. tab. 9. f. 3.  
*Conyza alpina caerulea major, & minor*. BAUH. pin. 265. prodr. 124.  
 Loc. In pratis alpium. PERENNE.

722. ERIGERON uniflorum.

- ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 70. f. 3. 4.  
*Erigeron caule unifloro, calyce piloso*. LINN. spec. p. 1211.  
*Erigeron caule unifloro, calyce tomentoso, radiis omnibus semiflosculosis*. HALL. hist. tom. 1. n. 87.  
*Erigeron polymorphum*. SCOP. Flor. Carn. ed. 2. n. 1062.  
*Conyza caerulea alpina minor*. BAUH. pin. 265. prodr. 124.  
 Loc. In frigidis editioribus pratis, & jugis. PERENNE.  
 OBS. Omnino conjungendae sunt varietates omnes uniflorae, multiflorae, calyce glabro hirsuto, floribus caeruleis, albisque, quemadmodum Clariss. Viri proposuerunt, & in planta alpium nostrarum ubique incola certo certius observavimus.

SENECIO. LINN. gen. n. 857. syst. n. 953. TOURN. tab. 276.

Differt ab Astere calyce saepius calyculato, squamis superioribus apice lividis, aut sphacelatis.

723. SENECIO vulgaris.

- ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 95.  
*Senecio corollis nudis, foliis pinnato-sinuatis amplexicaulibus, floribus sparsis*. LINN. spec. p. 1216. HALL. hist. tom. 1. p. 58.  
*Senecio floribus hermaphroditis, foliis amplexicaulibus pinnato-sinuatis*. SCOP. Fl. Carn. p. 380. n. 1., ed. 2. n. 1063.  
*Senecio foliis amplexicaulibus subbipinnatifidis sinuatis, flosculis omnibus tubulosis monoclinis*. NEKER. tom. 2. p. 353.  
*Senecio foliis pinnato-sinuatis amplexicaulibus, floribus nudis sparsis*. ROY. Leyd. p. 165. n. 15.  
*Senecio minor vulgaris*. BAUH. pin. 131.  
*Senecio vulgaris, seu erigeron*. BAUH. hist. II. p. 1041.  
*Erigeron minus*. DOD. pempt. 641.  
 Senecio. MATTH.  
 Loc. Secus muros, & in hortis ubique. ANNUUS.



*VIR.* In usum minime venit. Succosa, & oleracea est, atque vires aliquas emollientes habere videtur. Neglecta, eo, quod commodius efficaciores aliae plantae haberi possint.

724. *SENECIO* viscosus.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 55. Vol. XIV. tab. 49. f. 2.*

*Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis viscidis, squamis calycinis laxis longitudine perianthii. LINN. spec. p. 1217.*

*Senecio foliis viscidis pinnatis, pinnis semipinnatis angulosis, calycibus hirsutis. HALL. hist. tom. 1. n. 60.*

*Senecio foliis pinnatifidis sessilibus, laciniis angulosis, superioribus latioribus, florum radiis disco brevioribus. ROY. Lugdb. 142.*

*Senecio hirsutus viscidus graveolens. DILL. Elth. 347. tab. 258. f. 336.*

*Senecio incanus pinguis. BAUH. pin. 131.*

*Loc. In arenosis torrentium ad alpium convalles. ANNUUS.*

725. *SENECIO* sylvaticus.

*ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 59.*

*Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboso erecto. LINN. spec. p. 1217.*

*Senecio foliis pinnatis, pinnis alterne majoribus semipinnatis angulosis, calycibus laevibus, radiis brevissimis revolutis. HALL. hist. tom. 1. n. 59.*

*Senecio minor, latiore folio, sive montanus. BAUH. pin. 131. DILL. Elth. 258. tab. 258. f. 337.*

*Jacobea senecionis folio incano perennis. RAT. hist. 285. HALL. Jen. 177. tab. 4.*

*Loc. Abunde in Comitatu Nicaeensi, Liguria, Astensi Provincia, Monteferrato, atque etiam in collibus calidioribus Provinciae Taurinensis. Longe parcius in agro Taurinensi occurrit. Vulgaris ad sepes in Sabaudia. PERENNIS.*

726. *SENECIO* incanus.

*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 49. f. 3.*

*Senecio corollis radiantibus, foliis utrinque tomentosis subpinnatis obtusis, corymbo subrotundo. LINN. spec. p. 1219.*

*Senecio tomentosus, foliis pinnatis, pinnis subrotundis, umbella globosa. HALL. hist. tom. 1. n. 61.*

*Chrysanthemum alpinum incanum, foliis laciniatis. BAUH. pin. 134.*

*Chrysanthemum alpinum 1. CLUS. hist. 1. p. 333.*

*Jacobea alpina incana minor. BARR. ic. 262. n. 1. BOCC. mus. 2. p. 20. tab. 8.*

*Jacobea pumila absinthii umbelliferi foliis incanis, floribus velut in umbellam positis.*

*PLUK. phytog. tab. 39. fig. 6.*

*Loc. Ubique in summis jugis alpium. PERENNIS.*

727. *SENECIO* parviflorus N. tab. 38. f. 3.

*ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 54.*

*Loc. Lecta est in alpiibus vallis Macrae. PERENNIS.*

*OBS. SENECTIONIS incani varietatem putat Praeclarissimus HALLERUS (hist. tom. 1. p. 26.). Insignis omnino varietas est, in qua foliorum pinnae profundius, & acutius etiam repetito divisae sunt, semiflosculi vix conspicui: caeterum SENECTIONIS incani faciem habet.*

728. *SENECIO* uniflorus N. tab. 17. fig. 3.

*Senecio foliis tomentosis lingulatis profunde dentatis, caule unifloro.*

*Solidago foliis tomentosis ovatis semipinnatis. HALL. Emend. VI. n. 76. hist. n. 70.*

*MISC. TAUR. tom. 5. p. 70.*

*Jacobea pumila sinuatis foliis argentea summo caule, flore singulari. PLUK. phytog. tab. 39. fig. 7.*

*Chamoemelum montanum incanum absinthioides italicum. BARR. ic. 457.*



*Loc.* Habitat in editissimis jugis alpium, quae a monte *S. Bernardi* ad montem *Cenisium* protenduntur, & frequentissima occurrit in alpibus *Soanae*, *Grassoney*, *Alpe Re*, *Bonaval*, monte *Galese*, & *Col di Cogne*, & inter *Giaveno*, & *Cumiana*. *PERENNIS*.

*DESCR.* Teretes succosae simplices fibrae ex uno capite ortae radicem faciunt. Folia ad hoc caput nascuntur plura petiolata lineari petiolo sulcato praedita, quod in ovatum, aut ellipticum folium amplificatur. Cinereo-incana sunt, & duobus, aut tribus utrinque rotundis, & magnis dentibus saepe inciduntur, quandoque ita profunde, ut semipinnata *SENECIONIS incani* folia referant. Scapus inter haec erigitur ad uncias tres ad summum, incanus vix striatus duriusculus florem magnum luteum ferens. Semiflosculi saepe decem sunt crocei elliptici lineati ovati ampli, semel incisi. Flosculi in disco numerosi lutei. Semina pappo capillari donantur. Receptaculum nudum est. Calyx patens ex squamis quindecim ad viginti lanceolato-linearibus vix imbricatis laxe flosculos continentibus viridibus, tomento laevi adpersis; apice purpurascens. Scapus nudus non est, sed folia aliquot habet, quae longe parcius dentata sunt, aut etiam integra, & linearia, & bracteas denique referunt. Quum viderim hanc stirpem in hortum translata non binos, sed tres, aut quatuor etiam flores, eosque minores protulisse, suspicor *SENECIONIS incani* varietatem esse, quum nullum verum discrimen nec in foliis, nec in floribus observetur.

729. *SENECIO abrotanifolius*.

*Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, floribus corymbosis.* LINN. syst. 12. p. 552. JACQU. Vindob. p. 288. Fl. Austr. tab. 79.

*Solidago foliis vaginosis pinnatis, pinnis perangustis acutis simplicibus, & bifidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 71.

*Chrysanthemum alpinum, foliis abrotani multifidis.* BAUH. pin. 134.

*Chrysanthemum alpinum II.* CLUS. hist. 1. p. 333. tab. 334.

*Loc.* Ex monte *Rosa* retulit *Petrus MOLINERI*. *PERENNIS*.

730. *SENECIO jacobaea*.

*Senecio floribus radiatis corymbosis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis.* SCOP. Flor. Carn. p. 381. n. 4., ed. 2. n. 1072.

*Senecio foliis lineatis pinnatis, pinnis dentatis, extrema maxima.* HALL. hist. tom. 1. n. 62.

*Senecio foliis pinnatis, pinnis multiformibus dentatis, floribus umbellatis.* Ejusdem Helv. 731.

*Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto.* LINN. spec. p. 1219. GERARD. Fl. Galloprov. p. 196.

*Jacobaea vulgaris laciniata.* BAUH. pin. 131. TOURN. inst. 485.

*Jacobaea saxatilis erecta, angusto laciniato folio, Sabauda.* BOCC. mus. p. 107.

*Herbae S. Jacobi.* FUCHS. hist. 742.

*Jacobaea.* DOD. pempt. 645.

*Senecio maggiore.* MATTH.

*Loc.* Ad vias, & oras sylvarum, atque in pratis praesertim montium, & collium vulgatissima. *ANNUUS*.

*VIR.* Herbam hanc viridi colore tingere asserit *Cl. LINNÆUS* (*Fl. Svec. p. 292.*).

731. *SENECIO linifolius*.

*Senecio corollis radiantibus, foliis linearibus integerrimis, corymbo subsquamato, caule herbaceo.* LINN. spec. 1220.

*Solidago foliis linearibus integerrimis, corymbo simplici.* HORT. Cliff. 410.

*Linariae aureae affinis.* BAUH. pin. 213. prodr. 107.

*Jacobaea linifolia hispanica, & italica.* BOCC. mus. p. 60. tab. 49. BARR. rar. 97. tab. 802.

*Loc.* *Pedemontii* indigena est observante *BOCCONE*. *PERENNIS*.

732. *SENECIO paludosus*.

*Senecio corollis radiantibus, foliis ensiformibus acute serratis subtus subvillosis, caule stricto.*

LINN. spec. p. 1220.



- Senecio foliis subensiformibus serratis subtus incanis, florum radio subrevoluto.* NEKER tom. 2. p. 353.  
*Conyza palustris serratifolia.* BAUH. pin. 266.  
 Loc. Thomas PRIM. in Pedemontio legit. PERENNIS.
733. **SENECIO nemorensis.**  
*Senecio foliis ovato-lanceolatis serratis subtus hirsutis, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 64.  
*Senecio corollis radiantibus quinis, foliis lanceolatis serratis sessilibus.* JACQ. obs. 3. p. 15. tab. 65. & 66. Fl. Austr. tab. 184.  
*Jacobeia nemorensis latiore rigidior, & hirsuto folio.* RUPP. jen. 142.  
*Virga aurea, sive Solidago sarracenicataifolia serrata.* BAUH. hist. II. p. 106.  
 Loc. Laurentius TERRANEUS collegit in collibus Taurinensibus, & Montisferrati. PERENNIS.
734. **SENECIO sarracenicus.**  
*Senecio foliis lanceolatis serratis glabris, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 65.  
*Senecio floribus radiatis corymbosis, foliis sessilibus lanceolatis serratis.* SCOP. Fl. Carn. p. 380., ed. 2. n. 1070.  
*Solidago caule simplici corymboso terminali, pedunculis partialibus alternis nudis longitudine folii.* LINN. hort. cliff. p. 410.  
*Senecio corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis lanceolatis serratis glabriusculis.* LINN. spec. p. 1221.  
 JACQ. Fl. austr. tab. 186.  
*Solidago sarracenicata.* FUCHS. hist. 728. LOB. ic. 299.  
*Jacobeia alpina foliis longioribus serratis.* TOURN. inst. 485.  
*Virga aurea angustifolia serrata, s. Solidago Sarracenicata.* BAUH. hist. II. p. 1063.  
 Loc. In sylvis maxime umbrosis collinis, & montanis. PERENNIS.  
 VIR. Ad vulnerarias stirpes refertur, atque ex iis est, quae tonicam vim cum abstergente conjungunt, & Virgae aureae substitui potest.
735. **SENECIO doria.**  
 ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 34.  
*Senecio corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis subdecurrentibus nudis lanceolatis serratis, superioribus sensim minoribus.* LINN. syst. 12. p. 552.  
 JACQ. Fl. austr. tab. 185.  
*Senecio corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis lanceolatis crenulatis utrinque glabris.* GERARD. p. 197. n. 8.  
*Jacobeia pratensis altissima limonifolia.* TOURN. inst. p. 485.  
*Senecio carnosus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 131.  
*Virga aurea major, vel Doria.* BAUH. pin. 268.  
*Alisma monspeliensium, sive Doria.* BAUH. hist. II. n. 1064.  
*Panax chironium Theophrasti.* TABERN. Icon. 871.  
 Loc. Secus flumen Durance in valle Quairas. PERENNIS.
736. **SENECIO doronicum.**  
 ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 78.  
*Senecio foliis crassis serratis, imis petiolatis subrotundis, caulinis lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 67.  
*Senecio foliis elliptico-lanceolatis denticulatis subtus tomentosus, caule paucifloro.* HALL. Helv. 734.  
*Senecio corolla radiante, caule indiviso subunifloro, foliis indivisis serratis, radicalibus ovatis, subtus villosis.* GOU. Monsp. 441.  
 JACQ. Fl. Austr. append. tab. 45.  
*Senecio corollis radiantibus caule simplici subunifloro, foliis indivisis, radicalibus petiolatis, subtus incanis.* GERARD. p. 196. n. 7. tab. 7.  
*Solidago doronicum.* LINN. spec. p. 880.  
*Doronicum helveticum incanum.* BAUH. pin. 185. prodr. 97.  
 Loc. In pratis, & paludosis alpium frequens. PERENNIS.



## CINERARIA. LINN. syst. n. 957.

Calyx non imbricatus, sed simplex ex squamis unius ordinis. Reliqua ut in Astere.

## 737. CINERARIA maritima.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 32.

*Cineraria floribus paniculatis, foliis pinnatifidis tomentosis incanis sinuatis, caule frutescente.* LINN. spec. pl. ed. 2. p. 1244.

*Othonna foliis pinnatifidis, laciniis sinuatis, caule fruticoso.* LINN. syst. p. 1235.

*Jacobeia maritima.* BAUH. pin. 131.

*Cineraria.* DOD. pempt. 642.

*Jacobeia marina, sive Cineraria.* BAUH. hist. n. 1058.

Loc. Abunde ad maris *Nicaeensis* litus, nec non ad rupes *Roque tagliade* supra l' *Escarene*. TERRANEUS ad litus *Uneliae*. SUFFRUTEX.

## 738. CINERARIA alpina tab. 38. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 5.

*Cineraria umbella involucreta, pedunculo communi nudiusculo, foliis oblongis villosis.*

CRANTZ. inst. R. Herb. 1. p. 330. LINN. spec. p. 1243.

JACQ. Fl. Austr. tab. 179.

*Solidago alpina tomentosa.* JACQ. Vindob. p. 287.

*Cineraria alpina.* JACQ. Misc. 1. p. 156. tab. 17. f. 4.

Loc. Nascitur in valle *Macrae*, monte *Cenisio*, la *Chianale*, *Tenda*, *Briga*, *Limone*, *Bellino* in pratis siccioribus editioribus. PERENNIS.

## 739. CINERARIA cordifolia. GOUAN.

*Cineraria alpina.* LINN. syst. 12. p. 557.

*Solidago alpina nuda.* JACQ. Vindob. p. 287. & Fl. Austr. tab. 176.

*Senecio alpinus.* SCOP. Fl. Carn. 2. p. 164.

*Senecio foliis cordato-lanceolatis serratis.* HALL. hist. Helv. n. 63.

*Jacobeia alpina, foliis rotundis serratis.* BAUH. prodr. 70. tab. 69.

*Jacobeia montana integro rotundo folio.* BOCC. mus. 2. p. 61. tab. 49. BARR. ic. 145.

*Jacobeia alpina laciniata flore Bupthalmi.* BAUH. pin. 131.

*Jacobeia III. latifolia I.* CLUS. hist. p. 23.

Loc. In montibus *Garrexii Villar Sovran* dictis. PERENNIS.

## 740. CINERARIA longifolia. JACQ. Fl. Austr. tab. 181.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 31. f. 1.

*Jacobeia montana betonicae folio.* BOCC. mus. p. 61. tab. 49.

*Senecio montanus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 130.

Loc. In editis irriguis pinguibus inter *Tenda*, & la *Madonna delle fenestre*. Nascitur etiam in monte *Vesulo*, & supra *Garressio*. PERENNIS.

## SOLIDAGO. LINN. gen. n. 859. syst. n. 955.

Numero semiflosculorum, qui vix decem sunt, & squamis calycis dense appressis ab Astere differt.

## 741. SOLIDAGO virga aurea.

*Solidago caule anguloso hirsuto, foliis ovato-lanceolatis dentatis, racemis multifloris congestis.* HALL. hist. tom. 1. n. 69.

*Solidago caule flexuoso angulato, racemis paniculatis erectis confertis.* LINN. spec. p. 1235.

*Solidago caule paniculato, foliis ovato-lanceolatis serratis.* SCOP. Fl. Carn. p. 379. n. 1.

*Doria Virga aurea.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1087.

*Solidago vulgaris.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 145.

*Virga aurea vulgaris latifolia.* BAUH. hist. II. p. 1062.

*Virga aurea latifolia serrata.* BAUH. pin. 268.



*Virga aurea.* MATTH.

*Loc.* In sylvis collium *Taurinensium*, & subalpinorum montium abunde. *PERENNIS.*

*VIR.* Una cum virtute adstringenti etiam abstergit, neque calefacit. Inter vulnerarias stirpes locum suum meretur, atque juvat non quidem vi balsamica, sed tonica, & abstergente. Convenit praesertim in morbis renum, & vesicae; promovet arenularum expulsionem, atque tonum harum partium firmando calculi genesim avertere videtur. In ulceribus etiam renum, & vesicae, uti etiam aliis internis ulceribus suam utilitatem habere potest. Datur planta in pulverem trita a drachma una ad drachmas tres, vel ejusdem decoctum imperatur.

742. *SOLIDAGO* minuta.

*ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 59.*

*Solidago caule simplicissimo, foliis caulinis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris.*

*LINN. spec. plant. ed. 2. p. 1235.*

*Virga aurea omnium minima, floribus maximis.* HERM. *parad.* 245.

*Virga aurea montana biuncialis pumila.* PLUK. *alm.* 390. *tab.* 235. *fig.* 7. 8.

*Loc.* Nascitur in pratis summarum alpium. *PERENNIS.*

*ARNICA.* HALL. *hist. tom.* 1. *p.* 37. *TOURN. tab.* 277.

Calyce, quem facit duplex ordo squamarum, distinguitur ab *Astere*.

743. *ARNICA* montana.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 79.*

*Arnica foliis conjugatis ovatis integerrimis.* HALL. *hist.* 1. *n.* 90.

*Arnica foliis ovatis integris, caulinis geminis oppositis.* LINN. *spec.* *p.* 1245.

*Doronicum plantaginis folio alterum.* BAUH. *pin.* *p.* 185. *TOURN. inst.* 487.

*Doronicum germanicum, foliis semper ex adverso nascentibus villosis.* BAUH. *hist.* III. *p.* 19.

*Alisma.* MATTH.

*OFF. Arnica.*

*VERN. Tabac d' montagna.*

*Loc.* Nihil frequentius in pratis montanis, & alpinis. *PERENNIS.*

*VIR.* Pluribus notis *Nicotianae* virulentam naturam indicare videtur, & *Tabacci* loco nostrates alpium Incolae utuntur sive foliorum fumum hauriendo, sive pulverem tritae plantae ad sternutationem naribus attrahendo, sicuti etiam apud LAPPONES in more est, LINNEO referente. Jamdudum commendata *ARNICA* est apud GERMANOS intus data ad sanguinem solvendum, atque vasa aperienda in iis, qui ab alto lapsi essent. Nuperis autem temporibus magna copia observationum probare contendit *Clar. COLLIN* in floribus *ARNICÆ* adversus paralysim praesidium existere atque in radice, & foliis vim eximiam antisepticam cortici Peruviano etiam superiorem, atque magni faciendam esse in morbis cum humorum corruptione conjunctis. Ego ipse perfectam Paralysim alterius lateris in homine sene trium mensium spatio usu florum *ARNICÆ* superavi, atque ea omnia phaenomena advenisse observavi, quae monet praestantissimus hic Auctor. Linguae balbutiem, atque oris torturam unius mensis spatio eodem remedio sustuli in homine quinquagenario. *Cl. BELLARDI* in tribus paralyticis hominibus evidenter florum *ARNICÆ* utilitatem vidit. Quod autem ad virtutem antisepticam pertinet, aliorum observationes, quibus ea confirmetur, expecto. Nihil tale quod observatis *Clarissimi COLLIN* respondeat in febris putridis apud nos visum est. Unciae unius pondere infusos flores *ARNICÆ* exhibet idem Auctor, sed nostrates homines hanc dosim ferre nequeunt, vomitione, cardialgia, atque anxietate excitatis. Summa mihi dosis fuit drachmarum trium, eaque etiam partitis vicibus exhibita.

744. *ARNICA* scorpioides.

*Arnica foliis alternis serratis.* LINN. *spec.* *p.* 1246.

*JACQ. Fl. Austr. tab.* 349.

*Aster scorpioides.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 1075.

*Doronicum radice scorpii brachiata.* BAUH. *pin.* *p.* 184. *TOURN. inst.* 487.



*Doronicum brachiata radice cancri forcipularum ritu.* LOB. ic. 649.  
 Loc. In lapidosis secus torrentes alpium passim nascitur. PERENNIS.

745. ARNICA Clusii. tab. 17. fig. 1. 2. MISC. TAUR. tom. 5. p. 70.  
 ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 96. f. 1.

*Arnica uniflora foliis alternis ovato-lanceolatis hirsutis integerrimis, calyce hirto.* HALL.  
 hist. n. 91.

*Arnica Doronicum.* JACQ. Fl. Austr. p. 57. tab. 92.

*Doronicum secundum austriacum primum.* CLUS. hist. 16.

*Doronicum longifolium hirsutiae asperum.* BAUH. pin. 185.

*Arnica (stiriaca) foliis ovato-lanceolatis trinervosis hispidis, caule unifloro.* VILL. prop.  
 p. 32.

Loc. In alpinis Javenensibus, atque in jugis l' Argentera, & vallis Ursinae. Inter Tenda, & Limone, atque in monte Vesulo. A Cl. BELLARDI lecta est in alpinis di Usima. Amat loca saxosa editiorum alpium prope nivem deliquescentem. PERENNIS.

OBS. Legantur descriptiones, quas dederunt Clar. Viri HALLER, & JACQUIN. Animadverto plurimum hanc stirpem variare foliis, modo ovatis, modo ellipticis, aut etiam, in caule praesertim, longe ellipticis; eorum ambitu interdum utique integerrimo, sed plerumque raris dentibus exasperato, immo interdum majoribus, remotisque dentibus angulato. Foliorum superficies brevius, longius, rarius, aut densius pilosa. Altitudo saepius palmaris, aliquando autem dupla est; caulem constanter uniflorum vidi. Figura prima singularem varietatem exhibet, cujus folia dentibus instar angulorum excisa sunt.

746. ARNICA bellidastrum.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 59. f. 1. & Vol. XI. tab. 69. 70.

*Arnica caule nudo unifloro, foliis ovato-lanceolatis serratis.* HALL. hist. 1. n. 92.

*Doronicum (bellidastrum) scapo nudo simplicissimo unifloro.* LINN. spec. p. 1247.

JACQ. Vind. p. 285. & Fl. Austr. tab. 400. GERARD. Fl. Galloprov. p. 198. n. 3.

GOUAN. Hort. Monsp. p. 447. n. 3.

*Bellis scapo nudo unifloro, semine papposo.* ZINN hort. gott. p. 417.

*Bellidastrum.* SCOP. Fl. Carn. p. 376.

*Arter bellidastrum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1074.

*Bellidastrum foliis hirsutis, & obtusioribus.* HALL. Helv. 723.

*Bellidastrum alpinum foliis brevioribus hirsutis caule palmari flore albo.* MICH. gen.  
 p. 32. tab. 29.

*Bellis media.* CLUS. hist. p. 44.

*Bellis sylvatica.* BAUH. hist. III. p. 114.

Loc. Ad rupes aut humidas, aut septentrioni obversas in subalpinis vulgaris est. PERENNIS.

DORONICUM. HALL. hist. 1. p. 36. LINN. gen. n. 862. syst. n. 559. TOURN. tab. 277.

Diversum ab Arnica seminibus radii nudis, disci papposis.

747. DORONICUM pardalianches.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 80.

*Doronicum foliis cordatis obtusis denticulatis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus.* LINN. spec. p. 1247.

*Doronicum foliis auriculatis subdentatis, dentibus glandulosis, calyce sulcato.* SCOP.  
 Fl. Carn. p. 378. ed. 2. n. 1085.

JACQ. Fl. Austr. tab. 350.

*Doronicum cordatum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 128.

*Doronicum foliis cordatis obtusis, imis longe petiolatis, superioribus amplexicaulibus.*  
 HALL. Helv. 738. hist. n. 88.

*Doronici varietas tertia.* LOB. adv. p. 290.

*Aconitum pardalianches.* DOD. purg. 304.

*Doronicum radice Scorpii.* BAUH. pin. 184.



*Doronicum latifolium*. CLUS. hist. 2. p. 16.

*Doronicum maximum foliis caulem amplexantibus*. BAUH. pin. 185. CAM. epit. 148.

*Aconito pardalianche minore*. MATTH.

Loc. In sylvis umbrosis collium *Taurinensium*, & montanis abunde. *Franciscus ALEXANDER* Vercellensis in montibus Bugellensibus nasci tradidit. *PERENNE*.

*VIR.* Disputatum est de venenata vi radice *DORONICI*. Audaci in se ipso instituto experimento *Conradus GESNERUS* sine ullo detrimento duas drachmas devoravit. Aliorum deinceps virorum observationes ab omni infamia *DORONICUM* liberarunt. Inusitata tamen planta est, neque in officinis apud nos ad usum recepta.

## D. PLANIPETALÆ.

### I. SEMINE NON PAPPOSO.

#### a. Placenta nuda.

LAPSANA. HALL. gott. p. 413. TOURN. tab. 272.

Calyx ex squamis paralellis unius ordinis. Semen nudum.

#### 748. LAPSANA communis.

*Lapsana caule brachiato, foliis ovatis longe petiolatis, petiolis pinnatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 6.

*Lapsana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramosissimis*. LINN. spec. p. 1141.

*Lampsana*. DOD. pemp. 675.

*Soncho affinis lampsana domestica*. BAUH. pin. 124.

Loc. Ad sepes, & secus vias in umbrosis frequentissima. *ANNUA*.

#### 749. LAPSANA foetida.

*Lapsana caule nudo indiviso, foliis semipinnatis, pinnis retroversis dentatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 5.

*Lapsana* (leontodontoides) *scapo unifloro nudo*. SCOP. Fl. Carn. 397. n. 2.

*Lampsana foetida*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 989.

*Hyoseris scapis simplicissimis unifloris, foliis pinnatifidis, seminibus nudis*. LINN. spec. p. 1137.

*Leontodontoides alpinus glaber, erysimi folio, radice crassa foetida*. MICH. gen. p. 31. tab. 28.

Loc. In montibus circa *Lucerame*. Cl. *BELLARDI* prope *Castion Nicaeensium*. *PERENNIS*.

#### 750. LAPSANA stellata.

*Lapsana calycibus fructus undique patentibus, radiis subulatis, foliis subsinuatis subdentatis*. GERARD. Galloprov. 173. n. 3.

*Lapsana calycibus fructus undique patentibus, radiis subulatis, foliis caulinis lanceolatis indivisis*. LINN. spec. p. 1141.

*Hieracium siliqua falcata*. BAUH. pin. 128.

*Hieracium stellatum*. BAUH. hist. II. p. 1014.

Loc. D. PRIM in agris *Pineroliensibus*; *Ignatius MOLINERI* in agris *Montisferrati*: *Nicaeae* quoque observata est. *ANNUA*.

#### 751. LAPSANA minima.

*Lapsana foliis ovatis dentatis, caulibus nudis sub flore tumentibus*. HALL. hist. tom. 1. n. 4.

*Lapsana foliis ovatis dentatis, caule nudo, floribus nutantibus*. HALL. Emend. 2. p. 42. n. 92.

*Hieracium minus folio subrotundo*. BAUH. pin. p. 127.



*Hieracium VIII.* CLUSII *pannon.* p. 649.

*Hyoseris caule diviso nudo pedunculis incrassatis.* LINN. *spec.* p. 1138.

*Loc.* Lecta est circa Augustam Praetoriam a Cl. DANA. *ANNUA.*

CICHORIUM. LINN. *gen. n.* 825., *syst. n.* 921. *TOURN. tab.* 272.

Calyx ex binis foliorum ordinibus. Semen corona denticulata ornatum.

752. CICHORIUM intybus.

*ICON. TAUR. Vol. XXII. tab.* 17.

*Cichorium foliis pinnatis, pinnis triangularibus, floribus sessilibus.* HALL *hist.* 1. n. 1. *Helv.* 761.

*Cichorium floribus geminis sessilibus, foliis runcinatis.* LINN. *spec.* p. 1142.

*Cichorium sylvestre.* LAM. *Flor. Franc.* tom. 2. p. 120.

*Cichorium sylvestre, seu officinarum.* BAUH. *pin.* 125.

*Cicorea selvatica.* MATTH.

*VERN. Sicoria salvaja.*

*Loc.* Ubique ad vias, & loca sicca in agro Pedemontano. *BIENNE.*

*VIR.* Recte magni aestimatur, & frequentissime adhibetur CICHOREUM in morbis acutis, & biliosis praecipue, sicuti etiam in hepatis affectionibus, solvit etenim, abstergit, & febrilem aestum temperat, atque ea generatim, quae proponuntur de *Taraxaco*, dici possunt de CICHOREO. Sequens autem inter utramque est differentia. CICHOREUM gravius est stomacho, minorem habet vim aperientem, & paullo magis attemperat.

b. *Placenta paleacea.*

CATANANCHE. LINN. *gen. n.* 824. *syst. n.* 920. *TOURN. tab.* 271.

Calyx imbricatus. Semina coronata aristis quinque.

753. CATANANCHE caerulea.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab.* 13. & *Vol. XVI. tab.* 110.

*Catananche squamis calycinis inferioribus ovatis.* LINN. *spec.* p. 1142.

*Catananche quorumdam.* LUGD. 1190. *TOURN. inst.* 478.

*Chondrilla caerulea Cyani capitulo.* BAUH. *pin.* 130.

*Loc.* Abunde in sterilibus Comitatus *Nicaeensis, Liguriae.* Etiam occurrit in collibus argillaceis apricis *Astensibus, & Taurinensibus.* *PERENNIS.*

754. CATANANCHE lutea.

*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab.* 73.

*Catananche squamis calycinis, inferioribus lanceolatis.* LINN. *spec.* p. 1142.

*Catananche lutea longo nervoso, dentatoque folio.* VAILL. *act.* 1721. p. 216.

*Chondrilla cyanoidea lutea coronopi folio non diviso.* BOCC. *mus.* 2. p. 21. *tab.* 7.

*BARR. ic.* 1125.

*Catananche flore luteo, latiore folio.* *TOURN. inst.* 478.

*Stoebe plantaginis folio.* *P. ALP. exot.* 286.

*Loc.* Prope Breglio observavit Franciscus PEYROLERI. *ANNUA.*

SCOLYMUS. LINN. *gen. n.* 826. *syst. n.* 922. *TOURN. tab.* 273.

Calyx imbricatus. Semina coronata, aristis duabus, aut tribus facile deciduis.

755. SCOLYMUS maculatus.

*ICON. TAUR. Vol. XVII. tab.* 21.

*Scolymus floribus solitariis.* LINN. *syst.* 12. p. 527.

*Scolymus annuus.* LINN. *hort. ups.* 244.



*Scolymus Theophrasti Narbonensis.* CLUS. *hist.* 2. p. 153.

*Loc. Uneliae, & Nicaeae ad maris litus.* ANNUUS.

*OBS.* SCOLYMI semina aristis duabus, aut tribus terminantur, & in peripheria posita sunt in sinu squamae collocata.

756. SCOLYMUS hispanicus.

*Scolymus floribus congestis.* LINN. *syst.* 12. p. 527.

*Scolymus perennis.* GERARD. *Fl. Galloprov.* p. 175. n. 1.

*Scolymus congestus.* LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 116.

*Scolymus vivax.* SAUV. *Monsp.* 294.

*Scolymus Theophrasti hispanicus.* CLUS. *hist.* 2. p. 153.

*Loc. GIUDICE in agro Nicaeensi.* PERENNIS.

SWERTIA. LUDSVIG. *def. n.* 430.

Calyx ad basim calyculatus ordine squamarum linearium. Semina tam disci, quam periferiae aristis duabus instructa.

757. SWERTIA barbata.

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab.* 35.

*Crepis (barbata) involucris calyce longioribus, squamis setaceis sparsis.* LINN. *spec.* p. 1131.

*Crepis squamis calycinis inferioribus, corollis longioribus.* GER. p. 170. n. 1.

*Hyoseris caule folioso, ramoso, calyce setis longissimis circumvallato, seminibus in ambitu nudis.* ZINN. *gott.* p. 436.

*Hieracium calyce barbato.* COL. *ecphr.* 2. p. 28. *tab.* 27.

*Hieracium proliferum falcatum.* BAUH. *pin.* p. 128.

*Loc. In agro Nicaeensi ad limites agrorum.* ANNUA.

*OBS.* Semina aristis duabus, ut in *bidente*, coronata hoc genus recte, ut mihi videtur, distinguunt. Jure merito a *Crepide* separavit *Cl. LUDW.* & peculiare genus constituit. SWERTIA LINNÆI omnino ad *Gentianae* genus pertinet.

2. SEMINE PAPPOSO.

a. Placenta nuda.

LEONTODON. LINN. *gen. n.* 817., *syst. n.* 912. *TOURN. tab.* 266.

Calyx ex tribus squamarum ordinibus. Pappus simplex.

758. LEONTODON Taraxacum.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab.* 3. f. 2.

*Leontodon calyce squamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis laevibus.* LINN. *syst.* 12. p. 521.

*Leontodon squamis calycinis, inferioribus reflexis, pedunculis glabris.* GERARD. *Fl. Gallop.* p. 164. n. 1.

*Taraxacum calycibus glabris, squamis imis reflexis.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 56.

*Taraxacum pinnis foliorum triangularibus.* HALL. *Helv.* 739.

*Hedypnois Taraxacum.* SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 957.

*Dens leonis latiore folio.* BAUH. *pin.* 126. *TOURN.* 468.

*Dente di Leone.* MATTH.

*OFF.* Dens Leonis, sive Taraxacum.

*Loc.* Ubique in agro Pedemontano.

*VIR.* Tota planta fundit succum lacteum amarum, qui amarior in radice est. Non calefacit, sed attemperat, abstergit, & vi quadam saponacea, quae quidem etiam est repetenda ex praesentia cujusdam salis alkalini ad naturam salis tartari accedentis, non modo sanguinem, sed & serum coactum abstergendo solvit, & lotii etiam secretionem promovet; speciatim bilem corrigit, eamque fluidiorem reddit.



Frequenter a Medicis adhibetur in morbis acutis potissimum biliosis cum calore, & aestu sanguinis conjunctis. Usitatissimum apud nos remedium est in Pleuritide. Quae saepius nostra in regione incidit, est Pleuritis biliosa, in qua quidem opportunum est Taraxacum. Animadvertendum autem est frequenter hunc morbum per miliaria exanthemata solvi, dum autem hanc morbi solutionem molitur natura, aut eadem jam propellere inceptit (nisi motus a bile acri concitati vehementiores, quam oportet, fuerint) minus aptum tunc evadere succi, uti interdum fit, exhibitum usum, qui utilem tunc, & saepe criticum naturae motum infirmit, aut opprimit. Nisi enim morbosa materies ex pectore ad exteriora superantis naturae actione pellatur, aegri solent interire. Pluries certe hoc infortunium ex abusu succorum attemperantium observavi. Aliam etiam adjungam animadversionem circa usum succorum attemperantium in morbis acutis. Sunt, qui indiscriminatim, statim ac res agitur cum febre continua ex genere acutarum, motus febriles unice comescere satagunt constanti hujusmodi succorum usu, eo etiam protracto ad illas dies, quibus natura sudores criticos movet. Hujusmodi porro methodum etiam constanter sequuntur in febribus ex genere lymphaticarum, in catharralibus, atque putridis, aut peticularibus non quidem ab ardente bile progenitis, sed iis, quae propter infirmitatem vim vitae, & humorum stasim stimulantia antiseptica, non attemperantia requirunt. Haec denique medendi ratio adeo familiaris quibusdam est, ut minime dubitaverint in angina ipsa gangraenosa (malo quidem eventu) eidem tenaciter inhaerere. Juvat in febribus intermittentibus succus Taraxaci bilem corrigendo, & attemperando, isque sufficit generatim in curatione febrium, quae verno tempore, aut prima aestate adveniunt. Tertianae duplices continuae, quae a sola causa febrium intermittentium non sustentantur, si festinanter cortex Peruvianus detur, in continuas facile abeunt, succo autem Taraxaci, aliarumve affinium stirpium usu primum pertractatae, aut in simplices mutantur, aut accuratiores in periodo fiunt, cortice demum Peruviano securius tollendae. Tertianae autem, quae jam provecta aestate corripiunt, tum illae, quae cum vehementi frigore conjunguntur, aut perniciosae naturae sunt, succo Taraxaci non superantur. Actuosiora amara febrifuga una cum cortice Peruviano expostulant autumnales. Haec generatim dicta sunt, sicuti enim Taraxaci, ita corticis Peruviani, aut aliorum remediorum selectum aegri, & causae morbi consideratio decernit. Icterus, atque viscerum imi ventris obstructions aliquam quidem utilitatem ab usu Taraxaci habere possunt; saepius autem aut alia stimulantia, abstergentia, & aperientia, aut etiam alvum excitantia erunt adjungenda. Laudatur *Dens Leonis* etiam ad nonnulla vitia cutis Fumariae potissimum adjunctus. Putamus maxime prodesse eo, quod bilem corrigat, atque ejusdem secretionem promoveat; saepius enim ex bile in sanguinem resorpta hujusmodi aegritudines veniunt. Multae etiam laudes datae Taraxaco sunt in hydrope; admodum infirmum remedium est, cui credas ad suppressam urinam in hoc morbo revocandam. Si agatur de hydrope incipiente ex ictero, de cachexia, ut ajebant veteres, calida, aut ascitis initium in tympanite sit, quem produxerit bilis acris, & fervida intestina, aut proximas partes lacessens, radices Taraxaci simbolam suam conferre poterunt ad morbi curationem. Folia tenella in acetariis etiam comeduntur. Succus Taraxaci datur ab uncias duabus ad uncias quatuor. Extractum vero a drachma una ad drachmas duas. Pharmacopolas moneo, ne *LEONTODON hispidum* Taraxaco substituant.

759. *LEONTODON bulbosum*.

*Leontodon foliis oblongo-ovatis subdentatis glabris, calyce laevi, scapo superne hirto.*

LINN. spec. p. 1122.

*Chondrilla bulbosa*. BAUH. pin. 130.

*Chondrilla altera Dioscoridis*. COL. phytob. 11. tab. 4.

*Chondrilla pusilla marina lutea bulbosa*. LOB. ic. 230.

Loc. *Nicaeensis* aegri indigena planta est. PERENNE.

760. *LEONTODON aureum*.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 44.



*Leontodon foliis runcinatis, scapo subunifolio, calyce hispido.* LINN. spec. p. 1122. JACQ. Enum. Vindob. 268.

*Taraxacum calycibus hirsutis, squamis rectis.* HALL. hist. tom. 1. n. 57. tab. 1. JACQ. Flor. Austr. tab. 297.

*Hieracium aureum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 965.

*Hieracium aureum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 91. & VILL. prosp. p. 34. tab. 16. f. 1.

*Taraxacum foliorum dentibus triangularibus fine subrotundo.* HALL. Helv. 740. cum icone tab. 24.

*Dens leonis alpinus minimus laciniatus flore croceo.* MOR. ox. 3. p. 75.

*Hieracium alterum minus IV.* COL. ecphr. 2. p. 31. tab. 29.

Loc. In spongiosis summis alpinis pratis ubique frequens. PERENNE.

761. LEONTODON livens N. tab. 32. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 59. f. 3. 4.

Loc. Nascitur locis spongiosis alpium di Fenestrelle. PERENNE.

DESCR. Non sustineo stirpem novam esse, sed ab omnibus illis, ad quas proxime pertinere posset, constantibus notis videtur differre. Folia sunt tenera glaberrima elliptica versus finem ampliora obtuso fine, dentibus triangularibus inaequalibus subruncinata. Scapus teres rotundus aphyllus palmatis florem unicum luteum sustinet mediocris magnitudinis. Calyx glaberrimus est, livens, ex squamis trium ordinum, quarum inferiores breviores, & reflexae sunt. Seminum pappus simplex non stipitatus.

PICRIS. HALL. hist. tom. 1. p. 11.

Calyx ex squamis sine ordine imbricatis. Pappus plumosus.

762. PICRIS hieracioides.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 100. f. 1.

*Picris aspera foliis oblongis dentatis, superioribus amplexicaulibus.* HALL. hist. 1. n. 24.

*Picris perianthis laxis, foliis integris.* LINN. spec. p. 1115.

*Hieracium asperum majore flore in agrorum limitibus.* BAUH. hist. II. p. 1029.

*Hieracium montanum foliis lycopsis.* LOB. p. 882.

*Crepis hieracioides.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 111.

Loc. Ad vias, & satorum margines, & oras sylvarum locis aridis praesertim montanis, & collinis. ANNUA.

763. PICRIS tuberosa.

*Leontodon (tuberosum) foliis runcinatis scabris, calyce acuto hirsuto.* LINN. syst. 12. p. 522.

*Dens leonis asphodeli bulbulis.* BAUH. pin. 126. Tourn. inst. 468. GARID. 106.

*Dens leonis monspeliensium asphodeli bulbulis.* LOB. adv. p. 83.

Loc. In pratis Nicaeensibus frequens est. In pratis Liguriaae LOBELIUS, BIENNIS.

764. PICRIS hispida.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 76. & 82. & Vol. XIV. tab. 17.

*Picris caule unifloro, foliis asperis dentatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 25.

*Leontodon (hispidum) calyce toto erecto, foliis hispidis dentatis integerrimis, setis furcatis.* LINN. syst. 12. p. 522.

*Leontodon foliis, & calyce hispidis, pedunculo incrassato striato.* GER. p. 165. n. 5.

*Leontodon pratense.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 115.

*Dens Leonis foliis hirsutis, & asperis.* MAGN. hort. monsp.

*Hieracium caule aphylo hirsutum.* BAUH. hist. II. p. 1037.

Loc. Nihil frequentius in pratis. PERENNIS.

765. PICRIS hirta.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 12. f. 2.

*Taraxacum foliis asperrimis pene spinosis pinnato-sinuatis, pappo plumoso.* HALL. Helv.

741. ENUM. NIC. p. 86.



*Leontodon calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis, setis simplicissimis.* LINN. syst. 12. p. 522.

*Rhagadiolus foliis semipinnatis asperrimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 7.

*Leontodon (crispum) papporum radiis stipitatis, plumosis, foliis sinuato-laciniatis, radice fusiformi.* VILL. prosp. p. 34. tab. 11. f. 6.?

*Dens Leonis foliis minimis hirsutis, & asperis.* TOURN. inst. 469.

*Hieracium dentis leonis folio hirsutiae asperum minus laciniatum.* BAUH. pin. 127. prodr. 63.

*Hieracium parvum hirtum, caule aphylo crispum quando siccatum.* BAUH. hist. II. 1038.

Loc. Nicaensem agrum habitat haec stirps, quam in loco Traversiere vallis Exiliarum se reperisse notat Felix VALLE. Ignatius MOLINERI circa urbem Bobbio.

PERENNIS.

OBS. Hirtam ab hispida distinctam speciem non esse puto cum Cl. JACQ. Enum. Vindob. 269. In horto enim Taurinensi culta PICRIS hirta similis hispidae evasit.

766. PICRIS saxatilis. tab. 14. fig. 4.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 83. fig. 1. 2.

*Leontodon (pyrenaicum) scapo laevi, pedunculis tumidis squamosis, calycibus villosis, foliis ovato-lanceolatis, petiolis subintegerrimis.* GOV. Illustr. p. 55. tab. 22. f. 1. & 2.

*Hedypnois pyrenaica.* VILL. prosp. p. 33.

*Taraxacum foliis integris dentatis, calyce hispido, pappo plumoso.* HALL. Helv. p. 741.

*Hieracium alpestre.* JACQ. Fl. Austr. tab. 191. p. 141.

Loc. Frequens in summis pratis, atque locis saxosis alpium. PERENNIS.

767. PICRIS autumnalis.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 30. Vol. XII. tab. 12. f. 3. Vol. XV. tab. 97. f. 2.

*Picris caule nudo brachiato, foliis glabris semipinnatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 28.

*Leontodon (autumnale) caule ramoso, pedunculis squamosis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis.* LINN. spec. p. 1123.

*Scorzonera caule nudo unifloro, foliis radicato-sinuatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 395. n. 1.

*Hieracium chondrillae folio glabro, radice succisa majus.* BAUH. pin. p. 127. TOURN. inst. 470.

*Scorzonera autumnalis.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 82.

*Hedypnois autumnalis.* VILL. prosp. p. 33.

Loc. In pratis, & ad pratorum vias, & locis gramineis frequens. PERENNIS.

768. PICRIS danubialis tab. 70. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 12. fig. 2.

*Leontodon (danubiale) calyce toto erecto, laevi, foliis dentatis laevibus, scapo unifloro subnudo.* JACQ. Fl. Austr. p. 270. obs. 69.

*Apargia danubialis.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 983. p. 114.

*Picris scapo unifloro, foliis glabris semipinnatis, calyce laevi.* HALL. hist. tom. 1. n. 26.

*Leontodon (protheiforme) papporum radiis plumosis, simplicibusque; scapo inclinato, radice praemorsa.* VILL. prosp. p. 34. tab. 11. fig. 4.

*Dens leonis, foliis angustis laciniatis glabris.* SHERARD apud RAJUM Syllog. p. 399.

Loc. In pratis minime pinguibus subhumidis non infrequens est. Abunde etiam circa lacus Canapicienses. PERENNIS.

DESCR. Folia lingulata glabra tenera subdenticulata, costa pilosa. Scapus teres viridis nudus. Calyx subcilindricus ex unico ordine squamarum novem linearium, & viridium, apice fusco. Squamae minores liventes inaequales ad basim accedunt appressae. Scapus sub calyce crassescit, & squamulas aliquas habet. Semiflosculi lutei quinquentati. Semina sulcata gerunt pappum plumosum. Ex calyce ad Crepidem potius, quam ad PICRIM esset referenda. Locis subhumidis glabra, locis saxosis hirsuta.

769. PICRIS taraxaci tab. 31. fig. 1.

*Picris scapo unifloro hirsuto, foliis glabris semipinnatis, calycibus hirsutissimis.* HALL. hist. 1. n. 27.

*Hieracium (taraxaci) foliis lanceolatis dentatis glabris, scapo subnudo unifloro, calyce hirsuto.* LINN. spec. p. 1125.



*Dens leonis alpinus foliis oblongis, raro-dentatis, calyce hispido nigrescente.* SEGU. suppl. p. 266.  
*Loc.* Editiores, & frigidiores alpes locis saxosis, & nive deliquescente irriguis incolit. *PERENNIS.*

HIERACIUM. LINN. gen. n. 818., syst. n. 913. TOURN. tab. 267.

Calyx cylindræus imbricatus. Pappus simplex sessilis.

SCAPO NUDO UNIFLORO.

770. **HIERACIUM** montanum.  
*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 105.*  
*Hypochaeris (pontana) caule simplici folioso unifloro, foliis lanceolatis dentatis.* LINN. spec. p. 1140.  
*Hieracium montanum.* JACQ. Fl. Austr. tab. 190.  
*Hieracium caule unifloro foliis caulinis ovato-lanceolatis dentatis amplexicaulibus.* HALL. hist. tom. 1. p. 17. n. 38.  
*Andryala (pontana) caule folioso unifloro.* VILL. prosp. p. 37. tab. 8. fig. 2.  
*Hypochaeris non ramosa Endiviae folio praelongo monanthos.* VAILL. act. 1721. p. 215.  
*Hieracium latifolium praealtum glabrum Endiviae folio.* BOCC. mus. 2. p. 1482. tab. 113. RAJ. suppl. 142.  
*Loc.* Ubique in pratis alpium frequens. *PERENNE.*  
*OBS.* Aliam *HIERACII* speciem praestantissimus Scopoli montani nomine descripsit. Si nova species persistit, erit alterutrum nomen triviale excludendum.
771. **HIERACIUM** alpinum. tab. 14. fig. 2.  
*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 53. & vol. XIII. tab. 87. f. 3.*  
*Hieracium scapo unifloro folioso, foliis lingulatis mollibus, calyce piloso.* SCOP. Fl. Carn. p. 389. n. 3. ed. 2. n. 967.  
*Hieracium foliis oblongis integris dentatis, scapo subnudo unifloro, calyce piloso.* LINN. spec. p. 1124.  
*Hieracium caule unifloro, foliis lingulatis dentatis, hirsutis, calyce hirsuto.* HALL. hist. tom. 1. n. 49.  
*Hieracium alpinum pumilum, folio lanuginoso.* BAUH. pin. 129.  
*Loc.* In pratis editioribus, & jugis alpium frequenter occurrit. *PERENNE.*
772. **HIERACIUM** pilosella.  
*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 60. f. 2.*  
*Hieracium caule unifloro, stolonibus repetentibus, foliis petiolatis ovatis longe pilosis subtus tomentosus.* HALL. hist. tom. 1. n. 55.  
*Hieracium scapo unifloro, foliis ovatis integris, stolone repente.* SCOP. Fl. Carn. p. 388. n. 1.  
*Hieracium foliis integerrimis ovatis subtus tomentosus, stolonibus repentibus, scapo unifloro.* LINN. syst. 12. p. 522.  
*Dens Leonis, qui pilosella officinarum.* TOURN. inst. 468.  
*Pilosella major repens hirsuta.* BAUH. pin. 262.  
*Pilosella major.* CAMER. epit. 709.  
*Pilosella.* MATTH.  
*OFF.* Pilosella.  
*Loc.* Ubique ad vias locis aridis. *PERENNE.*  
*OBS.* Varietatem in alpibus vidi folia exhibentem incana, & tomentosa.  
*VIR.* Exigui, & rari in officinis usus est. Amariuscula est, & cum aliqua vi abstergente adstringit, ad alvi fluxum cohibendum olim adhibita. Inter vulnerarias aliquem locum meretur, atque Prunellae, aliarumve similium stirpium utilitates praebere potest.



## SCAPO MULTIFLORO.

773. **HIERACIUM** *dubium*.  
*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 53. f. 1. & Vol. XXII. tab. 6. f. 1.*  
*Hieracium foliis integris ovato-oblongis, stolonibus repentibus, scapo nudo multifloro.*  
 LINN. spec. p. 1125.  
*Hieracium caule nudo paucifloro, stolonibus reptantibus, foliis longe pilosis lanceolatis.*  
 HALL. hist. tom. 1. n. 53.  
*Hieracium caule multifloro subnudo, foliis lanceolatis, stolone repente.* SCOP. Flor. Carn.  
 p. 391. n. 8.  
*Hieracium pilosellae folio erectum majus.* ZANICH. p. 139. cum icone.  
*Pilosella major repens minus hirsuta.* BAUH. pin. 262.  
 Loc. In pratis, & pascuis potissimum frequens. PERENNE.
774. **HIERACIUM** *auricula*.  
*Hieracium foliis integerrimis lanceolatis, scapo nudo multifloro, stolonibus repentibus.*  
 LINN. syst. 12. p. 522.  
*Hieracium caule nudo, stolonibus repentibus, foliis longe pilosis lanceolatis, floribus umbellatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 52.  
*Hieracium auricula.* LAM. Fl. Franc., tom. 2. p. 93.  
*Pilosella major erecta altera.* BAUH. pin. 262.  
*Pilosella repens minor caule pedali polyanthos, foliis angustis oblongis.* RAY. suppl. 147.  
 Loc. Secus prata non irrigua, & in pascuis frequenter occurrit. PERENNE.
775. **HIERACIUM** *florentinum* N.  
*Hieracium caule brachiato paucifloro, foliis lanceolatis, longe pilosis, calycibus glabris.*  
 HALL. hist. tom. 1. n. 54.  
 Loc. Circa Bibiana mihi occurrit. PERENNE.
776. **HIERACIUM** *cymosum*.  
*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 34.*  
*Hieracium foliis lanceolatis integris pilosis, scapo subnudo basi piloso, floribus subumbellatis.* LINN. spec. p. 1126.  
*Hieracium caule subnudo, foliis hirsutis, lanceolatis, floribus umbellatis, petiolis ramosis.*  
 HALL. hist. tom. 1. n. 51.  
*Hieracium murorum angustifolium non sinuatum.* BAUH. pin. 129. prodr. 67. tab. 67.  
*Pilosella montana hispida, parvo flore.* BAUH. pin. 262.  
*Pilosella minori flore hirsutior, & elatior non repens.* BAUH. hist. II. p. 1040.  
 Loc. In montanis ad vias. PERENNE.
777. **HIERACIUM** *praemorsum*.  
*Hieracium foliis ovatis subdentatis, scapo nudo racemoso, floribus superioribus primoribus.*  
 LINN. spec. p. 1126.  
*Hieracium caule nudo, foliis petiolatis ovatis integerrimis hirsutis, floribus spicatis.*  
 HALL. hist. 1. n. 51.  
*Hieracium foliis ovatis tomentosissimis, caule nudo, floribus spicatis luteolis terminato.* HALL. Helv. 744. GMEL. Sibir. tom. 2. p. 32. tab. 13. f. 2.  
*Hieracium sertiflorum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 93.  
*Hieracium pratense latifolium non sinuatum majus.* BAUH. pin. 129.  
*Hieracium latifolium praemorsa radice, caule singulari Pilosellae majori affine.* BAUH. hist. II. p. 1033.  
 Loc. In pratis alpium Fenestrellarum. PERENNE.
778. **HIERACIUM** *aurantiacum*. tab. 14. fig. 1.  
*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 5. f. 1. & Vol. XIII. tab. 3. f. 1.*  
*Hieracium foliis integris, caule subnudo simplicissimo, piloso corymbifero.* LINN. spec. p. 1126.



JACQ. *Fl. Austr.* tab. 410.

*Hieracium caule subnudo foliis ovatis integris, floribus umbellatis aurantiis.* HALL. *hist.* 1. n. 50.

*Hieracium alpinum non laciniatum, flore fusco.* BAUH. *prodr.* p. 65.

*Hieracium germanicum* I. COL. *Ecphr.* 2. p. 28.

*Loc.* Legi circa thermas *Vinadii*. Cl. BELLARDI in montibus *di Tenda* elatioribus, & Ignatius MOLINERI in utroque monte *Cenisio*. In pratis *Loslaros* montis *Cenisii* pulcherrime florentem hanc HIERACII speciem observavi, cujus icon data tab. 14. fig. 1. exhibet singularem varietatem, quae florem habet sulphureum semiflosculis fimbriato-laciniatis. PERENNE.

#### CAULE FOLIOSO.

779. HIERACIUM capillaceum. tab. 31. fig. 3.

*Hieracium caule subnudo unifloro foliis nervosis gramineis integerrimis.*

*Hieracium capillaceo folio.* BAUH. *prodr.* 21. p. 62.

*Loc.* Lectum circa *Sospello* in Comitatu *Nicaeensi*. PERENNE.

*DESCR.* Radix crassa, & nigra, ex qua folia nervosa graminea, inter ea scapus palmaris subnudus simplex florem unicum sustinens, cujus calyx ex imbricatis foliolis ovato-lanceolatis glabris. Semen pappus non videtur plumosus. Hanc stirpem misit Cl. GOUAN *Scorzoneræ* crocifolii nomine. Ambigit inter HIERACIUM, & *Scorzoneram*.

780. HIERACIUM porrifolium.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 54.*

*Hieracium caule ramoso folioso, foliis lanceolato-linearibus subintegerrimis.* LINN. *spec.* p. 1128. *Mant. alt. obs.* p. 458.

*Hieracium caule folioso multifloro, foliis linearibus integerrimis.* JACQ. *Vindob.* 273. tab. 6. *Fl. Austr.* tab. 286.

*Hieracium caule ramoso, foliis radicalibus linearibus, caulinis minimis.* GERARD. *Galloprov.* 167. n. 5.

*Hieracium montanum Asphodeli foliis acuminatis.* BOCC. *mus.* 147. tab. 106.

*Loc.* Thomas PRIM legit in *Exilliarum* valle. Ignatius MOLINERI in rupibus circa *Dernis* Oppidum agri *Dertonensis*. PERENNE.

781. HIERACIUM glaucum N. tab. 28. fig. 3. & tab. 81. fig. 1.

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 98. fig. 1.*

*Hieracium foliis lanceolatis glaucis, caule brachiato multifloro.* HALL. *emend.* 2. n. 96. *Cat.* n. 973. *MISC. TAUR. tom. V. p. 71. n. 70.*

*Hieracium foliis lanceolato-linearibus integris villosis, scapo unifloro.* GERARD. p. 166. n. 1.

*Hieracium montanum angustifolium nonnihil incanum.* BAUH. *pin.* 129.

*Hieracium (Scorzoneræ folium) foliis glaucis, & plumosis oblongo-lanceolatis, caule paucifloro.* VILL. *prosp.* p. 35.

*Loc.* In alveis fluminum inter alpes non infrequens. PERENNE.

*OBS.* HIERACIUM glaucum a staticifolio, & porrifolio differt. Folia longissime elliptica acuto fine, glauca obiter denticulata, ambitu, & costa pilosa. Caules rotundi teretes brachiati, ramis unifloris, aut bifloris. Calyx ovatus, ex squamis multorum ordinum dense appressis viridibus, in ambitu tomento albicantibus: semina aliquantum incurva oblonga striata coronata, pappo simplici sessili.

782. HIERACIUM staticifolium N. tab. 81. fig. 2.

*ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 74.*

*Hieracium caule ramoso, foliis radicalibus linearibus subdenticulatis, caulinis minimis.* GERARD. p. 167. n. 5. *MISC. TAUR. Tom. V. p. 71. n. 71.*

*Hieracium (staticifolium) caule nudo, foliis lingulatis obtusis subdentatis, floribus sulphureis.* VILL. *prosp.* p. 35. tab. XIII. fig. 1.

*Loc.* Non modo in sabulosis aridis secus flumina, sed etiam e rupium fissuris frequens nascitur locis calidioribus. PERENNE.



OBS. A *porrifolio*, & *glauco* separandum. *Porrifolii* iconem, & descriptionem dedit Cl. JACQUIN. *Staticifolium* folia habet remote, & obiter denticulata concava, fere linearia, nunquam pilosa. Rami, & pedunculi satis squamosi. Calyx calyculatus ad basim, squamis parvis fere capillaribus. Calyx verus e unico ordine squamarum viridium dorso obscurius virente. Pappus sessilis simplex. Planta locis aridis nascens solet esse non in foliis tantum, sed in ramis, & pedunculis farinosa.

## 783. HIERACIUM chondrilloides.

*Hieracium foliis caulinis elongato-dentatis glabris: radicalibus lanceolatis integris, caule ramoso.* LINN. spec. p. 1128. JACQ. enum. Vind. 273. tab. 7. & Fl. Austr. tab. 429.

*Andryala Chondrilloides.* SCOP. Fl. Carn. 2. p. 115.

*Hieracium alpinum pumilum, chondrillae folio.* BAUH. pin. 129. prodr. 64.

Loc. *Pedemontii* indigena; observante Cl. BELLARDI, reperitur in pratis prope S<sup>r</sup> Remy Augustae Praetoriae, & prope Martigni. PERENNE.

## 784. HIERACIUM prunellaefolium tab. 15. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 67. f. 2. 3.

*Hieracium foliis ovato-lanceolatis dentatis petiolatis, petiolis dentatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 42. emend. 4. p. 93. n. 241.

*Crepis (pygmaea) foliis ovatis integris villosis petiolatis, caule procumbente.* LINN. spec. p. 1131.

*Hieracium alpinum incanum saxatile, prunellae foliis integris.* BOCC. mus. 2. p. 33. tab. 24. RAY. suppl. 142.

*Hieracium foliis ovatis incanis, petiolis alato-dentatis, caule prostrato.* VILL. prosp. p. 36. tab. 22. fig. 3.

*Hieracium tomentosum integro folio.* BOCC. mus. 2. p. 33. tab. 24.

*Hieracium (prunellaefolium) caule ramoso multifloro foliis lyratis tomentosis, pedunculis unifloris.* GOV. Illustr. tab. 22. f. 3. cum bona descriptione.

*Leontodon (dentatum) foliis ovatis, petiolis dentatis, scapo unifloro.* LINN. mant. 107.

*Hieracium (pumilum) scapis subunifloris, foliis ovatis, petiolis dilatatis denticulatis.* LINN. mant. alt. p. 279.

Loc. In valle *Etroite* regione dicta *le Mollinet*, *Col d'Isvoir* vallis *Quairas*, montibus *Cotaplana* supra *Oulx*, et supra *Cesana*, locis nascitur maxime aridis, atque inter difractus lapides. PERENNE.

DESCR. Folia ovata denticulata per semipinnas, sive dentes continuo minores in petiolum decurrunt, pedunculi striato-angulosi, calyx cylindricus, squamae virides, extrinsecus tomentosae ex elliptico lanceolatae erectae, alias etiam minores accessorias inaequales squamas habent. Color floris luteus, semiflosculis quinquentatis. Receptaculum etiam alveolatum. Pappus sessilis simplex, seminibus longior.

## 785. HIERACIUM murorum tab. 28. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 73. 75. & Vol. XIV. tab. 60.

*Hieracium scapo multifloro subnudo, foliis ovatis dentatis.* SCOP. Fl. Carn. 390. n. 7. ed. 2. n. 970.

*Hieracium caule ramoso, foliis radicalibus ovatis dentatis, caulino minori.* LINN. spec. p. 1128.

*Hieracium caule subnudo, paucifloro, foliis ovato-lanceolatis circa petiolum dentatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 46.

*Hieracium murorum folio pilosissimo.* BAUH. pin. 129.

*Pilosella major quibusdam, aliis pulmonaria flore luteo.* BAUH. hist. II. p. 1033.

OFF. *Pulmonaria* gallorum, s. *pulmonaria* gallica.

B. *Hieracium murorum laciniatum minus pilosum.* BAUH. pin. 129.

Loc. Ubique in collinis, & montanis. PERENNE.

## 786. HIERACIUM succisaefolium.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 101. fig. 1.

*Hieracium foliis levibus integerrimis, radicalibus longe petiolatis ellipticis, caulinis amplexicaulibus, hamis obtusis.* HALL. hist. tom. 1. n. 47.



*Hieracium glabrum succisae folio integro*. VAILLANT. p. 243.  
 Loc. Circa Bessan reperit Franciscus PEYROLERI. PERENNE.

787. HIERACIUM molle. JACQ. *Fl. Austr. tab.* 116.

Loc. Franciscus PEYROLERI in alpihus l'Autaret. PERENNE.

788. HIERACIUM paludosum. *tab.* 28. *fig.* 2. & *tab.* 31. *fig.* 2.

ICON. TAUR. Vol. XII. *tab.* 69. *f.* 2.

*Hieracium foliis glabris dentatis imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus, calycibus hirsutis*. HALL. *hist. tom.* 1. n. 45. *Helv.* 748. *Emend.* 2. p. 45. n. 100.

*Hieracium caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hispidis*. LINN. *spec.* p. 1129.

*Hieracium caule multifloro folioso, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis glabris*. SCOP. *Fl. Carn.* 391. n. 9.

*Hieracium latifolium ex valle Griesbachiana*. BAUH. *hist.* 2. p. 1033.

*Hieracium montanum latifolium glabrum minus*. BAUH. *pin.* 129. MORIS. *hist.* 3. p. 69. *sect.* 7. t. 5. *f.* 47.

Loc. Frequens ad oras sylvarum, proximisque pratis, tum etiam ad sepes in montanis, & alpinis. PERENNE.

789. HIERACIUM cerinthoides.

ICON. TAUR. Vol. XI. *tab.* 98. & Vol. XV. *tab.* 97. *f.* 1.

*Hieracium foliis radicalibus obovatis denticulatis, caulinis oblongis semiamplexicaulibus*. LINN. *spec.* p. 1129. GOU. *illustr. tab.* 22. *f.* 4.

*Hieracium pyrenaicum folio cerinthes latifolium*. TOURN. *inst.* p. 402.

Loc. In umbrosis supra Groscaval abunde. PERENNE.

OBS. Varie differt a HIERACIO villosa, cui ceteroquin simile est. Foliorum superior superficies glabra, & in ambitu tantum pilosa. Calyx fere calyculatus, ex squamis linearibus acutis in apice compositus nigris brevibus, densisque pilis hirtus, non habens villum sericeum, uti HIERACIUM villosum.

790. HIERACIUM villosum.

ICON. TAUR. Vol. XI. *tab.* 82. & Vol. XII. *tab.* 14.

*Hieracium foliis villosis integerrimis, radicalibus lingulatis, caulinis ovatis amplexicaulibus, calycibus villosis*. HALL. *hist. tom.* 1. n. 44.

*Hieracium caule folioso subramoso paucifloro; foliis radialibus lanceolatis, caulinis summis subcordatis, calyce lanuginoso laxo*. JACQ. *vind.* 271. n. 71.

*Hieracium caule ramoso folioso, foliis hirtis radicalibus lanceolato-ovatis dentatis, caulinis amplexicaulibus cordatis*. LINN. *spec.* p. 1130.

*Hieracium caule ramoso folioso, foliis, & calyce longo villo barbatis*. HALL. *Helv.* 744. JACQ. *Fl. Austr. tab.* 87.

*Hieracium alpinum latifolium villosum magno flore*. BAUH. *pin.* 128.

*Hieracium villosum* V. CLUS. *hist.* 141.

Loc. Ubique in alpihus frequens locis lapidosis atque ad rupes. PERENNE.

791. HIERACIUM tomentosum.

ICON. TAUR. Vol. XII. *tab.* 101. *fig.* 3.

*Hieracium tomentosum foliis radicalibus lanceolatis, obsolete dentatis petiolatis, caulinis amplexicaulibus, caule ramoso, pedunculis subbifloris*. GER. p. 168. n. 9.

*Hieracium (lanatum) foliis crassis tomentosiss integerrimis, caule erecto*. VILL. *prosp.* p. 35.

*Hieracium (Andryaloides) foliis dense tomentosiss, basi crispis, sinuatisve, caule patente*. VILL. *prosp.* p. 35. *tab.* 11. *fig.* 3.

*Andryala (lanata) foliis oblongo-ovatis subdentatis lanatis, pedunculis ramosis*. LINN. *spec.* p. 1137.

*Hieracium foliis crassis ovatis lanatis*. HALL. *hist. tom.* 1. p. 16. n. 37.

*Hieracium montanum tomentosum*. DILL. *elh.* 181.

*Hieracium montanum mali cotonei folio*. BOCC. *mus.* p. 64.



*Loc.* Frequens est locis aridis sole expositis inter alpes, neque in *Liguria*, & editioribus montibus Comitatus *Nicaeensis* desideratur. *Sabaudiae* indigenam plantam esse, atque frequenter ab Oppido *Braman* ad *S. Jean de Maurienne* juxta viam crescere jamdudum adnotavit *BOCCONE*. *PERENNE*.

*Obs.* Receptaculum habet alveolatum cum aliquot pilis, qui tamen non jubeant ad *Andryalae* genus referre. Calyx fere ex unico ordine squammarum cum aliquot ad basim accessoriis; qualis certo est in plurimis *HIERACII* speciebus. In *Liguria* folia profert non tantum dentata, sed angulato-laciniata, ita ut alia planta videatur.

792. *HIERACIUM amplexicaule* *tab. 15. fig. 1. & tab. 30. fig. 2.*

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 65. f. 2. 3.*

*Hieracium foliis amplexicaulibus cordatis subdentatis, pedunculis unifloris hirsutis, caule ramoso.* *LINN. spec. p. 1129.*

*Hieracium foliis ovato-lanceolatis rariter dentatis, caulinis amplexicaulibus.* *HALL. hist. tom. 1. n. 36.*

*Hieracium pyrenaicum rotundifolium, longifolium amplexicaule.* *TOURN. inst. p. 472.*

*Hieracium foliis radicalibus ovato-lanceolatis acutis basi dentatis, caulinis hastato-cordatis amplexicaulibus.* *GOU. illustr. p. 58.*

*Hieracium (pulmonarioides) foliis ovatis subdentatis hirsutis, pedunculis proliferis, calycibus glandulosis.* *VILL. prosp. p. 36. tab. XII. f. 2.*

*Loc.* E rupium fissuris, atque etiam in locis lapidosis praesertim ad alpium radices. *PERENNE*.

*Obs.* Insigniter haec planta variat non modo latitudine, & longitudine foliorum, atque dentium numero, sed etiam foliorum crassitie. *Tab. 30. fig. 2.* exhibet varietatem, cujus folia longe tenuiora sunt, & nigris maculis notata.

793. *HIERACIUM intybaceum.* *JACQ. Fl. Austr. app. tab. 43.*

*ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 75.*

*Hieracium (albidum) foliis eroso-ligulatis hispidis, caule subdichotomo paucifloro.* *VILL. prosp. p. 36. tab. XIII. f. 2.*

*Hieracium foliis oblongis asperis lanceolatis dentatis, calyce hirsutissimo.* *HALL. hist. 1. n. 41.*

*Hieracium intybaceum, flore magno albido.* *BAUH. prodr. p. 65. SCHEUCHZ. ii. 4. p. 336.*

*Loc.* In summo jugo *Col de la Rou* versus *Modane*. *PERENNE*.

*DESCR.* Ex una radice plures caules nascuntur pedales rotundi virides non sulcati fere ab imo ad summum ramosi, ramis saepe iterum ramosis, secundis ramis unifloris, flore terminali magno. Folia sessilia, sed ima petiolata videntur, petiolo lato, folio per petiolum decurrente. Folia lanceolata, costa alba magna instructa in ambitu quinque, aut sex, aut septem dentium paribus pinnata. Ex alis foliorum solent rami prodire. Tota planta densis pilis barbata per aetatem nigrescentibus, & globulos viscidae resinae ferentibus. Folia secta de more gentis lac fundunt. Tota planta viscosa est. Folia obscure virent. Calyx interior ex numerosis erectis lanceolatis squammis parallelis compositus, aliae inaequalis longitudinis, & inaequali situ nascentes calycem exteriorem faciunt. Duae bracteae, aut squamae etiam reliquis longiores prope florem in summo pedunculo extant. Pedunculi de reliquo nudi sunt, & sub flore non incrassantur. Receptaculum profunde alveolatum. Pappus simplex semine duplo longior. Flos sulphureus; semiflosculi breves; tuba multum supra florem elata, supra bifida. Folia ramea, saepe linearia integerrima. In nostris alpibus numquam eam amplitudinem folia acquirunt, quam *Icon Cl. JACQUINI* exhibet.

794. *HIERACIUM grandiflorum* *tab. 29. fig. 2. & 3.*

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 15.*

*Hieracium foliis lanceolatis, serratis, hirsutis, calycibus villosis.* *HALL. hist. tom. 1. n. 4.*

*Hieracium maximum, asperum conyzae folio* *C. B.*

*Hieracium latifolium montanum Genevense* *J. B. H. p. 1026.*

*Hieracium ramosum magno flore.* *BAUH. prodr. p. 65.*

*Hieracium (pappuleucon) foliis lyrato-spatulatis, retrorsum dentatis, caulinis auritis amplexicaulibus, caule sulcato, apice viscoso paucifloro,* *VILL. prosp. p. 30. tab. 10. f. 2.*



*Loc.* Ubique in pratis alpium frequens. *PERENNE.*

*DESCR.* Caulis ramosus brachiatus, ramis unifloris, crassus, profunde sulcatus, sulcis novem, aut decem rigidus. Planta tota pilosa aspera. Calyx ovatus, torosus a maturis seminibus ventricosior. Folia semiamplexicaulia, longis dentibus auriculata, ad ramos lanceolata. Pedunculi subnudi, sive uno, alterove foliolo donati. Calyx ex unico ordine squammarum concavarum carinatarum: iis ad basim accedunt squamulae longae minores, alternatim dorso majorum squamarum appressae. Pappus sessilis, pilosus, seminibus brevior. Semina complanata, striata incurva linearia. Figura tertia exhibet varietatem humiliorem, & viscosam.

*OBS.* Suspicio cum nostro idem esse *HIERACIUM* illud, quod *Cl. HALLERUS* (*hist. plant. n. 40.*) dixit *HIERACIUM foliis lanceolatis serratis hirsutis, calycibus villosis.*

795. *HIERACIUM* spicatum. *tab. 27. fig. 1. & 3.*

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 98. fig. 2.*

*Hieracium caule multifloro, foliis amplexicaulibus pilosis rariter dentatis.* *HALL. hist. p. 43.*

*Hieracium caule folioso, foliis amplexicaulibus, ovato-lanceolatis hirsutis dentatis, floribus spicatis.* *HALL. Emend. 3. n. 252.*

*Hieracium (prenanthoides) caule recto summo conice ramosissimo, foliis ellipticis hirsutis, basi amplexicaulibus.* *VILL. prosp. p. 35. tab. 9. f. 2. & tab. 10. fig. 1.*

*Loc.* In sylvis montanis, & locis macilentis ad oras sylvarum frequentissimum. *PERENNE.*

*DESCR.* Nostram stirpem *Hallerianam* esse puto ex fide speciminis sicci ab eodem praestantissimo Viro ad me missi. Folia radicalia utique dentata sunt, sed caulina apud nos integra, aut vix denticulata, semiamplexicaulia, ad basim rotundata, ovato-lanceolata, supra obscurius virentia, atque exsiccata nigra evadunt. Ex alis foliorum ramuli florigeri. Calyx nigris pilis barbatus subcylindricus. Tota planta brevibus pilis hirsuta est.

796. *HIERACIUM* sabaudum. *tab. 27. fig. 2.*

*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 108. & Vol. XIV. tab. 46.*

*Hieracium foliis hirsutis dentatis, inferioribus ellipticis, superioribus ovato-lanceolatis.* *HALL. hist. tom. 1. n. 35.*

*Hieracium caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus.* *LINN. spec. p. 1131.*

*Hieracium caule ramoso, continue folioso, foliis ex cordato-lanceolatis denticulatis amplexicaulibus.* *GMELIN. Fl. Sibir. II. n. 30. tab. 14.*

*Hieracium caule erecto multifolio, foliis lanceolatis dentatis.* *ROY. Leyd. p. 124. n. 8.*

*Hieracium caule multifloro, folioso, foliis lanceolatis dentatis, dentibus glandulosis.* *SCOP. Fl. Carn. p. 391. n. 10. ed. 2. n. 972.*

*Hieracium fruticosum, latifolium hirsutum.* *BAUH. pin. 129. Tourn. inst. p. 472.*

*Hieracii sabaudi varietas I. Erinus quibusdam Matthioli dicta.* *BAUH. hist. II. 1030.*

*Loc.* In pascuis montanis, & locis lapidosis ad vias non infrequens praesertim in *Sabaudia*, atque similibus locis in monte *Vesulo.* *PERENNE.*

797. *HIERACIUM* umbellatum.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 19.*

*Hieracium foliis linearibus subdentatis sparsis, floribus subumbellatis.* *LINN. spec. p. 1131. HALL. hist. tom. 1. n. 34.*

*Hieracium fruticosum angustifolium majus.* *BAUH. pin. 129.*

*Hieracium rectum rigidum dictum Sabaudum.* *BAUH. hist. II. p. 1030.*

*Hieracium Sabaudum.* *DALECH. hist. 570.*

*Loc.* Ad oras sylvarum, & locis saxosis in collinis editioribus, & montanis locis. *PERENNE.*



CREPIS. LINN. *gen. n.* 819., *sys. n.* 914.

Calyx ab basim auctus corona squamarum novum calycem constituentium.  
Semina coronata pappo plumoso, aut simplici.

798. **CREPIS** bursifolia.  
*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 6. fig. 3.*  
*Crepis foliis pinnatifidis crenatis, scapo nudo paucifloro.* LINN. *spec. p.* 1131.  
*Hieracium siculum, bursae pastoris folio.* BOCC. *mus. 2. p.* 147. *t.* 106. 112.  
*Hieracium minus panormitanum, cichorei folio.* CUP. *Cat. 95. suppl. 3.*  
*Loc. Agri Nicaeensis indigena planta est. PERENNIS.*
799. **CREPIS** alpina.  
*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 66. 67. & Vol. XIV. tab. 41.*  
*Crepis involueris scariosis longitudine calycis, floribus solitariis.* LINN. *sys. 12. p.* 524.  
*Picris alpina.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 109.  
*Hieracioides annua, endiviae folio, capite magno.* VAILL. *act. 1721. p.* 246.  
*Hieracium alpinum Scorzonerae folio.* TOURN. *inst. 472.*  
*Loc. Inter stirpes inveni, quas in Pedemonio legerat Th. PRIM. ANNUA.*
800. **CREPIS** albida. *tab. 32. fig. 3.*  
*Crepis foliis runcinato-dentatis incanis, squamis calycis simplicis membranaceis, flore albido.* VILL. *prosp. p.* 37. *tab. 12. f. 1.*  
*Loc. Locis saxosis montanis editioribus apricis in Comitatu Nicaeensi, & in valle Bardonache, & Maurianensi. PERENNIS.*  
*DESCR.* Ex una radice plures caules bis, aut ter dichotomi; ad ramorum divisiones folium sessile. Folia radicalia elliptica, lente in petiolum foliosum attenuata, crassula, dentata, raro integerrima. Folia caulina semiamplexicaulia asperiora ad ramorum divisiones posita acutiora cum spinula evidentiori. Receptaculum alveolatum. Calyx subconicus torosus, ex squamis unius ordinis concavis erectis viridibus subasperis, apice obscuris, limbo albicante, cymbiformes ad sui originem sunt. Squamae calycis primum erectae, deinde in pelvim patentes. Iis alter ordo squamarum eodem numero subjicitur, quorum quaedam longiores, atque dorso majorum squamarum appressae sunt. Pedunculi nudi sub flore incrasati prope calycem squamulam habent. Semiflosculi quinque dentati calycis longitudine. Pappus simplex sessilis circiter longitudine seminis. Maturo fructu, calyx ex integro reflectitur.
801. **CREPIS** rubra.  
*ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 36.*  
*Crepis foliis amplexicaulibus lyrato-runcinatis.* LINN. *spec. p.* 1132.  
*Taraxacum foliis semipinnatis, pinnis angulatis, floribus ante florescentiam nutantibus.* LINN. *gott. p.* 426.  
*Hieracium apulum flore suaverubente.* COL. *ecphr. 1. p.* 244.  
*Hieracium dentis leonis folio, flore suave rubente.* BAUH. *pin. p.* 127.  
*Chondrilla purpurascens foetida.* BAUH. *pin. 130. prodr. 68. tab. 68.*  
*Picris rubra.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 109.  
*Loc. In Comitatu Nicaeensi secus arva inter Sospello, & l'Escarene. ANNUA.*
802. **CREPIS** foetida.  
*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 21.*  
*Crepis foliis runcinato-pinnatis hirtis, petiolis dentatis.* LINN. *spec. p.* 1133.  
*Crepis foliis scabris pinnatis, pinnis angulosis dentatis retroversis, extrema triangulari maxima.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 29.  
*Hieracium luteum cichorii sylvestris folio amygdalas amaras olens.* MORIS. *hist. 3. p.* 63. *sect. 7. tab. 4. f. 4.*  
*Picris foetida.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 108.  
*Hieracium foliis cichorii sylvestris villosis odore castorii.* MAGN. *monsp. 129. tab. 128.*



*Erigeron tertium*. DOD. pempt. 641.

Loc. Ad vias, & locis declivibus lapidosis abunde. *ANNUA*.

803. *CREPIS* tectorum.

*ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 95.*

*Crepis foliis lanceolato-runcinatis sessilibus laevibus, inferioribus dentatis.* LINN. syst. 12. p. 525.

*Hieracium luteum glabrum, s. minus hirsutum.* RAJ. angl. 3. p. 165.

*Hieracium chondrillae folio hirsutum.* BAUH. pin. 127.

*Hieracium II.* TABERN. hist. 491.

*Cichorium pratense luteum laevius.* BAUH. pin. 126.

*Hieracium sabaudum montanum, foliis & laciniis chondrillae caeruleae, flore luteo dentis leonis.* LOB. p. 88.

Loc. Ad oras pratorum, & sepes non infrequens. *ANNUA*.

804. *CREPIS* biennis.

*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 43.*

*Crepis foliis runcinato-pinnatifidis scabris, basi superne dentatis, calycibus muricatis.* LINN. spec. p. 1136.

*Crepis foliis subscabris semipinnatis, pinna extrema maxima.* HALL. hist. tom. 1. n. 30.

*Hieracium maximum chondrillae folio asperum.* BAUH. pin. 127. prodr. 64.

*Hieracium erucae folio hirsutum.* BAUH. hist. II. p. 1025.

*Hieracioides foliis variis subasperis, caule altissimo folioso unifloro.* HALL. Helv. 751.

Loc. Ubique in agro Pedemontano ad vias, sepes, & agros. *BIENNIS*.

805. *CREPIS* virens.

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 64.*

*Crepis foliis runcinatis glabris amplexicaulibus, calycibus subtomentosis.* LINN. spec. p. 1134.

*Crepis caule ramosissimo, foliis glaberrimis teneris integris, & dentatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 33.

*Hieracium minus glabrum, foliis eleganter virentibus.* BAUH. pin. 127. prodr. 63.

*Hieracium dentis leonis folio hirsutum, flore luteo extus purpurascens.* TOURN. paris. 99.

Loc. Ad limites agrorum. *ANNUA*.

806. *CREPIS* dioscoridis.

*ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 51.*

*Crepis foliis radicalibus runcinatis, caulinis hastatis, calycibus subtomentosis.* LINN. spec. p. 1133.

*Crepis foliis ad terram serratis ad caulem pinnatis, pinnis alterne majoribus, caule nudo pene nudo multifloro.* ZINN. gott. p. 428.

*Hieracium majus erectum angustifolium caule laevi.* BAUH. pin. 127.

*Hieracium I.* TABERN. hist. 491.

Loc. Ad vias, & sepes in agro Canapiciensi. *ANNUA*.

807. *CREPIS* pulchra.

*ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 6.*

*Crepis foliis sagittatis denticulatis, caule paniculato, floribus pyramidatis glabris.* LINN. syst. 12. p. 525.

*Chondrilla hieracii folio, annua.* TOURN. inst. 238.

*Chondrilla pulchra.* LAM. Fl. Franc. tom. 11. p. 106.

*Hieracium montanum hirsutum minus.* BAUH. pin. RAJ. hist. 234.

*Hieracioides annua glutinosa, floribus parvis.* VAILL. act. 1721.

Loc. Secus Duriam in agro Taurinensi inveni. D. VALLE circa Exilles. Passim in vineis, atque olivetis *Uneliae*, & *Nicaeae*. *ANNUA*.

808. *CREPIS* austriaca tab. 30. fig. 1.

*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 29. & Vol. XI. tab. 87.*



*Crepis foliis oblongis denticulatis amplexicaulibus involucro laxissimo, & calycibus hispidis.* JACQ. *Vind.* p. 270. tab. 5.

*Hieracium (blattarioides) foliis lanceolatis amplexicaulibus dentatis, floribus solitariis, calycibus laxis.* LINN. *spec.* p. 1129.

*Hieracium foliis amplexicaulibus serratis auritis, auriculis aristatis, calycibus villosis.* HALL. *Emend.* II. p. 45. n. 99.

*Hieracium foliis radicalibus oblongis hastato-sinuatis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus subdentatis, caule ramoso, floribus solitariis.* GER. p. 169. n. 11.

*Hieracium foliis radicalibus ovato-lanceolatis acutis, basi dentatis, caulinis hastato-cordatis amplexicaulibus.* GOU. *Illustr.* p. 58.

*Hieracium latifolium montanum alterum Genevense folio conyzae majoris monspessulanum.* BAUH. *hist.* II. p. 1026.

*Loc.* Frequentissime occurrit ad vias locis umbrosis, atque etiam in sylvis locis montanis, & subalpinis. *PERENNIS.*

809. *CREPIS nemausensis.* tab. 75. fig. 1.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 3. f. 1.*

*Crepis (nemausensis) scapo nudo hirta, floribus corymbosis, foliis lyratis runcinatis.* GOU. *illustr.* p. 60.

*Hieracium (sanctum) scapo nudo multifloro, foliis lyratis obtusis dentatis.* LINN. *spec.* p. 1127.

*Hieracium dentis leonis folio monoclonon subasperum.* BAUH. *pin.* 127.

*Crepis nuda.* LAM. *Fl. Franc.* tom. 11. p. 127.

*Andryala (nemausensis) foliis lyrato-sinuatis, caule nudo multifloro.* VILL. *prosp.* p. 37. tab. 19.

*Loc.* In sterilibus circa Quarasa in Comitatu Nicaeensi. *ANNUA.*

*Obs.* *CREPIDUM* species quaedam pappum simplicem habent, aliae plumosum, nisi velint igitur *Botanici* plumoso pappo instructas *CREPIDES* distinguere ab illis, quae pappum simplicem habent, sola differentia in calyce exteriori multo minori manebit.

810. *CREPIS sprengeriana*

*Hieracium (sprengerianum) caule ramoso folioso, foliis semiamplexicaulibus oblongis repandis hispidis.* LINN. *spec.* p. 1130.

*Hieracium pulchrum ramosum sprengerianum.* BAUH. *hist.* II. p. 1205. MORIS. *hist.* III. p. 65. l. 7. t. 5. f. 17.

*Loc.* Ad limites agrorum in Comitatu Nicaeensi. *ANNUA.*

*DESCR.* Planta universa rectis pilis hispida, & ex quacumque parte lac fundens. Caules subrotundi virides, statim ex radice ramosi, ramis alternis erectis. Folia sessilia patentia amplexicaulia sine auriculis, linearia, fine acuto, margine sinuato, & dentato, dentibus obtusis varie inflexis, saepius alternis paullo majoribus, ad ramorum ortum posita. Caulis primarius non recta ascendit, sed ramus, & caulis aequaliter ad angulum acutum secedunt. Caulis cum ramis ita se habet, ut alternam dichotomiam exhibeat. Folia superiora longe parcius dentata, aut etiam integra lanceolata. Postremi rami semel, aut bis dichotomi in pedunculos abeunt fere biunciales simplices unifloros incrassatos. Caules in ramos ita per divisiones extenuantur, ut rami laterales interiorum longitudinem aequent. Prope calycem floris quandoque adsunt duae, aut tres bractee lineares. Rami, & praesertim pedunculi intus cavi. Calyx ex duplici ordine squamarum. Primus ordo ex squamis linearibus a decem ad duodecim, quae primum in florescentia erectae sunt, deinde inaequaliter patentes, tandemque reflexae, & deciduae. Ordo interior ex squamis carinatis saepe numero tredecim firmis crassioribus longioribus, in sua origine primum incurvis, atque in sinu suo semen unicum continentibus. Corollae lingulatae fere vigintiquatuor in quolibet flore, lingula exterior purpuro-rubens, caeterum cum tubis uniformiter croceae. Pappus coronans semina transversim sulcata, & adinstar limae dentata, est stipitatus, plumosus.



## 811. CREPIS echioides.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 37. & Vol. XVIII. tab. 30.

Picris foliis summis florem obvolventibus. GERARD. Fl. 160. n. 1.

Picris (echioides) perianthiis exterioribus pentaphyllis, interiore aristato majoribus.

LINN. spec. p. 1114.

Hieracium echioides capitulis cardui benedicti. BAUH. pin. 128. HALL. gott. 413.

HERMANN. Par. bat. 185.

Buglossum echioides luteum hieracio cognatum. LOB. ic. 577.

Loc. Frequens in agro Nicaeensi. ANNUA.

OBS. Propter calycem amplissimum pentaphyllum, qui interiorem calycem continet, novum genus constituit praestantissimus HALLERUS. Cum Picride stare nequit, neque videmus a CREPIDE esse dirimendam.

SONCHUS. LINN. gen. n. 813., syst. n. 908. TOURN. tab. 268.

Calyx imbricatus, floribus excussis, in conum contractus. Pappus sessilis simplex.

## 812. SONCHUS palustris.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 56.

Sonchus pedunculis, calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi aristatis.

LINN. syst. 12. p. 720.

Sonchus pedunculis subumbellaribus, foliis alternis sagittato-runcinatis. NEKER. tom. 2. p. 326.

Sonchus laevior austriacus, s. altissimus. CLUS. hist. 2. p. 147.

Loc. Ad fossas in agro Canapiciensi, & Vercellensi. A Cl. BELLARDI etiam visa est in fossis agri Taurinensis. PERENNIS.

## 813. SONCHUS arvensis.

Sonchus pedunculis, calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi cordatis.

LINN. spec. p. 1116.

Sonchus foliis amplexicaulibus semipinnatis serratis calycibus hispidis. HALL. hist. tom. 1. n. 23.

Hieracium arvense. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 974.

Sonchus nitidus foliis dentato-sinuatis aveniis, squamis calycinis caule crecto. VILL. prosp. p. 33.

Hieracium majus folio sonchi, vel hieracium sonchites. BAUH. pin. 126.

Sonchus repens, multis hieracium majus. BAUH. hist. II. p. 1017.

Hieracio maggiore. MATTH.

Loc. Oritur ad fossas aquarum secus arva. PERENNIS.

## 814. SONCHUS asper.

Sonchus foliis rigidiusculis serratis calycibus laevibus. HALL. Helv. 752.

Sonchus asper non laciniatus, & laciniatus. BAUH. pin. 124.

Sonchus spinosus. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 86.

Sonco aspro. MATTH.

Loc. Loca pingua, & ruderata amat, praecipue hortorum sepes. ANNUUS.

VIR. SONCHI species pleraeque viribus plurimum conveniunt. In officinis usitati sunt asper, & laevis, sed & picroides, ac tenerrimus indiscriminatim possunt adhiberi. Proprietates Taraxaci, & Cichorei habent; magis attemperant, minus abstergant, & dicuntur etiam vim subanodinam habere. In febribus ardentibus, & continuis cum magno calore conjunctis Cichoreo, & Taraxaco Medici anteponunt.

## 815. SONCHUS laevis.

Sonchus foliis laevibus, & teneris, calycibus glabris. HALL. Helv. 753.

Sonchus laevis minor paucioribus laciniis. BAUH. pin. 124.

Sonchus ciliatus. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 87.

B. Sonchus laevis laciniatus latifolius. BAUH. pin. 124.



*Soncho liscio altro.* MATTH.

Loc. Cum superiori adinvenitur. *ANNUUS.*

816. *SONCHUS* tenerrimus.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 86. f. 2.

*Sonchus pedunculis tomentosus, calycibus pilosis.* LINN. spec. p. 1117.

*Sonchus pedunculis tomentosus.* GER. p. 161. n. 1.

*Sonchus laevis in plurimas, & tenuissimas laciniis divisus.* BAUH. pin. 124. prodr. 61.

*Chondrilla lutea.* BAUH. hist. II. p. 1020.

Loc. Abunde in Comitatu *Nicaeensi*, & *Liguria.* *ANNUUS.*

817. *SONCHUS* alpinus.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 2.

*Sonchus foliis amplexicaulibus petiolatis triangularibus, petiolo pinnato, floribus spicatis.*

HALL. hist. 1. n. 20.

*Sonchus pedunculis squamosis, floribus racemosis, foliis runcinatis.* LINN. spec. p. 1117.

*Hieracium caeruleum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 976.

*Lactuca montana latifolia laciniata, flore caeruleo.* TOURN. inst. 474.

*Sonchus alpinus caeruleus.* BAUH. pin. 124.

Loc. Frequens in umbrosis, & lapidosis, & sylvis opacis alpium. *PERENNIS.*

818. *SONCHUS* maritimus. tab. 16. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 96.

*Sonchus foliis omnibus integris denticulato-spinosis, ramis unifloris, semiflosculis quinque-*

*dentatis.* ENUM. NIC. p. 85.

*Sonchus pedunculo nudo, foliis lanceolatis amplexicaulibus indivisis retrorsum argute den-*

*tatis.* LINN. spec. p. 1116.

*Chondrilla palustris longifolia sinuata laeviter spinosa.* RAJ. Supplem. p. 137.

Loc. In humidis, & ad fluentes aquas in agro *Nicaeensi* nascitur. *PERENNIS.*

819. *SONCHUS* picroides tab. 16. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 14.

*Scorzonera foliis superioribus amplexicaulibus integerrimis, inferioribus runcinatis, pedun-*

*culis squamosis.* LINN. syst. 12. p. 519.

*Sonchus angustifolius maritimus.* BAUH. pin. 124. prodr. 61. ENUM. NIC. p. 84.

*Crepis Dalechampii.* DALEC. hist. 562.

*Crepis foliis radicalibus ovato-oblongis denticulatis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus,*

*pedunculis unifloris squamosis.* ROY. Lugdb. 127.

Loc. In Comitatu *Nicaeensi.* *BIENNIS.*

*LACTUCA.* LINN. gen. n. 814., syst. n. 909. TOURN. tab. 267.

Calyx imbricatus longus quodammodo in conum connivens. Semina compressa, utrinque acuminata, in mucrone extenso pappum simplicem gerentia.

820. *LACTUCA* scariola.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 97.

*Lactuca foliis semipinnatis, nervo spinoso.* HALL. hist. tom. 1. n. 14. Helv. 756.

*Lactuca foliis verticalibus carina aculeatis.* LINN. spec. p. 1119.

*Lactuca sylvestris costa spinosa.* BAUH. pin. 123.

*Lactuca sylvestris, sive endivia multis dicta folio laciniato, dorso spinoso.* BAUH. hist. II. p. 1003.

*Lactuca selvatica.* MATTH.

Loc. In ruderalis saxosis non rara. In valle *Augustae Praetoriae*, & agro *Nicaeensi* frequens. *ANNUA.*

*VIR.* Haec *LACTUCA*, maximeque *virosa* narcotica est, inebrians, virulenta; proprietates habet opii aemulas. Caveant *Pharmacopolae*, ne *Sonchi* loco adhibeant.



## 821. LACTUCA virosa.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 56.

*Lactuca foliis ovatis patulis, nervo spinoso.* HALL. hist. tom. 1, n. 15.

*Lactuca foliis superioribus dentatis costa spinosa.* Ejusdem Helv. 757.

*Lactuca foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis.* LINN. spec. p. 1119.

*Lactuca sylvestris.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 84.

*Lactuca sylvestris odore viroso.* BAUH. pin. 123.

*Lactuca sylvestris lato folio, succo viroso.* BAUH. hist. II. p. 1002.

*Lactuca selvatica.* MATTH.

Loc. Mihi occurrit haec LACTUCA in umbrosis ruinosarum aedium S. Michaelis della Chiusa. Oritur in valle Augustae Praetoriae, & prope Lemmie. In valle di Viù Ciliani loco dicto la Boscarina legit Cl. BELLARDI. ANNUA.

## 822. LACTUCA saligna.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 27.

*Lactuca foliis imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus hamatis, nervis spinosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 13.

*Lactuca foliis hastato-linearibus sessilibus, carina aculeatis.* LINN. spec. p. 1119.

JACQ. Flor. Austr. tab. 250.

*Lactuca sylvestris altera angusto saligno folio, costa albicante.* RUPP. Flor. Jenens. p. 207. tab. 4.

*Chondrilla viscosa humilis.* BAUH. pin. 130. prodr. 68.

Loc. Nascitur locis arenosis secus flumen, quod ex monte S. Bernardi in vallem Augustae Praetoriae decurrit, & alibi in Pedemontio. In Monteferrato, & Comitatu Nicaeensi secus arva copiose crescit. ANNUA.

## 823. LACTUCA augustana N. tab. 52. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 68.

*Lactuca foliis integris dentatis, acute hamatis, costa laevi.* MISC. TAUR. tom. 5. p. 72. n. 74.

*Lactuca longo, & valde angusto folio.* BAUH. hist. II. p. 999. sive

*Lactuca folio oblongo acuto.* BAUH. pin. 123.

Loc. Locis arenosis secus flumen, quod descendit ex monte magni S. Bernardi, & in valle Augustae Praetoriae inter S. Pierre, & Villanova. ANNUA.

DESCR. Radix recta descendens fusiformis hinc inde tenues, & longas fibras emittens subdivisas filiformes. Caulis humanae circiter altitudinis pollicaris laevis erectus, laevissime striatus, circa medium ramosus, ramis erectis, iterumque ramosis. Folia semiamplexicaulia auriculata glaberrima lanceolata, costa non spinosa, margine dentato, dentibus acutis spinulosis. Minores majoribus dentibus interponuntur. Folia obscura virent. Superiora sensim minora, & breviora, parciusque dentata. Flores breviter pedunculati paniculati. Calyx de more gentis imbricatus. Flosculi plerumque duodecim. Semen coloris sordide albi. Tota planta glaberrima est succosa lactescens, odore nullo viroso praedita.

## 824. LACTUCA perennis.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 1.

*Lactuca foliis linearibus dentato-pinnatis, laciniis sursum dentatis.* LINN. spec. p. 1120.

*Lactuca foliis glabris pinnatis, caule brachiato.* HALL. hist. tom. 1. n. 16.

*Lactuca foliis pinnatifido-sinuatis, laciniis linearibus.* GER. 162. n. 3.

*Lactuca perennis humilior flore caeruleo.* TOURN. inst. 479.

*Chondrylla altera caerulea cichorii sylvestris folio.* BAUH. pin. 130.

*Chondrylla caerulea.* BAUH. hist. II. p. 1019.

*Condrylla secunda.* MATTH.

Loc. E rupium fissuris exit frequenter in montibus subalpinis, iisque locis adinvenitur, quae meridiano soli objiciuntur. PERENNIS.



CHONDRILLA. LINN. *gen. n.* 815. *syst. n.* 910. TOURN. *tab.* 268.

Calyx cylindricus ex squamis paralellis, aliis ad basim brevissimis appressis acutis. Pappus stipitatus simplex.

825. CHONDRILLA juncea.

*Chondrilla foliis sagittatis amplexicaulibus, caule simplici, floribus subsessilibus lateralibus.*

LINN. *syst.* 12. p. 520. HALL. *hist. tom.* 1. n. 17.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 427.

*Chondrilla foliis radicalibus pinnatifidis caulinis lanceolato-linearibus.* WACH. *Ultraj.* 223.

*Chondrilla foliis radicalibus eroso-pinnatifidis lyratis, caule basi aculeato, floribus spicatis.* GOU. *illustr.* p. 54.

*Chondrilla juncea viscosa arvensis.* BAUH. *pin.* 30.

OFF. *Chondrilla juncea.*

VERN. *Viscarola.*

LOC. Abunde oritur ad aggeres, & inculta loca in agro *Nicaeensi*: neque rara est in clivis saxosis meridiem spectantibus in agro *Pedemontano*. Secus *Padum*, & *Duriam* passim nascitur similibus locis. PERENNIS.

PRENANTHES. LINN. *gen. n.* 816. *syst. n.* 911.

Calyx cylindraceus ex paucis squamis fere paralellis cum aliquot minoribus ad basim. Semiflosculi in nostris saepius quinque. Pappus simplex stipitatus, aut sessilis.

826. PRENANTHES muralis.

*Prenanthes flosculis quinis, foliis runcinatis.* LINN. *spec.* p. 1121.

*Prenanthes foliis serratis pinnatis, pinna suprema triangulari trilobata.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 18.

*Chondrilla muralis.* LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 105.

*Chondrilla sonchifolio flore luteo pallescente.* TOURN. *inst.* 475.

*Lactuca sylvestris murorum flore luteo.* BAUH. *hist. II.* 1004.

*Sonchus laevis laciniatus muralis parvis floribus.* BAUH. *pin.* 124.

LOC. Nascitur in sylvis umbrosis minus humidis, & in maceriis, quas solis radii non attingunt. BIENNIS.

827. PRENANTHES purpurea.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 56.

*Prenanthes flosculis quinis foliis lanceolatis denticulatis.* LINN. *spec.* p. 1121. SCOP. *Fl. Carn.* 2. p. 103.

*Prenanthes foliis amplexicaulibus petiolatis lanceolatis serratis.* HALL. *hist. tom.* 1. n. 19.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 317.

*Chondrilla purpurea.* LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 105.

*Sonchus laevior.* CLUS. *hist.* p. 147.

*Chondrilla sonchifolio flore purpurascente major.* TOURN. *inst.* 475.

*Lactuca montana purpuro-caerulea major.* BAUH. *pin.* 123.

*Sonchus montanus purpureus tetrapetalos.* COL. *ecphr.* 1. p. 245.

LOC. In saxosis maxime umbrosis editiorum collium *Taurinensium*, & in subalpinis similibus locis frequens est. PERENNIS.

828. PRENANTHES tenuifolia. tab. 33. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 68.

*Prenanthes foliis linearibus integerrimis.* LINN. *spec.* p. 1120.

*Prenanthes angustifolius flore purpureo.* VAILL. *act. paris.* 1721. p. 193.

LOC. Oritur prope *Viù* retro ferri fodinas. Cl. BELLARDI in sylvis editiorum collium prope *Eremum*. PERENNIS.

DESCR. Radix tortuosa obliqua serpens, atque rectas hinc inde radices demittens. Caules erecti bicubitales, & ultra rotundi. Folia linearia fine acuto amplexicaulia



hamata, hamis non acutis, palmaris circiter longitudinis. Ex singulis alis foliorum panicula florum: pedunculi modo uniflori, modo biflori, semiflosculi quinque purpurei similes *PRENANTHI purpureae*.

829. *PRENANTHES viminea*. tab. 52. fig. 2.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 104.*

*Prenanthes foliorum ramentis cauli adnatis*. LINN. spec. p. 1120.

JACQ. *Fl. Austr. tab. 9.*

*Chondrilla sessiflora*. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 104.*

*Lactuca viscosa caule foliis obducto*. TOURN. inst. p. 473.

*Chondrilla viminea viscosa monspeliaca*. BAUH. pin. 130. prodr. 68.

*Chondrilla viscosa campoclarensis* &c. COL. echphr. part. 1. 240.

Loc. Nascitur in Comitatu *Nicaeensi* prope *le Scarene*, *Sospello*, *Tenda*. Ignatius MOLINERI secus flumen *Bourmida* in Provincia *Aquensi*, & in valle *Augustae Praetoriae* ad muros. BIENNIS.

830. *PRENANTHES ramosissima*. tab. 33. fig. 1.

*Lactuca ramosissima pene lignosa, foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolatis*. ENUM. NIC. p. 87.

Loc. In sabulosis ad maris *Nicaeensis* litus. Cl. BELLARDI locis calidioribus prope *la Castiglia d' Ivrea* nasci affirmat. BIENNIS & ANNUA.

DESCR. Haec proxima est *Vimineae*, distincta tamen; *Vimineae* enim triplo majorem altitudinem habet, & ramos habet longe pauciores. Folia radicalia sinuato-pinnatifida: extrema pinnula triangulari, firma non vere runcinata. In *ramosissima* folia radicalia teneriora vere runcinata non ad costam pinnatifida, ut in priori, sed ad medium tantum folii secta, extrema pinnula lineari-lanceolata. In *PRENANTHE viminea* duo, tres, aut etiam quatuor sessiles flores nascuntur, semiflosculi lati lineati flavi quinquentati, calycis longitudinem metientes. Calyx veluti duplex; interiores, longioresque semiflosculis suppositae squamae quinque subaequales a quinque alis inaequalibus imbricatis squamis excipiuntur. Folia caulis pinnatifida ad costam subtus obiter pilosa. Folia in *PRENANTHE ramosissima* glaberrima, neque subtus villosa glauca laevia tenera, costa alba. Caulis statim ramosus, ramis erectis simplicibus. Folia ramorum etiam decurrentia lanceolata integerrima. Ex axillis foliorum duo, aut tres flores circiter calyce duplo longiores, quam in *Vimineae*. Calyx cylindricus, ex squamis imbricatis inaequalibus omnibus. Semiflosculi angustiores etiam quinquentati.

RHAGADIOLUS. HALL. *Gott. p. 421.* SCOP. *introd. n. 360.* TOURN. *tab. 271.*

Semina radii saepius nuda. Centralia pappo, aut squamis coronata.

831. **R**HAGADIOLUS *hedypnois*.

*Hyoseris (hedypnois) fructibus subglobosis glabris, caule ramoso*. LINN. spec. p. 1138.

*Hedypnois globulifera*. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 107.*

*Hieracium capitulum inclinans semine adunco*. BAUH. pin. 128.

*Hieracium florem inclinans*. BAUH. hist. II. 1032.

*Hedypnois annua*. TOURN. inst. 478.

Loc. In vineis, & arvis incultis agri *Nicaeensis* oritur, atque etiam in arenosis secus flumen *Pallion*. ANNUUS.

832. RHAGADIOLUS *creticus*.

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 20.*

*Hyoseris (cretica) fructibus ovalis scabris, caule ramoso*. LINN. spec. p. 1139.

Loc. Secus arva in agro *Nicaeensi*. ANNUUS.

833. RHAGADIOLUS *scaber*.

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 97. fig. 3.*



*Hyoseris* ( *scabra* ) *scapo simplicissimo unifloro, foliis scabris, seminibus papposis.* LINN. spec. p. 1138.

*Hieracium minimum supinum tragopogoni capitulis.* BOCC. mus. 2. p. 146. tab. 106.

Loc. In olivetis *Villaefrancae, Montisalbani*, ad moenia urbis *Nicaeae*, & rarius in solo *Eporediensi.* ANNUUS.

834. RHAGADIOLUS *zacintha*.

*Zacintha, sive cichorium verrucarium.* CLUS. hist. 2. 145. TOURN. inst. 476.

*Lapsana* ( *zacintha* ) *calycibus fructus torulosis depressis obtusis sessilibus.* LINN. spec. p. 1141.

*Cichorium verrucosum, sive zacintha hieraciis annumerandum.* BAUH. hist. II. 1013.

*Rhagadiolus calycis squamis seminigris brevioribus, & glabris.* HALL. gott. 422.

Loc. Loca inculta mari *Nicaeensi* proxima inhabitat. ANNUUS.

835. RHAGADIOLUS *radiatus*.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 86. fig. 1.

*Hyoseris* ( *radiata* ) *scapis unifloris nudis, foliis glabris runcinatis, angulis dentatis.* LINN. spec. p. 1137.

*Taraxacnastrum denis leonis folio ad summitatem radiato.* VAILL. act. 703.

*Dens leonis minor foliis radiatis.* BAUH. pin. 129. PLUK. alm. 130. tab. 37. f. 2.

*Leontodon radiatum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 114.

Loc. In collibus maritimis *Nicaeensibus* lectus est. ANNUUS.

OBS. Nihil constans in *Hyoseri* est. Semina enim modo pappis, modo aristis terminantur, atque omnia in *radiata* pappigera sunt. Pleraeque species habent nuda semina in circumferentia.

836. RHAGADIOLUS *taraxacoides*.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 3. fig. 2.

*Hyoseris* ( *taraxacoides* ) *foliis sinuato-dentatis seminum centralium pappis plumosis, pilis foliorum furcatis, radice fibrosa.* VILL. prosp. p. 33. tab. 26. f. 3.

*Taraxacum saxatile.* BOCC. pag. 147. tab. 106. f. 1.

Loc. In rupibus circa *Lucerame* collegit D. CAUVINI, & communicavit. ANNUA.

SCORZONERA. LINN. gen. n. 811., syst. n. 906. TOURN. tab. 269.

Calyx oblongus imbricatus. Pappus plumosus sessilis.

837. SCORZONERA *humilis*.

*Scorzonera caule subnudo unifloro foliis lato-lanceolatis nervosis planis.* LINN. spec. p. 1112.

*Scorzonera caule nudo unifloro, foliis lanceolatis.* HALL. hist. 1. n. 10.

JACQ. Fl. Austr. tab. 36.

*Scorzonera caule nudo unifloro, foliis petiolatis ovato-lanceolatis.* HALL. Emend. 11. n. 104. p. 46.

*Scorzonera humilis latifolia nervosa.* BAUH. pin. 275.

*Scorzonera humilis pannonica.* CLUS. hist. 2. p. 138.

*Scorzonera nervosa.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 81.

Loc. Abunde in montibus supra *Piossasco*, & supra *Giaveno.* PERENNIS.

VIR. Haec est vera officinalis SCORZONERA, quae aliquid habet amari, & subaromatici; solent autem Rhyzotomi aut SCORZONERAM *hispanicam*, aut *Tragopogon pratense* praeferre, cujus radices tenerae cum thurionibus edules sunt. Magna in aestimatione quidam habent radicem SCORZONERAE etiam *hispanicae*, atque siccam radicem decoquant, exhibentque ejusdem ptisanam in morbis malignis. Certo non alias, quam mites solventes virtutes expectare oportet, atque licet longe efficacius *humilis* humores resolvat, minime tamen tanti est, ut inter stimulantia antisceptica debeat recenseri.



## 838. SCORZONERA hispanica.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 44.

Scorzonera caule ramoso, foliis amplexicaulibus integris serrulatis. LINN. spec. p. 1112.

Scorzonera latifolia sinuata. TOURN. inst. 476. BAUH. pin. 275.

Tragopogon hispanicus, sive Escorzonera, aut Scorzonera. BAUH. hist. II. p. 1060.

Scorzonera denticulata. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 82.

Loc. In pratis Comitatus Nicaeensis. PERENNIS.

## 839. SCORZONERA graminifolia.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 80. & Vol. XXI. tab. 48.

Scorzonera foliis lineari-ensiformibus integris carinatis. LINN. spec. p. 1112. JACQ. obs. 4. p. 13. tab. 100.

Scorzonera caule ramoso, foliis linearibus acuminatis carinatis, calycibus acutis. GMEL. sib. 2. p. 4. SCOP. Fl. Carn. p. 296. pro descriptione.

Tragopogon calyculatus. JACQ. hort. Vindob. tab. 106.

Loc. Secus agros Unelienses legit Ignatius MOLINERI. PERENNIS.

## 840. SCORZONERA laciniata.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 80.

Scorzonera foliis linearibus dentatis acutis, caule erecto, squamis calycinis patulo-erectis. LINN. spec. p. 1114.

Scorzonera caule folioso ramoso, foliis angustissimis imis, rariter semipinnatis, superioribus linearibus lanceolatis. HALL. hist. 1. n. 12.

JACQ. Fl. Austr. tab. 356.

Scorzonera foliis dentatis. ROY. Leyd. p. 120. n. 2.

Scorzonera pauciflora. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 53.

Scorzonera foliis sinuato-pinnatifidis. GERARD. Fl. Galloprov. p. 159. n. 4. cum descr.

Scorzonera laciniatis foliis. TOURN. inst. 477.

Tragopogon laciniatis foliis. COL. phytob. p. 21.

Tragopogon laciniatum luteum. BAUH. pin. 274.

Loc. Ego reperi secus viam supra Mentoulle. Felix VALLE ad viam a monte Mejer ad Quatuordentes in valle Exilliarum. Oritur quoque in valle Macrae locis siccis ad vias prope Strop. Cl. BELLARDI secus viam, quae ducit ab Augusta Praetoria ad S. Remis. In Comitatu Nicaeensi frequens est, & in montibus di Tenda, & Demonte. BIENNIS.

TRAGOPOGON. LINN. gen. n. 810. syst. n. 905. TOURN. tab. 270.

Calyx simplex plerumque octofidus, veluti ex squamis ad basim coalitis. Semen angulatum. Pappus stipitatus plumosus.

## 841. TRAGOPOGON pratense.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 49.

Tragopogon calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris strictis. LINN. spec. p. 1109. SCOP. Fl. Carn. 396. JACQ. Vind. 268.

Tragopogon foliis gramineis carinatis amplexicaulibus caudatis subcrispis, calyce flori aequali. HALL. hist. tom. 1. n. 8.

Tragopogon pratense luteum majus. BAUH. pin. 274.

Tragopogono, o sia Barba di Becco. MATTH.

VERN. Barbaboc.

Loc. In pratis primovere ubique. BIENNE.

## 842. TRAGOPOGON crocifolium.

Tragopogon calycibus corollae radio longioribus, foliis integris radicalibus, pedunculisque basi villosis. LINN. spec. p. 1110.

Tragopogon purpuro-caeruleum crocifolium. BAUH. pin. 275.

Tragopogon crocifolio montanum, flore nigro purpureo. COL. ecphr. 1. p. 229. tab. 230.

Loc. Non infrequens a jugo Col di Tenda ad Nicaeam. Cl. BELLARDI vidit etiam locis herbidis Augustae Praetoriae secus viam magni S. Bernardi. BIENNE.



843. TRAGOPOGON dalechampii.  
 ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 72.  
 Tragopogon calycibus monophyllis corolla brevioribus inermibus, foliis runcinatis. LINN.  
 spec. p. 1110.  
 Tragopogon verticillatum. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 77.  
 Hieracium sulphureum incisus foliis montanum. BAR. rar. 1043. tab. 209.  
 Chondrilla foliis cichorii tomentosus. BAUH. pin. 130.  
 Loc. In vineis, & arvis Nicaeensibus. PERENNE.

844. TRAGOPOGON picroides.  
 Tragopogon calycibus monophyllis, corollis brevioribus aculeatis, foliis runcinatis denticulatis. LINN. spec. p. 1111.  
 Sonchus asper laciniatus creticus. BAUH. pin. p. 124. prodr. 60.  
 Chondrilla creticae nomine missa semine crispo. BAUH. hist. II. p. 1022.  
 Loc. In olivetis Uneliae, & Comitatus Nicaeensis. ANNUUM.

b Placenta squamis distincta.

GEROPOGON. LINN. syst. 12. n. 914.

Calyx monophyllus, profunde octofidus. Semina disci pappo plumoso, radii aristis denticulatis coronata.

845. GEROPOGON glabrum.  
 ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 36.  
 Geropogon foliis glabris. LINN. spec. p. 1109.  
 JACQ. Hort. Vindob. tab. 33.  
 Tragopogon gramineo folio glabrum, flore dilute incarnato. ROY. suppl. 149.  
 Tragopogon alterum gramineo folio suaverubente flore. COL. ecphr. 1. p. 232.  
 Tragopogon hybridum. LINN. syst. nat. ed. X. p. 1191.  
 Loc. GIUDICE reperit in agro Nicaeensi. ANNUUM.
846. GEROPOGON hirsutum.  
 Geropogon foliis pilosis. LINN. spec. p. 1109.  
 Tragopogon calycibus corolla brevioribus, foliis ciliatis lineari-lanceolatis strictis, caule hirtio. GOU. Flor. 342. n. 1.  
 Tragopogon calycibus corolla brevioribus, foliis integris striatis ciliatis, caule hirtio, pedunculis superne incrassatis. GERARD. p. 158. n. 2.  
 Tragopogon gramineis foliis hirsutis. BAUH. pin. 275.  
 Tragopogon apulum humile hirsutum luteum. COL. ecphr. p. 233.  
 Loc. Nascitur in herbis collibus Nicaeensibus. ANNUUM.

HYPOCHÆRIS. VAILL. act. Paris. 1521. p. 215.

Calyx imbricatus. Seminum omnium pappus plumosus.

847. HYPOCHÆRIS radicata.  
 ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 64. & Vol. XI. tab. 47.  
 Hypochaeris foliis runcinatis obtusis scabris, caule ramoso nudo laevi, pedunculis squamosis. LINN. spec. p. 1140. GERARD. Fl. Galloprov. p. 173. n. 2.  
 Hypochaeris foliis semipinnatis hirsutis, caule nudo brachiato. HALL. hist. tom. 1. n. 3.  
 Achyrophorus radicans. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 987.  
 Hypochaeris dentibus foliorum rectangulis, caule nudo ramoso. HALL. Helv. 759.  
 Hieracium dentis leonis folio obtuso majus. BAUH. pin. 127.  
 Hieracium macrocaulon juncium, seu primum dodonci minus. BAUH. hist. II. p. 1031.  
 Loc. Nobis abunde in pratis non pinguibus, & pascuis nascitur. In agro Nicaeensi secus arva frequentem esse observavit D. GIUDICE. PERENNIS.



OBS. Recte observavit Cl. GERARD. *Fl. Galloprov.* p. 173. foliorum figuram in hac planta mire variam esse, & ideo indefinitam.

848. HYPOCHÆRIS glabra.

*Hypochaeris glabra*, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoso nudo, foliis dentato-sinuatis. LINN. *spec.* p. 1140.

*Hypochaeris chondrillae folio*, parvo flore. VAILL. *act.* 1721. p. 214.

*Hieracium minus*, dentis leonis folio oblongo glabro. BAUH. *pin.* 127.

Loc. In pratis subhumidis collium non infrequens. PERENNIS.

849. HYPOCHÆRIS maculata. tab. 14. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 62. & 106.

*Hypochaeris caule subnudo*, ramo solitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. LINN. *spec.* p. 1140.

*Hypochaeris caule uniflora*, foliis dentatis hirsutis. HALL. *hist.* tom. 1. n. 2. tab. 1.

*Hypochaeris foliis ovato-oblongis dentatis*, caule folioso ramoso hispido. SCOP. *Fl. Carn.* p. 398. n. 2.

*Achyrophorus maculatus*. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 986.

*Hieracium alpinum latifolium hirsutiae incanum flore magno*. BAUH. *pin.* 128.

*Hieracium I. latifolium*. CLUS. *hist.* 2. p. 139.

Loc. Abunde in pratis montanis, & alpinis non irriguis. PERENNIS.

850. HYPOCHÆRIS uniflora tab. 32. fig. 1.

*Hypochaeris squamis calycinis lateribus fimbriatis*, caule basi folioso uniflora. VILL. *prosp.* p. 37.

*Hypochaeris helvetica*. JACQ. *misc.* Vol. 2. tab. 4.

*Hieracium alpinum*, foliis dentatis, flore magno. BAUH. *prodr.* 65. HALL. *Enum.* 760. tab. 24.

Loc. Frequens in summis pratis alpium. PERENNIS.

DESCR. In HYPOCHÆRI *uniflora* caulis rectus firmus, profunde striatus, qui eundo crassior redditur, & sub flore multum intumescit. Calyx magis obaesus, quam in HYPOCHÆRI *maculata*. Caulis foliosus, foliis continuo minoribus erectis. Calycis squamae non modo nigro villo barbatae, sed in ambitu laciniato-ciliatae. In HYPOCHÆRI *maculata* folia ampliora, radicalia humi strata. Caulis fere nudus, saepe ramosus, altior. Calycis squamae non laciniatae. Pappus in utraque plumosus.

SERIOLA. LINN. *syst. n.* 917.

Calyx ex unico ordine squamarum. Seminum omnium pappus plumosus.

851. SERIOLA urens. tab. 29. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 59. fig. 2.

*Seriola urens caule ramoso*, foliis dentatis. LINN. *spec.* p. 1139.

*Hypochaeris foliis dentatis*, caule ramoso folioso, calycibus hispidis. LINN. *spec. pl.* 1. p. 810.

*Hypochaeris hieracii barbati folio*, calyce hispido. VAILL. *act.* 1721. p. 215.

Loc. Ad vias, & loca sterilia Comitatus Nicaeensis. ANNUA.



c. *Placenta villosa*.

ANDRYALA. LINN. *gen. n.* 820., *syst. n.* 915.

Calyx ex unico ordine squamarum. Pappus simplex.

852. **A**NDRYALA integrifolia.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 39.

*Andryala foliis inferioribus runcinatis, superioribus ovato-oblongis tomentosis.* LINN. *syst.* 12. p. 525. GERARD. *Fl. Galloprov.* p. 171. n. 1.

*Andryala foliis integris.* GUET. *obs.* p. 384. LINN. *spec. pl.* 808. ENUM. NIC. p. 88.

*Andryala parviflora.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2.* p. 117.

*Hieracium villosum. Sonchus lanatus* Dallechampo. RAJ. *hist.* 231.

*Sonchus villosus luteus major.* BAUH. *pin.* 124.

Loc. In sterilibus agri *Nicaeensis*. ANNUA.

853. **A**NDRYALA sinuata.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 12.

*Andryala foliis runcinatis.* LINN. *spec.* p. 1137.

*Sonchus villosus luteus minor.* BAUH. *pin.* 124.

Loc. Secus flumen le *Var* in agro *Nicaeensi*. ANNUA.



FLORAE MONOPETALAE COMPOSITO

ANDRYALIA. Link. Gen. n. 802. Tab. n. 87.

Calyx ex unico ordine septemlobus. Pappus simplex.

872.

ANDRYALIA integrifolia.

Andryalia foliis inferioribus truncatis, superioribus ovato-oblongis cuneatis. Link.

Tab. n. 872. Gerard. M. Gallorum. p. 171. n. 11.

Andryalia foliis integris. Gert. obs. p. 84. Link. Tab. n. 802. Enum. Nic. p. 88.

Andryalia parviflora. Lam. Fl. France. tom. 2. p. 417.

Hieracium villosum. Zacher. Jannus Dillenburger. Tab. lit. 231.

Sonchus villosus lacus major. Bavi. p. 124.

Loc. in scribibus agr. Nicotari. Awa.

873. ANDRYALIA sinuata.

Link. Tab. n. 873. m. 12.

Andryalia foliis truncatis. Link. Tab. n. 873.

Sonchus villosus lacus minor. Bavi. p. 124.

Loc. Setae flum. h. Vat. in agro Nicotari. Awa.



# CLASSIS III.

## PLANTÆ FLORE DIPETALO ET TRIPETALO

CIRCÆA. LINN. *gen. n. 24., syst. n. 24.* TOURN. *tab. 155.*

Epicarpia. Calyx diphyllus, & petala bina. Stamina duo. Stylus unus.  
Fructus bilocularis, bivalvis, dispermus.

854. **C**IRCÆA lutetiana.  
*ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 44.*  
*Circaea caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis.* LINN. *syst. 12. p. 56.*  
*Circaea foliis oppositis ellipticis subvillosis integris.* SCOP. *Flor. Carn. p. 258. n. 1., ed. 2. n. 6.*  
*Circaea foliis subcordatis subserratis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 813.*  
*Circaea major, foliis longioribus obiter crenatis.* *Ejusdem Helv. 1156.*  
*Circaea major.* LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 473.*  
*Solanifolia circaea dicta major.* BAUH. *pin. 168.*  
*Ocymastrum verrucarium.* BAUH. *hist. II. p. 977.*  
*Loc. Locis umbrosis in sylvis praecipue montanis ubique frequens. PERENNIS.*
855. **C**IRCÆA alpina.  
*ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 45.*  
*Circaea foliis cordatis acute dentatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 814.*  
*Circaea foliis alternis cordatis dentatis glabris.* SCOP. *Fl. Carn. p. 258. n. 2. ed. 2. n. 7.*  
*Circaea caule ascendente racemo unico.* LINN. *syst. 12. p. 56.*  
*Circaea minima.* LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 473.*  
*Circaea minima.* COL. *ecphr. 2. p. 80.*  
*Solanifolia circaea alpina.* BAUH. *pin. 168.*  
*Loc. In muscosis umbrosis frigidis alpium abunde oritur. PERENNIS.*

CALLITRICHE. LINN. *gen. n. 13., syst. n. 13.*

Stamen unicum, styli duo. Fructus est capsula bilocularis, vel quadrilocularis, quadrivalvis.

856. **C**ALLITRICHE verna.  
*Callitriche foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis.* LINN. *spec. p. 6.*  
*Stellaria foliis petiolatis subrotundis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 553.*  
*Callitriche floribus androgynis.* GOU. *h. 4. n. 2.*  
*Callitriche fontana.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 1201.*  
*Callitriche Plinii.* COLUMN. *ecphr. 1. p. 315. tab. 316.*  
*Callitriche aquatica.* BAUH. *pin. 141.*  
*Loc. Ubique in fossis. ANNUA.*
857. **C**ALLITRICHE autumnalis.  
*Callitriche foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis.* LINN. *spec. p. 6.*  
*Stellaria foliis omnibus linearibus.* HALL. *hist. tom. 1. n. 555.*



*Callitriche floribus hermaphroditis.* GOU. h. n. 1.  
*Lenticula palustris angustifolia, folio apice dissecto.* LOES. pruss. 140. tab. 38.  
 Loc. Locis humidis, & uliginosis. *ANNUA.*

CNEORUM. LINN. gen. n. 47. syst. n. 48. TOURN. tab. 421.

Calyx tridentatus persistens. Petala tria. Stamina tria. Stigma trifidum.  
 Capsula tricocca.

858. **CNEORUM** tricoccum. LINN. spec. p. 49.  
 ICON. TAUR. Vol. I. tab. 51.  
*Chamaelea tricoccos.* BAUH. pin. 462. BAUH. hist. I. 584.  
*Cneorum foliis oblongis sessilibus integerrimis, pedunculis solitariis.* GOU. h. 23. n. 1.  
*Chamaelea tricoccos.* TOURN. 651.  
*Camelea.* MATTH.  
 OFF. Olivella.  
 Loc. Rupes agri *Nicaeensis* inhabitat. *FRUTEX.*

ALISMA. LINN. gen. n. 418., syst. n. 455.

Calyx triphyllus persistens. Petala tria. Stamina sex. Germina sex vel plura.  
 Styli totidem simplices. Semina plura, sive capsulae compressae  
 monospermae margine cinctae.

859. **ALISMA** plantago aquatica.  
*Alisma foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis.* LINN. spec. p. 486.  
*Damasonium foliis ellipticis lanceolatis, capitulo rotunde triquetro.* HALL. hist. tom. 2.  
 n. 1184.  
*Plantago aquatica latifolia.* BAUH. pin. 190.  
*Ranunculus palustris plantaginis folio ampliore.* TOURN. inst. 292.  
*Piantagine aquatica.* MATTH.  
 Loc. Passim ad oras lacuum, & locis inundatis. *PERENNIS.*
860. **ALISMA** ranunculoides.  
 ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 78.  
*Alisma foliis lineari-lanceolatis, fructibus globosis squarrosis.* LINN. spec. p. 487.  
*Ranunculus palustris plantaginis folio angustiore.* TOURN. inst. 292.  
*Plantago aquatica humilis angustifolia, & longifolia.* LOB. ic. 300.  
 Loc. Nascitur circa lacus prope *Eporediam*, & *Candia*, necnon in fossis circa lacum *Mayon*, & alibi. *PERENNIS.*
861. **ALISMA** parnassifolia.  
 ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 46.  
*Alisma foliis cordatis acutis, petiolis nodoso-articulatis.* LINN. syst. tom. 3. app. 230.  
 BASSI act. Bonon. 1768.  
*Ranunculus palustris flore albo graminis parnassi folio.* TILL. cat. hort. Pis. p. 145.  
 tab. 46. fig. 1.  
*Alisma peltata foliis spatulo-cordatis.* TOURRET. pilat. p. 140.  
 Loc. Nascitur circa lacum *Candiae*, & *di Vivrone*. Prope *Verolengo* etiam circa fossas aquarum. *PERENNIS.*



HYDROCHARIS. LINN. *gen. n.* 999., *syst. n.* 1126.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo calyx triphyllus; stamina novem, quorum tria interiora stylum e basi emittunt. Foemineo similis, sed minor calyx, & corolla fructui insidens; styli sex, filamenta sex lanceolata circa stylos posita. Fructus coriaceus sexlocularis polyspermus.

862. **H**YDROCHARIS morsus ranae. LINN. *spec. p.* 1466.

*Icon. TAUR. Vol. XIX. tab. 36. f. 5.*

*Nymphaea alba minima. BAUH. pin. p. 193.*

*Hydrocharis. HALL. hist. tom. 2. n. 1068.*

*Ranae morsus. DOD. pempt. 583. f. 2.*

*Nymphaea minor, seu morsus ranae. BAUH. hist. III. p. 773.*

*Loc. Ad oras lacuum, & aquas lentissime fluentes abunde circa Verolengo, Borg-Masin, Fontané, atque etiam ad aquas dictas il Po morto supra Moncalieri. PERENNIS.*

SAGITTARIA. LINN. *gen. n.* 946., *syst. n.* 1067.

Flores sexu in eadem planta distincti. Masculo calyx triphyllus, petala tria, stamina multa. Foemineo calyx idem, corolla eadem. Semina multa oblonga compressa margine cincta.

863. **S**AGITTARIA sagittifolia.

*Icon. TAUR. Vol. XVI. tab. 77.*

*Sagittaria foliis sagittatis acutis. LINN. spec. p. 1410.*

*Sagitta foliis acuminatis. HALL. hist. tom. 2. n. 1185.*

*Sagitta major. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 1181.*

*Sagittaria aquatica. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 197.*

*Sagitta aquatica minor latifolia major, & minor angustifolia. BAUH. pin. 194.*

*Ranunculus palustris folio sagittato, folio maximo minori, & angustiori. TOURN. inst. 292.*

*Sagitta maggiore, e minore. MATTH.*

*Loc. In fossis stagnantibus, & secus lacus, lenteque fluentes aquas quandoque occurrit. Frequentem adnotavit in fossis majoribus di Moncrivello, e di Borgomasino Cl. BELLARDI. Huic similiter cum Alismatis speciebus inest vis caustica, & acris instar Ranunculorum. PERENNIS.*

TRIGLOCHIN. LINN. *gen. n.* 409. *syst. n.* 448. TOURN. *tab.* 141.

Calyx triphyllus deciduus. Petala concava. Stamina sex. Styli tres, aut sex plumosi. Fructus 3-vel 6-locularis, sive capsulae tres, aut sex, quae per maturitatem secedunt, & semina solitaria praebent.

864. **T**RIGLOCHIN palustre.

*Icon. TAUR. Vol. XIII. tab. 15. f. 5.*

*Triglochin capsulis trilocularibus sublinearibus. LINN. spec. p. 482. HALL. hist. tom. 2. n. 1308.*

*Gramen junceum spicatum, seu triglochin. BAUH. pin. p. 6. Theatr. 80.*

*Gramen triglochin. BAUH. hist. II. p. 508.*

*Loc. Locis spongiosis montium, & lacuum frequentissimum. PERENNE.*

865. **T**RIGLOCHIN maritimum.

*Icon. TAUR. Vol. XIII. tab. 15. f. 1.*

*Triglochin capsulis sexlocularibus ovatis. LINN. spec. p. 482.*

*Juncago palustris, & maritima perennis, fructu brevioris quinque capsulari. MICH. gen. p. 44.*

*Triglochin maritimum. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. p. 265. n. 447.*

*Loc. Locis palustribus maritimis mari proximis. PERENNE.*



EMPETRUM. LINN. *gen. n.* 977., *syst. n.* 1100. TOURN. *tab.* 421.

Flores sexu in eadem planta distincti, masculi nempe, & foeminei, interdum hermaphroditi steriles, aut fructum ferentes. Masculo calyx tripartitus, petala tria decidua, stamina tria. Foemineo similis calyx, & corolla. Germen novem stigmatibus ornatum. Bacca novem seminibus angulosis repleta,

866. **E**MPETRUM nigrum.

*Empetrum procumbens*. LINN. *spec. p.* 1450. JACQ. *Vindob.* 298.

*Empetrum procumbens, foliis ovato-lanceolatis obtusis*. HALL. *hist. tom. 2. n.* 1605.,  
*Emend. IV. p.* 36. *n.* 104.

*Erica baccifera*. CLUS. *pannon.* 29.

*Loc.* In summis frigidis alpebus montis *Cenisii*, montis *Vesuli*, monte *Rosa*, monte *Sancti Bernardi*, atque summis frigidioribus jugis de *Faussigny*. *SUFFRUTEX*.



# CLASSIS IV.

## PLANTÆ FLORE TETRAPETALO CRUCIFORMI I. TETRASTEMONES

BUFONIA. LINN. *gen. n.* 41., *syst. n.* 168.

Calyx tetraphyllus persistens, foliolis alternis brevioribus. Petala calyce breviora angusta. Stigmata duo; capsula unilocularis bivalvis disperma.

867. **B**UFONIA tenuifolia. LINN. *spec. p.* 179. GERARD. *Fl. Galloprov. p.* 400. *cum descriptione.*

*Herniaria angustissimo gramineo folio erecta.* MAGN. *hort.* 97. *tab.* 15.

*Alsine polygonoides tenuifolia flosculis ad longitudinem caulis velut in spicam dispositis.* PLUK. *alm.* 22. *tab.* 75. *f.* 3.

*Polygonum angustissimo gramineo folio erectum.* MAGN. *monsp.* 97. *tab.* 97.

*Loc.* In pascuis sterilibus Comitatus Nicaeensis frequens est. Nascitur etiam circa Oulx, atque in valle Queiras. *ANNUA.*

SAGINA. LINN. *gen. n.* 162., *syst. n.* 176.

Calyx tetraphyllus. Styli quatuor. Capsula quadrilocularis quadrivalvis polysperma.

868. **S**AGINA procumbens.

*Sagina ramis procumbentibus.* LINN. *syst.* 12. *p.* 131. ARDUIN. *spec.* 2. *tab.* 8. *f.* 2.

*Alsine tetrastemon, foliis connatis lanceolatis.* HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 861.

*Sagina foliis subulatis.* GER. *Fl. Gallopr.* *p.* 402.

*Alsine floribus tetrandris, tetraginis, caulibus diffusis.* SCOP. *Fl. Carn.* *p.* 496., *ed.* 2. *n.* 183.

*Alsine pusilla graminea flore tetrapetalo.* SEGU. *Pl. Veron.* *tom.* 1. *p.* 421. *tab.* 5. *f.* 3.

*Alsine tetrapetala foliis angustis in origine latescentibus.* HALL. *Helv.* *p.* 390.

*Alsine minima flore fugaci.* RAJ. *suppl.* 501. TOURN. *inst.* 243.

*Loc.* In umbrosis ad vias mucosis locis subhumidis. *ANNUA.*

869. **S**AGINA erecta.

*Sagina caule erecto subunifloro.* LINN. *syst.* 12. *p.* 131.

*Sagina foliis lineari-lanceolatis.* GER. *Fl. Galloprov.* *p.* 402. *n.* 1.

*Sagina scapis unifloris.* GUETTARD. *stamp. tom.* 2. *p.* 276.

*Alsine verna glabra.* VAILL. *Bot. Paris.* 6. *t.* 3. *f.* 2.

*Loc.* In pascuis collium Taurinensium occurrit. *ANNUA.*

870. **S**AGINA apetala.

*Sagina caule erectiusculo pubescente, floribus alternis apetalis.* LINN. *mant.* 559.

*Sagina caulibus erectis, radice annua, floribus apetalis.* ARDUIN. *p.* 22. *tab.* 8. *f.* 1.

*Loc.* In glareosis secus flumina in agro Taurinensi. *ANNUA.*



EPIMEDIUM. LINN. *gen. n.* 138., *syst. n.* 148. TOURN. *tab.* 117.

Calyx tetraphyllus deciduus, stylus unus, nectaria quatuor tubulosa. Capsula elongata unilocularis bivalvis polysperma.

871. **E**PIMEDIUM alpinum. LINN. *spec. p.* 171.

ICON. TAUR. Vol. I. *tab.* 130.

Epimedium. DOD. *pempt.* 599.

Loc. TERRANEUS in Liguria; in montibus Garrexii, Eporediensibus, Bugellensibus, & in valle Sesiae frequens est. PERENNE.

TRAPA. LINN. *gen. n.* 146., *syst. n.* 157. TOURN. *tab.* 431.

Calyx quadrifidus, stylus unus, fructus ex calyce indurato quatuor calycis segmentis in quatuor validos aculeos mutatis continens substantiam farinosam edulem.

872. **T**RAPA natans.

ICON. TAUR. Vol. XVII. *tab.* 51.

Trapa petiolis foliorum natantium ventricosis. LINN. *spec. p.* 175.

Tribulus aquaticus. BAUH. *pin.* 194. CAM. *epit.* 715.

Tribuloides vulgare aquis innascens. TOURN. *inst.* 655.

Tribulo aquatico. MATTH.

OFF. Tribulus aquaticus.

Loc. Inhabitat lacus circa Eporediam, & lacum Candiae. TERRANEUS in palustribus Clavasii, & Villaenovae Cheriensis. Franciscus ALLEXANDRI in fossis Vercellensibus nasci tradidit. PERENNIS.

VIR. Detracto cortice, ablatisque spinis se se offert substantia alba, dulcis, castaneorum aemula. Apud Vercellenses dicuntur hi fructus Galarin, adnotante Francisco ALLEXANDRI, qui etiam innuit a pueris Vercellensibus sollicite colligi, & manducari.

DESCR. Radix teres longissima fusci coloris, oppositas teretes virides radices demittens, quae dense positas, oppositasque teretes fibrillas habent, ut nimirum pinnata folia mentiantur. Petioli teretes, longi prope folia primum in tumorem inflati, deinde iterum teretes. Ex alis foliorum pedunculus unicus. Pedunculi, & petioli villosi. Calyx tetraphyllus, duobus foliis calycinis paullo inferius natis. Fructus inferus. Stigma rotundum concavum. Calycis folia primum conniventia, deinde patula. Nectarium membrana alba in stellae modum plicata persistens angulis octo. Tubae basis viridis. Florescentia intra calycem conniventem clausum absolvitur. Petala alba pellucida. Antherae quatuor luteae didymae magnae. Stigma cavum rotundum rubrum perforatum. Petala inciso-emarginata brevissimis unguibus purpureis infra nectarium nata. Stamina alba plana. Nectarium primum subluteum, deinde album, postea viride.

CORNUS. LINN. *gen. n.* 139. *syst. n.* 149. TOURN. *tab.* 410.

Calyx quadridentatus, stylus unus. Fructus carnosus ossiculum continens biloculare dispermum.

873. **C**CORNUS mas.

ICON. TAUR. Vol. VII. *tab.* 65.

Cornus umbellis oppositis sessilibus, bracteis quaternis. GOU. *hort. monsp.* 147. *n.* 1.

Cornus arborea umbellis involucrium aequantibus. LINN. *spec. p.* 171. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 815.

Cornus arborea, floribus umbellatis, foliis ovatis. SCOP. *ed.* 2. *n.* 170. *Carn. p.* 272. *n.* 1.

Cornus sylvestris mas pumilus. CLUS. *hist.* 1. *p.* 13.

Corniolo. MATTH.



OFF. *Cornus sylvestris* mas.

VERN. *Cornai*.

LOC. In hortis colitur, & in sylvis collinis praesertim rarus non est. *FRUTEX*.

VIR. Fructus CORNI edules, sed austeri, & adstringentes, a Rusticis comeduntur ad dissenteriam, & alvi fluxum sistendum. Succum exhibent unctiae semissis, aut etiam unius dosi, aut fructus in aqua decoquunt Medici in alvi fluxu cohibendo. Conserva fructuum extat in officinis ad eundem usum adhibita, quae dari solet ab unctia semisse ad unctiam unam. Opportunum remedium tunc constituit usus CORNORUM, quando non est amplius vitiosa materies evacuanda, sed fibrarum praesertim laxitas morbum sustinet.

874. CORNUS sanguinea.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 106.

*Cornus umbellis terminalibus nudis*. GOU. *Flor. Monsp.* 147. n. 2. HALL. *hist. tom. 1.* n. 816.

*Cornus* (sanguinea) arborea, cymis nudis, ramis rectis. LINN. *syst.* 12. p. 125.

*Cornus arborea floribus cymosis*. SCOP. *ed. 2.* n. 171. *Carn.* p. 273. n. 2.

*Cornus foemina*. BAUH. *pin.* 447.

*Cornus foemina putata virga sanguinea*. BAUH. *hist. I.* p. 214.

*Virga sanguinea*. MATTH.

VERN. *Sanguin*.

LOC. In montanis praecipue tum ad sepes, tum in sylvis ubique frequens est. *FRUTEX*.

POTAMOGETON. LINN. *gen. n.* 160. *syst. n.* 157. TOURN. *tab.* 103.

Calyx nullus. Petala quatuor ovata decidua. Stamina quatuor. Germina quatuor, semina quatuor nuda.

875. POTAMOGETON perfoliatum.

*Potamogeton foliis cordatis amplexicaulibus*. LINN. *spec.* p. 182. HALL. *hist. 1.* n. 845.

*Potamogeton foliis latis splendentibus*. BAUH. *pin.* 193.

*Potamogeton rotundifolium alterum*. LOES. *pruis.* 205. *tab.* 65.

LOC. In Pedemontio legit Thomas PRIM. In aquis Padi lente fluentibus occurrit. Ad lacum di Vivrone, proximasque majores fossas legit Cl. BELLARDI. *PERENNE*.

876. POTAMOGETON natans.

*Potamogeton foliis alternis petiolatis, ovato-lanceolatis*. SCOP. *Fl. Carn.* 177. n. 3.

*Potamogeton foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus*. LINN. *spec.* p. 182. HALL. *hist. tom. 1.* n. 843. GERARD. *Fl. Galloprov.* p. 123. n. 1.

*Potamogeton rotundifolium*. BAUH. *pin.* 193.

*Potamogeton*. FUCHS. p. 651.

LOC. Tum ad lacus, tum secus flumina lente fluentia frequens est. *PERENNE*.

877. POTAMOGETON lucens.

*Potamogeton foliis lanceolatis planis in petiolos desinentibus*. LINN. *spec.* p. 183.

*Potamogeton foliis tenuibus longissime lanceolatis*. HALL. *hist. tom. 1.* n. 847.

*Potamogeton foliis angustis splendentibus*. BAUH. *pin.* 193.

*Fontinalis lucens major*. BAUH. *hist. III. part. 2.* pag. 777.

LOC. Circa lacum di Asellio. *PERENNE*.

878. POTAMOGETON serratum.

*Potamogeton foliis lanceolatis oppositis subundulatis*. LINN. *spec.* p. 183.

*Potamogeton foliis tenuibus ellipticis, nervis convergentibus*. HALL. *hist. p.* 376. n. 846.

*Lapathum fluitans, folio longo serrato*. BAUH. *hist. II.* p. 988.

*Potamogeton longo serrato folio*. BAUH. *pin.* 193.

LOC. Ad lacum montis Cenisii. Vidit quoque Cl. BELLARDI in aquis lente fluentibus agri Vercellensis, & secus lacus Canapicienses. *PERENNE*.



879. POTAMOGETON crispum.  
*ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 68.*  
*Potamogeton foliorum oris plicatis, & molliter spinosis. HALL. Helv. 200.*  
*Potamogeton foliis lanceolatis, alternis undulatis serratis. LINN. spec. p. 183. HALL. hist. tom. 1. n. 848.*  
*Potamogeton serratum. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 210.*  
*Potamogeton foliis crispis, seu lactuca ranarum sarmentis planis. BAUH pin. 193.*  
*Fontinalis crispa. BAUH. hist. III. p. 778.*  
 Loc. Vulgatissima est haec species secus Padum, & ad lente fluentes aquas.  
 PERENNE.
880. POTAMOGETON densum.  
*Potamogeton caule dichotomo, foliis conjugatis ellipticis complicatis imbricatis. HALL. hist. tom. 1. n. 849.*  
*Potamogeton foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora. LINN. spec. p. 182.*  
*Potamogeton foliis oppositis lanceolatis acuminatis planis. GERARD. Fl. Galloprov. p. 124. n. 6.*  
*Potamogeton pauciflorum. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 209.*  
*Potamogeton minus, foliis densis mucronatis non serratis. MAGN. Bot. Monsp. 303.*  
*Tribulus aquaticus minor alter. CLUS. hist. 252.*  
 Loc. Ad Sturae cum Pado confluxum copiosissime, atque vulgaris est secus Padum, ubi aquae lente fluunt; nascitur etiam in profundis fossis aquarum. PERENNE.
881. POTAMOGETON compressum.  
*ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 83.*  
*Potamogeton foliis linearibus obtusis, caule compresso. LINN. spec. p. 183.*  
*Potamogeton caulibus compressis, foliis gramineis lanceolatis, spicis paucifloris. HALL. hist. tom. 1. n. 851.*  
*Potamogeton caule plano, foliis gramineis undulatis, spica exigua. HALL. Helv. 201.*  
*Potamogeton caule compresso, folio graminis canini. RAJ. hist. 189.*  
 Loc. Ad lacus Canapicienses, ubi aquae inundarunt, frequens est. PERENNE.
882. POTAMOGETON gramineum.  
*Potamogeton foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus, stipula latioribus. LINN. spec. p. 184.*  
*Potamogeton foliis gramineis, petiolis ovatis, vaginis laxis numerosissimis. HALL. hist. tom. 1. n. 850.*  
*Potamogeton gramineum latiusculum, foliis, & ramificationibus dense stipatis. RAJ. Angl. 3. p. 149. tab. 4. f. 3.*  
 Loc. Secus Padum in aqua minus profunda. Cl. BELLARDI crescere etiam significavit in rivulis prope Villaregia, Caselle, la Veneria Reale. PERENNE.
883. POTAMOGETON pectinatum.  
*Potamogeton foliis setaceis parallelis approximatis distichis. LINN. spec. p. 183.*  
*Potamogeton gramineum ramosum. BAUH. pin. 193. prodr. 101.*  
 Loc. Occurrit supra Moncalieri ad Padum dictum il Po morto. PERENNE.
884. POTAMOGETON setaceum.  
*Potamogeton foliis lanceolatis oppositis acuminatis. LINN. spec. p. 184.*  
*Potamogeton foliis oppositis lanceolatis planis. SCOP. Fl. Carn. 177. n. 2., ed. 2. n. 180.*  
*Potamogeton ramosum angustifolium. BAUH. pin. 193. prodr. 101.*  
 Loc. Similibus locis nascitur. PERENNE.
885. POTAMOGETON marinum.  
*Potamogeton foliis linearibus alternis distinctis, inferne vaginantibus. LINN. spec. p. 184.*



*Potamogeton caule terete, foliis linearibus planis, spica multiflora senescente longissima, & interrupta.* HALL. hist. tom. 1. n. 853.

*Potamogeton pusillum.* BOCC. rar. Sicil. p. 42. tab. 20. f. 5.

*Myriophyllum maratriphyllum palustre alterum.* LOB. p. 792.

*Potamogeton ingens gramineo folio longiore.* VAILL. tab. 32. fig. 5.

Loc. In lacu montis *Cenisii*. PERENNE.

886. POTAMOGETON pusillum.

*Potamogeton foliis linearibus oppositis, alternisque distinctis, basi patentibus, caule tereti.*

LINN. spec. p. 184.

*Potamogeton caule terete, foliis perangustis, spicis paucifloris minimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 852.

Loc. In aquis *Padi* parum profundis, atque ad oras lacuum frequens. PERENNE.

## II. HEXASTEMONES

### A. SILICULOSÆ.

ALYSSUM. LUDW. gen. n. 554. TOURN. tab. 104.

Silicula inflata dehiscens bilocularis ovata, aut subrotunda, loculis polyspermis.

887. ALYSSUM myagrodes.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 72. f. 3.

*Alyssum foliis radicalibus scabris, petiolatis ovatis dentatis, caule subnudo flexuoso.*

HALL. hist. tom. 1. n. 490.

*Cochlearia ( saxatilis ) siliculis sphaericis polyspermis glabris, foliis radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus linearibus.* SCOP. Fl. Carn. p. 511. n. 2.

*Myagrum ( saxatile ) siliculis lentiformibus obovatis glabris, foliis petiolatis oblongis serratis scabris, caule paniculato.* LINN. syst. 12. p. 431.

*Nasturtium foliis longe petiolatis serratis pinnatis.* CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 14. tab. 1. f. 2.

*Alyssum alpinum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 793.

JACQ. Flor. Austr. tab. 128.

*Alysson alpinum foliis circa radicem subovatis serratis in orbem circumactis.* SEGU. ver. 1. p. 378.

*Cochlearia saxatilis.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 71.

*Thlaspi saxatile rotundifolium.* BAUH. pin. 106. prodr. 48. & 49.

*Thlaspi foliis globulariae affinis, seu alsinesolia cum myagri foliis.* BAUH. hist. II. p. 926.

Loc. Passim in summis rupibus circa locum *le Vallon* in valle *Exilliarum*. Frequens in summis alpibus praesertim *Valdensibus* locis lapidosis, & leviter irriguis. Abunde in alpibus *la Vanoesa*, *Pralugnan*, *Pertus de Margon*, & in jugo *la Tournette* prope *Annessy* in *Sabaudia*. BIENNE.

OBS. Quamvis siliculis duris ab ALYSSI genere videatur aliquantum recedere, tamen propter siliculas dehiscentes, & polyspermas subovatas ad ALYSSI genus retuli. Neque videtur ad *Cochleariae* genus pertinere.

888. ALYSSUM alpestre tab. 18. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 72. f. 1.

*Alyssum caulibus suffruticulosis diffusis, foliis subrotundis incanis, calycibus coloratis.*

LINN. mant. p. 92. GERARD. p. 352. tab. 13. f. 2.

*Clypeola perennis incana, foliis subrotundis, calyce deciduo, siliculis ovato-acutis.* MISC.

TAUR. tom. 1. p. 62. n. 55.

*Alyssum caulibus fruticulosis diffusis, foliis subrotundis incanis.* GER. Gallopr. p. 352. tab. 13. f. 2.



*Loc.* In editis alpibus *Cotiis*, & in monte *Cenisio* potissimum e rupium fissuris uberrime exit hoc *ALYSSUM*. *PERENNE*.

*DESCR.* Ex radice duriuscula rupium rimas subeunte prodit cespes cauliculorum pene decumbentium. Hi cauliculi angulosi duriusculi, & ramosi sunt. Folia dense alterne, seu potius inordinatim nascuntur, eaque sunt rotundo-cochleata petiolata, petiolo sensim in eam formam amplificato. Folia emarginata non sunt, costa in aversa facie dividuntur, cui sulcus in interiori respondet. Cinereo-incana sunt potissimum in exteriori facie. Folia facile cadunt, caulibus idcirco, & inferiori ramorum parte saepissime nuda. Ramos terminat florum umbella. Lutei sunt petalis lineari-ovatis integerrimis. Stamina sex. Filamenta antheras luteas ferentia filamentis aliis incumbunt in duos denticulos furcatis. Florum umbella evadit spica fructuum ovato-acutorum nudorum, quum calyx & flos prompte decidant. Fructus compressi sunt utrinque aequaliter modice tumentes, loculis raro dispermis, semine obscure rufo compresso cordato reniformi; valvarum circumferentia sulcum non habet. Stylus persistit fructu brevior. *Drabae*, *ALYSSI*, *Clypeolae* genera valde proxima esse, & intermediis stirpibus conjungi alibi jam monui (*SPEC. PEDEM.* p. 2.) exemplo *Drabae pyrenaicae*. Haec planta, quam *Cl. Viros GERARD*, & *LINNÆUM* secutus, inter *ALYSSI* species retuli, silicula non inflata ovato-acuta differt ab *ALYSSO*. *Drabae* proximior; paucitate seminum accedit ad *Clypeolae* genus, sed neque silicula emarginata est, neque sulcoso margine circumdatur. Quamvis fructus forma ad *Drabae* genus videatur accedere, habitu tamen toto, atque filamentis denticulo instructis a *Drabae* genere recedit.

889. *ALYSSUM* incanum.

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 52.*

*Alyssum caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis, petalis bifidis.* *LINN. syst. 12. p. 436.*

*Alyssum caule erecto, foliis lanceolatis, petalis semibifidis.* *GERARD. Fl. Galloprov. p. 350. n. 3.*

*Alyssum caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis.* *CRANTZ Crucif. p. 89. n. 7.*

*Draba cheiriformis.* *LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 462.*

*Alysson fruticosum incanum.* *BAUH. pin. 108.*

*Thlaspi capsulis sublongis incanum.* *BAUH. hist. II. 929.*

*Loc.* Abunde secus arva *Clarasci*, *Braydarum*, *Fossani*, *Saviliani* &c. Nascitur etiam secus arva *Taurinensia* ad regionem *le Maddalene*, sed parce. Frequentissimum quoque in agro *Nicaeensi*. *PERENNE*.

*OBS.* Fructus quandoque acuminatus ad *Drabae* fructum accedit.

890. *ALYSSUM* maritimum.

*ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 108. & Vol. XX. tab. 34.*

*Alyssum caulibus diffusis foliis linearibus.* *GERARD. Fl. Galloprov. p. 350. n. 2.*

*Clypeola (maritima) perennis, siliculis bilocularibus ovatis dispermis.* *LINN. syst. 12. p. 437.*

*Alysson maritimum.* *TOURN. inst. 217.*

*Thlaspi Alysson dictum maritimum.* *BAUH. pin. 107.*

*Loc.* Nascitur in sterilibus agri *Nicaeensis* mari proximis, & arenosis maritimis *Uneliae*. *ANNUUM*.

*OBS.* Stamina subulata non dentata, corolla breviora, antheris luteis. Petala integra subrotunda, unguibus linearibus alba. Stylus cum septo persistens. Loculi monospermi. Semen fuscum. Fructus compressus ellipticus. Ad *Clypeolae* genus pertinere nequit: ad *ALYSSI* genus, ut mihi videtur potius referenda, sed stamina non habet bifurcata, neque loculis est polyspermis.

891. *ALYSSUM* utriculatum.

*Alysson utriculatum foliis viridibus radicalibus ciliatis, caulinis nudis, caule erecto.* *VILL. prosp. p. 38.*

*Alyssum caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis laevibus, siliculis inflatis.* *LINN. mant. p. 92.*



*Alyssoides fruticosum Leucoii folio viridi.* Tourn. inst. 218.

*Alyssoides subrotundo folio, & serrato.* BARREL. obs. 397.

*Thlaspi aureo Leucoii flore sylvestre rotundifolium majus.* BARREL. ic. 883.

*Alyssoides alpinum fruticosum sempervirens folio Leucoii viridi ad margines piloso, aut barbato, floribus spicatis luteis, calyce auriculato, floribus spicatis luteis, calyce auriculato, fructu subrotundo, semine latissimo.* MICH. Hort. Florent. p. 6.

Loc. Habitat in arenosis circa Segusium, & in valle di Viù. Ignatius MOLINERI circa Spigno, & S. Jean de Maurienne in vineis. PERENNE.

OBS. In ALYSSO utriculato stamina dentata, silicula multum inflata. Semina plura plana leucophea, alato margine instructa. Nisi silicula esset inflata, ad Lunariae genus esset referendum propter semina plana, & alata.

892. ALYSSUM sativum.

*Alyssum foliis sagittatis, siliculis cordiformibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 489.

*Alysson segetum foliis auriculatis acutis.* Tourn. inst.

*Myagrimum siliculis obovatis pedunculatis polyspermis.* LINN. spec. p. 894.

*Alyssum sativum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 794.

*Chamaelina.* CRANTZ. stirp. austr. fasc. 1. p. 17.

*Chamaelina, s. myagrimum.* DOD. pempt. 532.

*Thlaspi ( chamaelina ) foliis auriculatis dentatis, silicula tumente integra polysperma, septo valvis parallelo.* CRANTZ. Crucif. p. 78. n. 11.

Myagro. MATTH.

OFF. Myagrimum, s. Chamaelina.

VERN. Ravisson.

Loc. In arvis lino satis reperitur, neque infrequens est in Comitatu Nicaeensi, collium etiam Taurinensium agros incolit. ANNUUM.

VIR. Non modo sponte nascitur, sed etiam colitur, ut ex seminibus oleum exprimatur, quod ad lampades alendas adhibetur, atque recens ad cibos condiendos.

DRABA. LINN. gen. n. 717., syst. n. 800.

Silicula dehiscens bilocularis oblongo-elliptica, aut acuminata, loculis polyspermis.

893. DRABA aizoides.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 43. f. a.

*Draba caulibus nudis, foliis linearibus ciliatis.* HALL. hist. 1. n. 498.

*Draba scapo nudo simplici, foliis lanceolatis integerrimis.* LINN. spec. p. 896. JACQ.

Vindob. 254. cum descriptione. GER. p. 3. JACQ. Fl. Austr. tab. 192.

*Draba caule nudo recto simplici, foliis linearibus ciliatis.* GER. p. 343. n. 1.

*Draba ( alpina ) foliis gramineis ciliatis, scapo nudo simplici, silicula stylo gaudente.* CRANTZ. crucif. p. 95. n. 2.

*Alyssum alpinum hirsutum luteum.* BAUH. pin. 217.

*Draba caule nudo foliis gramineis ciliatis.* HALL. Helv. 539.

*Sedum alpinum hirsutum luteum.* BAUH. 284.

*Phyllon theligonon Dalechampii.* BAUH. hist. III. 762.

Loc. Ad rupes summorum alpium ubique abunde. PERENNIS.

894. DRABA pyrenaica tab. 8. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 45. litt. a.

*Draba ( rubra ) foliis cuneiformibus trifidis, scapo nudo.* CRANTZ. crucif. p. 95. n. 3.

*Draba scapo nudo, foliis cuneiformibus palmatis trilobis.* LINN. syst. 12. p. 432.

*Draba caulibus superne nudis, foliis palmatis, inferioribus quinquefidis, superioribus trifidis.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 344. n. 4.

*Alysson pyrenaicum perenne minimum foliis trifidis.* Tourn. inst. 217. SPEC. PEDEM. p. 3. f. 1. & tab. 6. f. 1.

Loc. Inhabitat summos scopulos altissimarum alpium montis Cenisii, Assiette, le Vallon, Fenestrellarum, & la Croix supra Miraboc. PERENNIS.



*Obs.* Hujus iconem, & descriptionem dedi SPEC. p. 2. ubi adnotavi a Clypeolae genere aegre disjungi posse, cum fructum utrinque modice tumentem habeat, & locula disperma. Folia semper trifida, nec unquam quinquefida sunt. Ex montibus Pampliné habeo specimina DRABÆ pyrenaicae, in quibus caulis valde ramosus procumbit ramis foliosis, foliis tantillum dissitis; extremus ramus, aut, si velis, enatus scapus brevior est, quam soleat esse in DRABA pyrenaica. Flores sunt minores, caeterum similes. Siliculae etiam paullo minores. Icon, quam Cl. CRANTZ dedit, huic magis se accommodat. Non audeo separare, vetusti enim cespites DRABÆ pyrenaicae multum ramosi sunt, atque vetusti cauliculi in radices mutantur. Adeo tamen singularis mihi visa haec est varietas, ut figere debeat oculos Botanicorum ad decernendum, num mera varietas sit, aut nova species. In hujusmodi DRABÆ pyrenaicae specimina etiam incidit Cl. BELLARDI supra Viù, loco dicto la Marciossà.

## 895. DRABA verna.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 1. f. 2.

*Draba scapis nudis, foliis subserratis.* LINN. syst. 12. p. 432.

*Draba scapo ramoso foliis lineari-lanceolatis dentatis.* GOU. hort. 313. n. 1.

*Alysson vulgare polygonifolio caule nudo.* TOURN. inst. 217. SEGU. plant. veron. p. 375. tab. 4. f. 3.

*Bursa pastoris minor loculo oblongo.* BAUH. pin. 108.

*Bursa pastoria minima oblongis siliquis verna loculo oblongo.* BAUH. hist. II. p. 937.

*Cochlearia siliculis lanceolatis polyspermis, caule paniculato nudo.* SCOP. Fl. Carn. p. 511. n. 3., ed. 2. n. 792.

*Loc.* In locis aridis ad vias primo vere ubique frequentissima. ANNUA.

## 896. DRABA hirta.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 108. f. 2.

*Draba foliis hirsutis incanis ad terram ovatis, ad caulem paucissimis dentatis.* HALL. Helv. 539.

*Draba scapo unifolio, foliis subhirsutis, siliculis oblongis pedicellatis.* LINN. spec. p. 897.

*Draba rosulis hirsutis incanis raro dentatis, folio ad caulem ampliori semper dentato.* CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 12. tab. 1. f. 4.

*Draba (hirta) foliorum rosulis hirsutis incanis raro dentatis, folio ad caulem semper dentato, siliculis pedicellatis.* CRANTZ. Crucif. p. 95. n. 5. tab. 1. f. 4.

JACQ. Fl. Austr. tab. 432.

*Alysson alpinum polygoni folio incano.* TOURN. inst. 217.

*Bursa pastoris alpina hirsuta.* BAUH. prodr. p. 51.

*Draba foliis lanceolatis integris, caulibus subfoliosis, siliculis oblongis.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 345. n. 6.

*Draba stellata.* JACQ. hort. Vind. p. 256. tab. 4. f. 3.

*Loc.* In saxosis summae alpis Albergian, & congestis lapidibus summi jugi montis Cenisii, & in alpiibus Fenestrellarum, & Grassoney frequens est. PERENNIS.

*Obs.* Calycis foliola concava ovata viridia. Petala levissime emarginata. Stamina sex aequalia, apices lutei. Folia radicalia elliptica glabra ciliata, lingulata; Caulina sessilia ex ovatis acuminata, duobus interdum dentibus notata. Fructus glaber DRABÆ verna. Ludit foliis modo glabris in ambitu tantum ciliatis, modo autem undique hirsutis, & incanis, modo dentatis, alias autem omnibus integerimis, ita ut pro varietatibus habeam nonnullas DRABÆ species a Cl. viris propositas.

## 897. DRABA nemorosa.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 72. f. 2.

*Draba caule ramoso, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus.* LINN. spec. p. 897. HALL. hist. tom. 1. n. 499.

*Draba caule ramosissimo, foliis cordatis amplexicaulibus dentatis.* ROY. Leyd. p. 333. num. 4.

*Bursa pastoris major loculo oblongo.* BAUH. pin. 108. prodr. 50. tab. 50.

*Bursa pastoris sublongo loculo affinis pulchra planta.* BAUH. hist. II. p. 938.



Loc. In montibus *Montisregalis* frequens; etiam oritur in colle *Taurinensi Superga* dicto, similiterque circa urbem *Taurini* legit *Cl. BELLARDI. ANNUA.*

LUNARIA. LINN. *gen. n. 725. syst. n. 809. Tourn. tab. 105.*

Silicula dehiscens bilocularis compressa plana, seminibus planis, margine membranaceo auctis.

898. LUNARIA rediviva.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 10.

*Lunaria foliis alternis.* LINN. *syst. 12. p. 438.*

*Lunaria perennis, siliquis ovatis lanceolatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 500.*

*Lunaria major siliqua longiore.* BAUH. *hist. II. p. 882.*

*Viola lunaria major siliqua oblonga.* BAUH. *pin. 203.*

*Bulbonach officinarum, bulbosa foliata.* LOB. *adv. p. 137.*

OFF. *Lunaria graeca, sive bulbonach.*

Loc. LOBELIUS in montibus alpinis *Galloprovinciae, & Pedemontii* conterminis invenit. Ego legi in monte *S. Michaelis* ad diruta, & in montibus circa *Lemia, Thermas Vinadii*, necnon inter *Giaveno, & Cumiana.* Ignatius MOLINERI secus torrentes prope *Montenotte* provinciae *Aquensis.* Ad lacum *Avilianae, & in valle di Lantosca* etiam provenit. PERENNIS.

899. LUNARIA clypeata.

*Alyssum (clypeatum) caule erecto herbaceo, siliculis sessilibus, ovalibus compresso-planis, petalis acuminatis linearibus.* LINN. *syst. 12. p. 436.*

*Alyssum caule erecto herbaceo, siliculis sessilibus ovalibus compresso-planis, petalis acuminatis.* CRANTZ. *Crucif. p. 90. n. 11.*

*Lunaria Leucoii folio siliqua oblonga majori.* TOURN. *inst. 218.*

*Leucojum alyssoides clypeatum majus.* BAUH. *pin. 201.*

*Alyssum Dioscoridis.* DOD. *pempt. 89.*

Loc. In agro *Nicaeensi.* BIENNIS.

900. LUNARIA halymifolia. Tab. 54. fig. 1. & 87. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 59. f. 2.

*Alyssum (halimifolium) foliis lanceolato-linearibus acutis integerrimis, caulibus procumbentibus perennantibus.* LINN. *spec. p. 907.*

*Thlaspi parvum halymi angusto incano folio.* BOCC. *mus. p. 45. tab. 39.*

Loc. Obtinui lectam in aridis calidioribus locis vallis *Macrae.* Frequens est in Comitatu *Nicaeensi* prope *Sospello, & collibus editioribus Garrexii, & Uneliae,* non tamen iis, qui proximi mari sunt. In montibus etiam *di Roasca* observavit *Cl. BELLARDI. PERENNIS.*

DESCR. Cespitem facit cauliculorum vix erectorum: cauliculi rotundi, semipalmares, aut etiam altiores. Folia longe elliptica, crassula, concava una cum caule, & ramulis, & pedunculis continuo glandulis granulosa. Folia cinereo-virentia, sessilia, & ex singulis alis ramuli prodeunt simplices erecti. Flores racemosi, primum umbellati calycis foliola patentia concava ovata. Flos albissimus patentissimus, petalis ovatis, saepius laevissime emarginatis. Antherae luteae bisulcarae incumbentes filamentis albis. Embryo auctus facit, ut stamina divergant, atque patentiora reddantur. Stylus filamentis paullo brevior. Petala duo tantillum breviora, siliqua ovata, compressa. Semina marginata.

OBS. Pro locorum varietate planta haec non parum differt, modo est ramis longioribus, atque divaricatis; longe, aut breviter racemosa. Folia modo brevius, modo longius petiolata: Interdum longe elliptica, alias ovata, duplex idcirco figura exhibetur, quibus varians forma designatur.

901. LUNARIA argentea. Tab. 54. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 51.

*Alyssum argenteo folio flosculis luteis.* MONT. in *Zann. Misc. TAUR. tom. 5. p. 73.*



Loc. In montibus Plossaschi, & S. Michaëlis della Chiusa, & in collibus circa Bobbio Ignatius MOLINERI. Cl. BELLARDI observavit in valle Augustae Praetoriae inter Bressan, & S. Vincent locis calidioribus. PERENNIS.

DESCR. Planta perennis. Altitudo palmaris, aut sesquipalmaris. Folia elliptica, aut ovata concava, subtus cinerea, superius viridia, subsessilia. Ex alis foliorum rami florigeri prodeunt, quorum singuli sustinent umbellam florum sulphureorum. Exterioris umbellae flores praecocios, & longius pedunculati. Calyx viridis intus lutescens, connivens factus foliolis concavis, tantillum emarginatis elliptico-acutis. Ungues petalorum lineares, calyce breviores. Petala autem ovata, vix emarginata. Stamina calyci aequalia omnia dentata. Germen hirsutum cum stylo luteo, corolla altiore. Stigma bicolle. Stamina sunt linearia ex luteo virentia, antheris pallide luteis. Fructus ovatus planus cinereus scaber cum stylo persistente non emarginatus. Semina compressa margine membranaceo cincta. Hisce notis addendum est caules, & folia granulosa esse, sive albo-punctata. Superior vero foliorum pagina licet virens, & fundo glabro sit, tamen puncta minima subalba habet, ex quibus pili albi brevissimi stellatim prodeunt. Proxima est Clypeolae montanae, sed differt evidenter habitu ramoso, petalis non incis, fructu non emarginato, & foliorum etiam forma aliquantum dissentiente.

FOSELINIA. SCOP. introd. n. 1457. TOURN. tab. 99.

Silicula unilocularis orbiculata plana monosperma.

902. FOSELINIA.

Clypeola ( jonthlaspi ) siliculis orbiculatis unilocularibus monospermis. LINN. syst. 12. p. 437.

Jonthlaspi. GERARD. p. 353. n. 1.

Thlaspi clypeatum serpillifolio. BAUH. pin. 107.

Jonthlaspi minimum spicatum lunatum. COL. ecphr. 1. p. 281. tab. 284. TOURN. inst. GARID. 255. tab. 55.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUA.

CLYPEOLA. LINN. gen. n. 723. syst. n. 807. TOURN. tab. 99.

Silicula bilocularis dehiscens orbicularis scutiformis loculis 1. aut 2-spermis.

903. CLYPEOLA calycina.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 45.

Alyssum caulibus herbaceis punctatis scabris siliculis orbiculatis, calycibus persistentibus.

GER. p. 351. n. 4.

Clypeola siliculis bilocularibus tetraspermis. LINN. spec. plant. 1. n. 4.

Alyssum foliis ellipticis scabris calycibus persistentibus. HALL. hist. 1. n. 494.

Alyssum (calycinum) caulibus herbaceis staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus. JACQ. Vind. 114. & LINN. spec. plant. ed. 2. p. 908.

Adyseton calycinum. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 802.

JACQ. Fl. Austr. tab. 338.

Alysson. CAM. epit. p. 558. f. 1.

Thlaspi alysson incanum. BARR. ic. 908. f. 2. & 912. f. 2.

Clypeola alyssoides. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 19.

Alysson incanum luteum serpillifolio majus. TOURN. inst. 217.

Thlaspi alysson dictum campestre majus. BAUH. pin. 107.

Thlaspi minus quibusdam, aliis alysson minus. BAUH. hist. II. p. 928.

Alyssum minimum. CLUS. hist. 3. p. 133.

Loc. In saxosis apricis montanis, atque ad oras steriliorum agrorum. ANNUA.

904. CLYPEOLA montana.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 43. fig. 6.



*Alyssum caulibus herbaceis, foliis punctatis scabris, siliculis orbiculatis emarginatis nudis.* GERARD p. 352. n. 6.

*Clypeola perennis foliis ovatis scabris calyce deciduo.* HALL. emend. 11. n. 2. cum descr.

*Alyssum suffruticosum, foliis ellipticis scabris.* Ejusdem hist. 1. n. 492.

*Clypeola perennis siliqua biloculari rotunda stylo longiore.* Ejusdem Helv. 540.

*Alyssum ramulis suffruticosis diffusis, foliis obverse lanceolatis tomentosis.* JACQ. obs. 1. p. 31.

*Clypeola (montana) Clypeola (alyssum).* LINN. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 19.

*Alyssum calyce caduco, foliis punctato-echinatis.* CRANTZ. crucif. p. 88. n. 3.

*Adyseton montanum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 803.

*Jonthlaspi luteo flore incanum dioscoridis umbellatum montanum.* COL. ecpfr. 281. tab. 280.

*Alysson perenne montanum incanum.* TOURN. inst. 217.

*Thlaspi montanum incanum luteum.* BAUH. prodr. 49.

Loc. Frequens in arenosis, & sterilibus montanis locis praesertim sole percussis  
PERENNIS.

BISCUTELLA. LINN. gen. n. 724., syst. n. 808. TOURN. tab. 101.

Fructus ex duabus siliculis planis subrotundis lateraliter persistenti stylo annexis monospermis.

905. BISCUTELLA auriculata.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 98.

*Biscutella calycibus nectario utrinque gibbis, siliculis in stylum coeuntibus.* LINN. spec. p. 911.

*Biscutella calycibus basi utrinque appendiculatis, siliculis coalitis.* GERARD. Fl. Galloprov. p. 353. n. 1.

*Clypeola (auriculata) siliculis bilobis in stylum coeuntibus.* CRANTZ. crucif. p. 93. n. 4.

*Thlaspidium biscutatatum villosum flore calcari donato.* BAUH. pin. 107. prodr. 49.

*Leucojum montanum flore pedato.* COL. 2. p. 59. tab. 51.

Loc. Habitat Segusii, & inter segetes Comitatus Nicaeensis, uti circa la Briga, Sospello, Tenda &c. ANNUA.

906. BISCUTELLA didyma.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 58.

*Biscutella siliculis orbiculato-didymis a stylo divergentibus.* LINN. spec. p. 911. SCOP.

Flor. Carn. p. 514.

JACQ. Fl. Austr. tab. 339.

*Biscutella siliculis orbiculatis didymis stylo interius longiudinaliter adhaerentibus.* GOU.

Illustr. p. 41.

*Biscutella siliculis glabris, foliis lanceolatis serratis.* LINN. mant. alt. p. 255.

*Leucojum alyssoides umbellatum montanum.* COL. ecpfr. 1. p. 283. tab. 284.

*Biscutella longifolia, foliis oblongis integris, siliculis scabris.* VILL. prosp. p. 38.

*Thlaspidium monspeliense hieracii folio hirsuto.* TOURN. inst. 214.

*Thlaspi biscutatatum asperum hieracii folium majus.* BAUH. pin. 127.

*Lunaria biscutata.* BAUH. hist. 2. p. 935.

Loc. Alpium prata, & sylvarum oras in montanis frequentissime exornat. PERENNIS.

907. BISCUTELLA coronopifolia.

*Biscutella siliculis glabris, foliis dentatis hirtis.* LINN. mant. alt. p. 255.

Loc. In valle Bardouache locis sterilibus siccissimis, & in valle di Magra. PERENNIS.

OBS. Humilior est BISCUTELLA didyma, folia habet pilis hispida longe breviora, & folia profunde pinnatifido-dentata, dentibus utrinque saepe duobus. Non puto autem vere differre a didyma, sed varietatem esse soli siccitati tribuendam.



BOADSCHIA. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 5.

Silicula ovalis unilocularis non dehiscens monosperma.

## 908. BOADSCHIA alliacea.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 36.

*Boadschia foliis radicalibus cordatis, caulinis amplexicaulibus lanceolatis.* CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 5. tab. 1. fig. 1.*Clypeola alliacea.* CRANTZ. Crucif. p. 91. n. 1. tab. 1. f. 2.*Peltaria alliacea.* LINN. spec. p. 910.*Peltaria alliacea.* JACQ. Enum. Vind. p. 260. Fl. Austr. tab. 123.*Clypeola perennis, foliis inferioribus peltatis cordato-angulatis, superioribus amplexicaulibus lanceolatis, siliculis unilocularibus.* ARD. spec. primum. p. 16. tab. 6.*Thlaspi montanum glastifolio majus.* BAUH. pin. p. 106.

Loc. In montibus circa arcem Fenestrellarum lecta est. PERENNIS.

THLASPI. LINN. gen. n. 719. syst. n. 802. TOURN. tab. 101.

Silicula bilocularis dehiscens apice emarginata, valvis carinatis navicularibus.

## 909. THLASPI arvense.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 47.

*Thlaspi siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris.* LINN. spec. p. 901.*Thlaspi siliculis orbiculatis compressis emarginatis.* SCOP. p. 512. n. 1. ed. 2. n. 810.*Thlaspi arvense siliquis latis.* BAUH. pin. 105.*Thlaspi cum siliquis latis.* BAUH. hist. II. p. 923.

Thlaspi II. MATTH.

Loc. In agris montium subalpinorum minime rarum est. ANNUUM.

VIR. Cimices lectularios, atque in horreis curculiones, aliaque nocua insecta forti odore suo alliaceo fugare dicitur, quae vis ex odoris vehementia in THLASPI alliaceo fortior esse deberet. Semina plerarumque specierum THLASPI, uti etiam plurium affinium generum acria, &amp; incidentia sunt. Semen THLASPI uti aperiens, &amp; diureticum datur pondere drachmae unius.

## 910. THLASPI alliaceum.

*Thlaspi siliculis subovatis ventricosis, foliis oblongis obtusis dentatis glabris.* LINN. spec. p. 901.*Thlaspi allium redolens.* MORIS. hist. 2. p. 297. f. 3. tab. 18. f. 28. TOURN. inst. p. 212.*Scorodo-Thlaspi Ulissis Aldrovandi.* BAUH. hist. II. p. 932.

Loc. In vinetis circa Mondovì, &amp; Garressio Ignatius MOLINERI. ANNUUM.

## 911. THLASPI hirtum.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 5.

*Thlaspi siliculis subrotundis pilosis, foliis caulinis sagittatis villosis.* LINN. sp. p. 901.

GOUAN. illustr. pag. 40. cum descriptione.

*Thlaspi capsulis hirsutis.* BAUH. hist. II. p. 922. TOURN. inst. p. 212.*Thlaspi villosum capsulis hirsutis.* BAUH. pin. p. 106. prodr. 47.

Loc. Uneliae, &amp; Nicaeae. PERENNE.

## 912. THLASPI campestre.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 48.

*Thlaspi siliculis subrotundis, foliis sagittatis, dentatis incanis.* LINN. spec. p. 902.*Nasturtium foliis imis petiolatis ovatis, caulinis sagittatis dentatis.* HALL. hist. n. 509.*Thlaspi arvense vacariae incano folio majus.* BAUH. pin. 106.*Thlaspi vulgatius.* BAUH. hist. II. p. 921.



*Thlaspi* I. MATTH.

Loc. Secus arva, & vias in agro Pedemontano. ANNUUM.

913. THLASPI montanum.

ICON. TAUR. Vol. IX, tab. 80. 90.

*Thlaspi siliculis obcordatis, foliis glabris, radicalibus carnosis obovatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus corollis calyce majoribus.* LINN. spec. p. 902.

*Lepidium caule erecto, foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis amplexicaulibus sagittatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 518.

*Thlaspi siliculis obcordatis, foliis imis spatulatis, summis amplexicaulibus sagittatis, corollis calyce majoribus.* CRANTZ austr. stirp. fasc. 1. crucif. p. 77. n. 7.

*Thlaspi siliculis emarginatis, foliis radicalibus ovatis, caulinis amplexicaulibus.* SCOP. Fl. Carn. p. 513. n. 4., ed. 2. n. 811.

JACQ. Fl. Austr. tab. 237.

*Bursa pastoris montana globulariae folio.* TOURN. inst. 216.

*Thlaspi alpinum bellidis caeruleae folio.* BAUH. pin. 106.

*Thlaspi foliis globulariis.* BAUH. hist. II. p. 926.

Loc. In pascuis saxosis montium subalpinorum occurrit. BIENNE.

914. THLASPI perfoliatum.

ICON. TAUR. Vol. IX, tab. 49. f. 1.

*Thlaspi siliculis obcordatis, foliis caulinis glabris subdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoso.* LINN. spec. p. 902.

*Thlaspi siliculis subrotundo-obcordatis, foliis subserratis glabris, radicalibus obovatis in petiolum attenuatis, caulinis cordatis amplexicaulibus.* JACQ. Vind. p. 269. n. 58.

Fl. Austr. tab. 337.

*Thlaspi siliculis emarginatis, foliis radicalibus ovatis, caulinis amplexicaulibus lanceolatis.* GUET. stamp. 142. SCOP. Fl. Carn. 513.

*Nasturtium foliis imis ovatis, reliquis amplexicaulibus cordatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 510.

*Thlaspi arvense perfoliatum majus.* BAUH. pin. 106.

*Bursa pastoria foliis perfoliata.* BAUH. hist. II. p. 938.

B. *Thlaspi perfoliatum minus.* BAUH. pin. 106.

Loc. In arvis abunde, collinis praecipue. ANNUM.

915. THLASPI alpestre.

*Thlaspi siliculis obcordatis, foliis subdentatis, caulinis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule simplici.* LINN. spec. p. 903. JACQ. Fl. Austr. tab. 238.

*Thlaspi alpestre.* JACQ. Vind. p. 260. non LINN.

*Lepidium caule erecto, foliis radicalibus ovatis petiolatis caulinis ovatis amplexicaulibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 519.

*Thlaspi alpinum.* CRANTZ. crucif. p. 77. n. 8. fasc. 1. p. 23. tab. 3. f. 1.

*Thlaspi minimum.* ARDUIN. anim. 2. p. 33. tab. 15. fig. 2.

Loc. Ex alpiibus Exilliarum adlatum est. PERENNE.

916. THLASPI saxatile.

ICON. TAUR. Vol. X, tab. 45. f. 1. & Vol. XXII, tab. 77.

*Thlaspi siliculis subrotundis, foliis lanceolato-linearibus carnosis obtusis.* LINN. spec. p. 901.

*Thlaspi siliculis subrotundis foliis integris glabris, radicalibus ovatis, caulinis lanceolato-linearibus.* GER. Fl. Gallopr. p. 348. n. 2.

*Nasturtium foliis pulposis ellipticis, siliculis alatis emarginatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 512.

*Litothlaspi quartum carnosum rotundo folio.* COL. ecphr. 1. p. 279. tab. 277.

*Thlaspi parvum saxatile flore rubente.* BAUH. pin. 107. TOURN. inst. 212.

Loc. Circa Segusium in saxosis abunde. Ignatius MOLINERI supra la Briga, & Sospello frequenter occurrere adnotavit, uti etiam in valle Etroite. Circa S. Martin Maurianensium, & supra les Clavieres secus Sturam in agro Cuneensi, tum etiam prope Fenestrelles, & Ussey. Inhabitat saepius sabulosa torrentium. PERENNE.

DESCR. Cauliculi plures primum reclinati, dein erecti quatuor, & quinque unciarum rotundi, saepius simplices, quandoque ramosi, virides, cum foliis multum



succosi. Folia sat dense apposita, prima rotunda, dein elliptico-oblonga, & quo versus summum caulis properant longiora, & magis acuminata, crassa sunt margine integerrimo, sessilia; planta tota glabra est. Flores umbellati caulem terminant, accedunt aliquando rami ex alis summorum foliorum brevem etiam umbellam sustententes. Caulis ima pars ad radicem durescit, & fere lignosa fit. Flos parvus purpurascens, patens unguibus extus purpureis. Petala integra, superiora magis approximata, & paullulum minora. Flos nunc lineatus lineis rubris est, nunc minime. Stamina sex, quorum duo sat clare minora. Antherae luteae. Stigma rotundum. Calyx ex quatuor foliolis deorsum gibbis. Pedunculi a caule recedunt, & reflectuntur, ita ut fructus situm habeant cauli perpendicularem. Fructus cordati sunt acute incisi magna ala praediti concavi, convexa facie inferius spectante, loculo quolibet naviculari incurvo. Semina duo continentur ovata ruffo-lutea longitudinaliter in una parte sulcata. *Columnae icon* sat bona est; florum forma perbelle exhibetur. Folia caulina potissimum superiora longiora esse deberent.

## 917. THLASPI ruderales.

*Lepidium* (ruderales) floribus diandris appetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. LINN. spec. p. 900.

*Nasturtium apetalum* foliis pinnatis, radicalium pinnis semipinnatis, caulinarum simplicibus. HALL. hist. 1. n. 508.

*Iberis* (ruderalis) floribus vix conspicuis, foliis imis multifidis, superioribus linearibus integerrimis. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 21.

*Lepidium* foliis imis multifidis, superioribus linearibus integerrimis. CRANTZ. crucif. p. 85. n. 10.

*Nasturtium ruderales*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 801.

*Iberis* foliis pinnatifidis. GERARD. p. 355. n. 5.

*Thlaspi tenuifolium*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 467.

*Nasturtium sylvestre* *Osyridis folio*. BAUH. pin. 105.

*Nasturtium angustifolium*. FUCHS. hist. p. 307.

Loc. Vulgatissimum ad camporum, & pratorum margines. ANNUUM.

## 918. THLASPI bursa pastoris.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 1. f. 1. & 2.

*Thlaspi siliculis triangularibus apice retusis*. GERARD. Fl. Galloprov. p. 349. n. 7.

*Thlaspi siliculis obcordatis*, foliis radicalibus pinnatifidis. LINN. spec. p. 903.

*Nasturtium siliquis triangularibus*. HALL. hist. 1. n. 514.

*Bursa pastoris major*, & minor folio sinuato, & non sinuato. BAUH. pin. 108.

*Borsa di Pastore*. MATTH.

Loc. Ubique in arvis, & ad vias vulgare. ANNUUM.

VIR. Mitis antiscorbutica, & subadstringens, cui parum tamen credas. Vis efficax tributa est a nonnullis ad profluvia sanguinis, & alvi fluxus cohibendos, sed propter ejusdem debilem vim, atque aliorum efficacium remediorum abundantiam non immerito negligitur.

IBERIS. LINN. gen. n. 721. syst. n. 804.

Differt a *Thlaspi* inaequalitate petalorum, quorum duo longe majora sunt.

## 919. IBERIS sempervirens.

*Iberis frutescens* foliis linearibus acutis integerrimis. LINN. spec. p. 905.

*Thlaspi montanum sempervirens*. BAUH. pin. 106.

*Thlaspi creticum perenne flore albo*. BARR. ic. 214.

Loc. Invenit CHAUVINI in sabulosis fluminis *Pallion Nicaeae*. PERENNIS.

## 920. IBERIS garrexiana tab. 40. fig. 3. &amp; tab. 54. fig. 2.

*Iberis perennis* foliis linearibus obtusis integerrimis. MISC. TAUR. tom. 5. p. 73. n. 77.

Loc. In valle *Macrae* circa *Strop*. Supra *Tendam* in montibus editis inter *Briga*, & *Carlin*, & supra *Frabosa*. PERENNIS.



*DESCR.* Radix fibrosa perennis, ex qua caules perennes lignosi procumbentes. Ex iis cauliculi plures simplices digitales, & ultra. Folia plana succulenta glabra obscure viridia, primum conferta, & fere linearia, deinde remotiora, alterna, lata basi, similia erecta minime ciliata, saporis amariusculi, superiora breviora potius elliptica. Caules striati. Flores umbellati. Pedunculi teretes. Petala lactea, quae primum linearia, dein sensim ampliora fiunt, inferiora aliquantum emarginata, superiora duplo, & ultra longiora. Calycis foliola concava, ovata viridia, margine albicante, quae brevioribus petalis subjiciuntur paullo minora. Antherae luteae. Stamina longitudine calycis, duobus brevioribus. Florum centralium forma eadem, sed magnitudo minor. Fructus est silicula quadrangulocordata margine foliaceo praedita intus concava, cum stylo persistente triangulariter emarginata.

921. *IBERIS saxatilis.*

*ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 59. f. 1.*

*Iberis suffrutescens, foliis lanceolato-linearibus carnosis acutis integerrimis ciliatis.* LINN. syst. 12. p. 435.

*Iberis foliis lanceolato-linearibus carnosis integerrimis ciliatis, ramulis senescentibus suffruticosis apice nudiusculis.* GOU. Flor. Monsp. p. 177. tab. 11.

*Iberis foliis lanceolato-linearibus carnosis ciliatis, ramulis suffruticosis, corymbis hemisphaericis.* GER. p. 354. n. 2.

*Lepidium foliis pulposis subtundis, antheris lateralibus.* HALL. Gott. 245., Emend. 11. n. 7.

*Thlaspi saxatile vermiculato folio acuto.* BAUH. pin. 107. GARID. Aix 466. tab. 101.

*Lithothlaspi 3. fruticosus vermiculato folio acuto.* COL. ecphr. 1. p. 278. tab. 272. f. 1.

*Loc.* Nascitur secus torrentes circa Segusium, Exilles, & Fenestrelles. In monte Cenisio, & inter saxa alpium Casotto vicinarum. *PERENNIS.*

*DESCR.* Folia conferta succulenta glabra, sed minimis in ambitu pilis ciliata, supra plana, subtus aliquantum convexa, versus apicem incrassata, deinde acuta in spinulam abeuntia, saporis amari. Flores primum umbellati, dein racemosi ramos terminant. Calyx tetraphyllus viridis, foliolis ovatis, margine albicantibus, unguium longitudine. Petala fere linearia fine ampliori crenulato, non emarginata, quorum duo superiora duplo, & ultra longiora sunt. Petala unguibus linearibus instructa. Antherae luteae; filamenta linearia, qua parte antheras sustinent purpurascentia. Fructus cordatus magnus, margine amplo foliaceo, qui continet in unoquoque loculo semina bina oblongo-ovata, altera parte sulcata.

922. *IBERIS umbellata.*

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 55.*

*Iberis herbacea, foliis acuminatis, inferioribus serratis, superioribus integerrimis.* LINN. spec. p. 906.

*Thlaspi umbellatum.* CRANTZ fasc. 1. ed. 2. p. 25.

*Iberis foliis lanceolatis acuminatis, inferioribus serratis, superioribus integerrimis.* CRANTZ crucif. p. 73. n. 7.

*Iberis cretica.* RIV. tetr. 225.

*Thlaspi umbellatum creticum iberidis folio.* BAUH. pin. 106.

*Draba, s. Arabis, s. Thlaspi Candiae.* DOD. pempt. 713.

*Loc.* In Comitatu Nicaeensi. *ANNUA.*

923. *IBERIS amara.*

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 56. f. 1.*

*Iberis herbacea foliis lanceolatis acutis subdentatis, floribus racemosis.* HALL. hist. 1. n. 520.

*Thlaspi siliculis orbiculatis bidentatis, floribus racemosis, petalis exterioribus majoribus.* SCOP. Fl. Carn. p. 513. n. 3., ed. 2. n. 806.

*Iberis foliis lanceolatis acutis subdentatis, floribus racemosis.* CRANTZ. crucif. p. 74. n. 8.

*Thlaspi umbellatum arvense iberidis folio.* BAUH. pin. 106.

*Thlaspi umbellatum arvense amarum.* BAUH. hist. II. p. 925.

*Loc.* Secus Duriam in arvis Taurinensibus abunde. *ANNUA.*



924. *IBERIS pinnata.*

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 56. f. 2.*

*Iberis herbacea foliis pinnatifidis. LINN. mant. alt. obs. 426.*

*Iberis foliis pinnatifidis. GER. p. 355. n. 5.*

*Iberis foliis linearibus pinnatifidis. CRANTZ. crucif. p. 74. n. 11.*

*Thlaspi umbellatum Nasturtii folio monspeliacum. BAUH. pin. 106.*

*Thlaspi alterum minus umbellatum Nasturtii hortensis folio, Narbonense. LOB. ic. 218.*

*Loc. In arvis macilentis Canapiciensibus, & Taurinensibus secus Sturam. ANNUA.*

LEPIDIDIUM. LINN. gen. n. 718., syst. n. 801. TOURN. tab. 103.

Silicula bilocularis dehiscens valvis navicularibus, apice non emarginata.

925. *LEPIDIDIUM rotundifolium. tab. 55. fig. 2.*

*Lepidium caule repente foliis ovatis amplexicaulibus. HALL. hist. 1. n. 517. emend.*

*2. p. 5. n. 8. SPEC. PEDEM. p. 27. tab. 4. f. 1.*

*Iberis herbacea foliis ovatis, caulinis amplexicaulibus laevibus succosis. LINN. spec. p. 905. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 805. tab. 37.*

*Iberis caule repente, foliis ovatis amplexicaulibus succosis. CRANTZ. crucif. p. 73. n. 5.*

*Thlaspi alpinum folio rotundiore carnoso, flore purpurascente. TOURN. inst. 212.*

*Thlaspi montanum serrato cepeae folio, flore purpurascente umbellato. BARR. ic. 848.*

*Loc. In summis alpium jugis ad diffractos scopulos. PERENNE.*

926. *LEPIDIDIUM procumbens.*

*Lepidium foliis pinnatifidis extremo majore, scapo nudo, caulibus prostratis racemiferis.*

*LINN. syst. 12. p. 433.*

*Nasturtium foliis sinuato-pinnatifidis, caulibus ramosis procumbentibus. GER. Fl. Galloprov. p. 346. n. 2.*

*Lepidium foliis pinnatifidis, impari majore, scapo nudo, caulibus prostratis racemiferis.*

*CRANTZ. Crucif. p. 83. n. 4.*

*Lepidium foliis omnibus alternatim pinnatifidis. DALIB. paris. p. 194. n. 4.*

*Nasturtium pumilum supinum vernum. MAGN. bot. monsp. 185. cum icone.*

*Loc. In aridis agri Nicaeensis oritur. Secus viam novam, quae ab Ales ducit ad Cavaglià legit Cl. BELLARDI. ANNUM.*

*OBS. Caules nudi non sunt, sed foliosi, foliis caulinis utique facile deciduis.*

927. *LEPIDIDIUM alpinum.*

*ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 102. f. 4.*

*Lepidium foliis pinnatis integerrimis, scapo subradicato, siliculis lanceolatis mucronatis.*

*LINN. spec. p. 898. JACQ. Vind. p. 258. cum descr.*

*Lepidium foliis pinnatis ovatis aequalibus. HALL. hist. tom. 1. n. 516.*

*Lepidium (Halleri) petalis calyce longe majoribus, silicula tricuspidi mucronata. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 8. tab. 1. fig. 3.*

*Nasturtium (alpinum) foliis pinnatis externe latescens scapo subradicato, silicula tricuspidi mucronata. CRANTZ. crucif. p. 80. n. 4. tab. 1. f. 3.*

*Draba Nasturtiolum. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 701.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 137.*

*Nasturtium foliis pinnatis, pedunculis nudis, petalis ovatis, calyce longioribus. GER. p. 347. n. 4.*

*Nasturtium alpinum tenuissime divisum. BAUH. hist. II. p. 918.*

*Loc. In saxosis alpinis deliquescente nive irriguis ubique copiose. PERENNE.*

928. *LEPIDIDIUM petreum.*

*Lepidium foliis pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus. LINN. spec. p. 899.*

*Nasturtium foliis pinnatis radicalibus ovatis lanceolatis, caulinis linearibus. HALL. hist. tom. 1. n. 515.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 131.*



*Lepidium* (Linnaei) petalis calice vix majoribus, silicula stylo carente. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 9. tab. 2. f. 4. 5.

*Nasturtium* (petraeum) foliis pinnatis lanceolatis, petalis calyce vix majoribus, silicula cordato-retusa. CRANTZ. Crucif. 80. n. 5. tab. 2. f. 4. 5.

*Cardamine pusilla saxatilis montana discoides*. COL. ecphr. 1. p. 274. tab. 273. bona icon.

*Nasturtium pumilum vernum*. BAUH. pin. 105.

Loc. Ad rupes locis aridis in Comitatu *Nicaensi* abunde, & circa *Segusium*.

Etiam secus flumen *Dora* in agro *Taurinensi* adnotavit Cl. BELLARDI. ANNUM.

929. LEPIDIUM latifolium.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 66.

*Lepidium* foliis ovato-lanceolatis integris serratis. LINN. spec. p. 899.

*Nasturtium latifolium*. CRANTZ. Crucif. p. 79. n. 1.

*Nasturtium* foliis pulposis ovatis serratis. HALL. Gott. 244.

*Lepidium latifolium*. BAUH. pin. 95.

*Lepidium Pauli*. BAUH. hist. II. 940.

*Lepidio di Paolo, e Plinio*. MATTH.

OFF. *Lepidium vulgare*, sive *Lepidium*.

Loc. Circa *Segusium* frequens est. PERENNE.

VIR. Acris planta est saporis nasturcini pene urentis. Raphano rusticano ad culinæ usum substituitur. Fervida, acris, antiscorbutica planta humores potenter incidit, atque diurhaesim movet, necnon utilis eo in scorbuto esse potest, qui acria calefacientia remedia requirat. Horum remediorum in scorbuto usum alio loco definiemus. Sicuti aliarum antiscorbuticarum stirpium, ita & LEPIDII foliorum praestat infusum, non autem decoctum adhibere.

930. LEPIDIUM iberis.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 65.

*Lepidium* floribus diandris tetrapetalis, foliis inferioribus lanceolatis serratis, superioribus linearibus integerrimis. LINN. spec. p. 900.

*Nasturtium* foliis imis pinnatis incisissimis, superioribus linearibus integerrimis. HALL. hist. tom. 1. n. 507.

*Nasturtium* (Iberis) foliis inferioribus lanceolatis serratis: superioribus linearibus integerrimis. CRANTZ. crucif. p. 82. n. 8.

*Lepidium gramineum*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 469.

*Lepidium gramineo folio, sive Iberis*. TOURN. inst. 216.

*Iberis latiore folio*. BAUH. pin. 97.

*Iberis*. BAUH. hist. II. p. 918.

*Lepidio, ed Iberide*. MATTH.

OFF. *Iberis cardamantica*, sive *Iberis*.

Loc. Ad vias, & muros locis siccis frequentissima. PERENNE.

VIR. Superioris naturam, & proprietates habet.

COCHLEARIA. LINN. gen. n. 720., syst. n. 803. TOURN. tab. 101.

Silicula subrotunda bilocularis, & veluti didyma, loculis inflatis polyspermis, septo stylifero instructa.

931. COCHLEARIA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 70.

*Cochlearia* foliis radicalibus subrotundis, caulinis oblongis subsinuatis. LINN. spec. p. 903. CRANTZ. stirp. austr. fasc. 1. p. 19.

*Cochlearia folio subrotundo*. BAUH. pin. p. 110. TOURN. inst. p. 215.

*Cochlearia*. BAUH. hist. II. 942. DOD. pempt. 594.

*Nasturtium* foliis radicalibus subrotundis, caulinis oblongis subsinuatis. HALL. hist. 1. n. 503.

*Cochlearia*. MATTH.

OFF. *Cochlearia*.

VERN. *Cochlearia*.



*Loc.* In pascuis lapidosis alpium di *Lantosca* sponte nascitur. *ANNUA.*  
*VIR.* Ad Medicorum usum in hortis colitur COCHLEARIA. Forti odore, & sapore nasturtii donatur; uterque in tenella planta remissior, sed in adulta, & florifera acutior est. Hujusce plantae principia activa posita sunt in oleo quodam aethereo particulas tenente singularis naturae acres, penetrantes, atque adeo volatiles, ut neque in exsiccata planta, neque in extracto supersint, neque etiam diu per distillationem elicitam servari possint, nisi a spiritus vini connubio coercantur. Non facile computrescit, aut fermentationem subit: nullam ab acidis, aut alkalinis mutationem patiuntur principia activa, magnam tamen habent vim antisepticam, ita ut COCHLEARIAE additio carnis putrescentiam non parum differat. Effectus porro, qui COCHLEARIAM sequuntur, hi sunt; licet exstimulantem vim habeat, non tamen actionem ventriculi erigit, immo succus gravis stomacho esse solet, succi gastrici vim fortasse infirmo. Vim, actionemque vasorum excitat, sed speciatim minima vasa aperit, lentosque humores in iisdem haerentes solvit, scorbuticum vitium in peculiari corruptione positum emendat. In sanguine aestum non gignit, muriaticum salem, solutis vinculis, actuosorem reddit, urinae secretionem, tum serum adaugendo, cum tubulos renales speciatim irritando, lotii secretionem promovet. Etsi vires habeat solventes, neququam sufficit, si agatur de ea humorum conditione viscida, & glutinosa, quae magis fixa, atque diutius talis naturae humoribus inhaerentia principia requirunt. Vere ex praecipuis antiscorbuticis COCHLEARIA est, quae tamen neque in omni scorbuto, neque in quolibet statu scorbuti sit imperanda, si humores jam ex corruptione contabescant, si stimulus ex corruptione, aut muriatici salis fusione genitus nervos lacestat, atque contracturas in membris afferat, si biliosa, sicca & strigosa sit aegri constitutio, si febris adjuncta sit, opportuna non erit, sed medicina ab acidis erit requirenda. Attamen & hisce in casibus, si vires depressae, atque una stagnantes humores caeteroquin propria, & apta exstimulantia desiderent, cum acidis COCHLEARIA erit adjungenda, & sane nostra in regione, in qua verus, & plenus scorbutus non solet incidere, sed saepius cum muriatica humorum crasi morbus conjunctus est, non solet sola COCHLEARIA in usum venire, immo saepe antiscorbutica remedia lactis usui, aut aliis demulcentibus jungenda sunt, ne nimirum solo acrium antiscorbuticorum usu muriatici salis fusio valide promoveatur. In arthritide vaga scorbutica utilis est COCHLEARIA. Urinas, ut diximus, quidem promovet, sed tamen tanti non putamus, ut in hydrope salus ab ea expectanda sit, nisi agatur de cachexia scorbutica, quae hydropis metum faciat. Maxime autem cavendum est ab ejusdem usu in hydrope illo, qui repercussam scarlatinam, aut morbillos sequitur, & gangraenosam phlogisticam sanguinis solutionem saepe infert. Minime puto obstructions imi ventris hac stirpe superari, atque asthmatis humidi sanationem eadem obtineri, nisi morbus pendeat ex defluxione scorbutica ad pectus; idem judicium habendum est de rheumatismo, ad cujus curationem laudata etiam est COCHLEARIA. Ad os denique colluendum, in gingivarum laxitate, oris foetore, atque ulceribus, si quidem haec symptomata ex scorbuto veniant, maxime opportuna est COCHLEARIA, sed solent eidem acida, aut abstergentia pro varia rerum conditione adjungi. Ultimo demum inuam in rachitide non infrequenter tonicis, & corroborantibus auxiliis utilem esse COCHLEARIAE, variorumque antiscorbuticorum additionem. Multiplex est ratio adhibendi. Folia laeviter contrita a pugillis duobus ad manipulum semissem in aqua, ut dicitur, macerantur, atque infusum paratur, aut in vase convenienter obturato aquae calidae per breve tempus infunduntur. Succus ex tota herba expressus datur ab uncia semisse ad unciam unam, aut unciam unam, & semissem in juscule, aut alio convenienti vehiculo. Conserva COCHLEARIAE etiam proficua est, ac datur a drachmis duabus ad unciam unam. Aqua stillatitia, si diligenter servata fuerit, etiam efficax est. Solent nostrates Medici syrupum antiscorbuticum praescribere, qui praeter alia COCHLEARIAM recipit, daturque ab unciis duabus ad uncias quatuor. Cerevisiae etiam antiscorbuticae in usu sunt vere utiles, & quae COCHLEARIAE plurimum etiam virium debent. Denique prostat in officinis spiritus COCHLEARIAE simplex, aut compositus, atque ille etiam



eum varia spiritus vini proportione paratus: spiritus COCHLEARIE in convenienti vehiculo adhibitus opportunus maxime est in gingivarum, atque oris morbis, in cachexia scorbatica, aut ad urinam movendam, ac intus praescribitur a scrupulo uno ad drachmam unam, si de simplici sermo sit. Anteaquam finem faciam tyrones moneo in scorbuto provento stomachi saepissime adesse imbecillitatem, quapropter aromaticorum, aut carminantium remediorum additionem esse faciendam.

## 932. COCHLEARIA armoracea.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 68.

*Cochlearia foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incisis.* LINN. spec. p. 904.

*Cochlearia folio cubitali.* TOURN. inst. 215.

*Raphanus rusticanus.* BAUH. pin. 96.

*Raphanus sylvestris, sive armoracea multis.* BAUH. hist. n. 851.

*Rafano volgare.* MATTH.

OFF. *Raphanus rusticanus.*

VERN. *Rafano.*

LOC. In agro *Taurinensi* utique adinvenitur, fortasse ex hortorum rejectamentis nata, sed spontanea certo est, quae ad vias occurrit circa *Mieuje* in provincia *Aquensi*, cum ibi minime colatur. PERENNIS.

VIR. *Armoraceae* radix ea est, quae praesertim adhiberi solet. Degustata linguam potentissime ferit sinapis seminibus proxima. Extrinsecus applicita cutim demum rubefacit, ita ut etiam ex ea sinapismi parari possint. Vis perit in exsiccata radice, atque ea etiam repetenda est ex principio acri volatili singularis naturae, quale est in COCHLEARIA, sed in COCHLEARIA arctius fortasse, atque majori proportione, cohaeret principium aethereum oleosum, quod arctum connubium fortasse causa est, propter quam alkalinae naturae nulla COCHLEARIA dederit signa, praebeant autem *armoracea*, & sinapis semina. Convenit viribus cum COCHLEARIA, sed *armoracea* fervidior est, fortius humores incidit, atque potentius urinam movet. Qui haec coram oculis habuerit, uti etiam illa, quae superius de COCHLEARIA dicta sunt, hujusce radice usum facile poterit definire. Ad urinam movendam, calculumque ex renibus pellendum prae COCHLEARIA eligi solet raphani rusticani radix. Sicuti sinapis semina ad intinctus adhibetur. Succus radice raphani rusticani exhibetur a drachmis duabus ad unciam semissem, & vehiculo jungi solet. Radice recentis in infuso adhibitae dosis est ab uncia semisse ad unciam unam.

## 933. COCHLEARIA draba.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 67.

*Cochlearia foliis lanceolatis dentatis amplexicaulibus.* LINN. syst. 12. p. 435.

JACQ. Fl. Austr. tab. 315.

*Nasturtium draba.* CRANTZ crucif. p. 81. n. 7.

*Draba prima vulgaris.* CLUS. hist. p. 124.

*Lepidium humile incanum arvense.* TOURN. inst. 216.

*Draba multis flore albo.* BAUH. hist. II. 939.

*Draba umbellata, vel Draba major capitulis donata.* BAUH. pin. 109. MORIS hist. p. 313.

LOC. Locis incultis, & secus arva in agro *Nicaeensi*; Ignatius MOLINERI circa *Moncastel Alexandrinorum*. PERENNIS.

OBS. Ad COCHLEARIAM propius accedit, quam ad aliud hujusce familiae genus; fructu interim cordato ab aliis speciebus manifeste distinguitur.

DESCR. Folia amplexicaulia cum auriculis acutis, mollia crassa viridia, subtus aliquantum pallentia, elliptica, acuto fine, subhirsuta, erecto-patentia, saporis ex amaro nasturcini. Caules plures ex una radice cubitales, firmi angulati striati. Caulis in ramos florigeros abit; rami florigeri virides striati angulati. Flores breviter racemosi. Pedunculi teretes glabri virides. Calyx vix patens viridis ex foliolis ellipticis concavis. Petala ex unguibus albis longitudine calycis, ex triangulo in ellipticam formam amplificantur, patentissima. Antherae didymae luteae



Stamina pistillo altiora albida. Fructus cordatus tumens, loculo altero saepissime minori: valvulae non scabrae.

CORONOPUS. HALL. *hist. tom. 1. p. 217.*

Silicula non dehiscens, reniformis, bilocularis, loculis monospermis: cristata, & verrucosa.

934. **CORONOPUS** Ruellii. HALL. *hist. 1. n. 502.*  
*Cochlearia foliis pinnatifidis, caule depresso.* LINN. *syst. 12. p. 35.*  
*Myagrūm ( coronopus ) foliis pinnatifidis vasculis muricatis didymis.* CRANTZ *crucif.*  
*p. 101. n. 1.*  
*Nasturtium sylvestre capsulis cristatis.* TOURN. *inst. 214.*  
*Cochlearia repens.* LAM. *Flor. Franc. tom. 2. p. 473.*  
*Ambrosia campestris repens.* BAUH. *pin. 138.*  
*Ambrosia.* MATTH.  
 OFF. *Ambrosia campestris.*  
 Loc. *Ad vias in agro Pedemontano. ANNUA.*

CRAMBE. TOURN. *inst. p. 211. tab. 100.*

Fructus subrotundus non dehiscens deciduus, baccam siccam interdum referens, unilocularis, aut bilocularis, sed monospermus, altero loculo abortiente.

935. **CRAMBE** paniculata.  
*ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 102.*  
*Cochlearia (paniculata) siliculis sphaericis monospermis compressis rugosis.* SCOP. *Fl.*  
*Carn. p. 511. n. 1., ed. 2. n. 798.*  
*Myagrūm siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis.* LINN. *spec. p. 894.*  
*Rapistrum foliis amplexicaulibus auriculatis acutis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 522.*  
*Myagrūm siliculis sphaericis rugoso-scabris pedunculatis.* GER. *Fl. Galloprov. p. 542. n. 2.*  
*Nasturtium foliis sagittatis, siliculis punctato-rugosis.* CRANTZ. *fasc. 1. ed. 2. p. 15.*  
*Cochlearia (sagittata) foliis sagittatis, siliculis punctato-rugosis.* CRANTZ. *Crucif. p.*  
*99. n. 1.*  
*Rapistrum arvense folio auriculato acuto.* TOURN. *inst. 211.*  
 Loc. *In agris collium calidiorum obviam frequenter venit. ANNUA.*
936. **CRAMBE** maritima.  
*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 5.*  
*Cochlearia (maritima) foliis cordatis crispis carnosis, cauleque glabris.* CRANTZ. *Crucif.*  
*p. 96. n. 1.*  
*Crambe foliis, cauleque glabris.* LINN. *spec. p. 937.*  
*Brassica maritima monospermos.* BAUH. *pin. 112.*  
*Brassica marina sylvestris multiflora monospermos.* LOB. *ic. 245.*  
 Loc. *Ad litus Nicaeense. PERENNIS.*

937. **CRAMBE** Corvini. N.  
*ICON. TAUR. Vol. XXII. tab. 108. & Vol. XIII. tab. 102.*  
*Thlaspi anglicum flore albido Corvini.* BARR. *ic. 894. n. 2.*  
*Rapistrum folio glauco sinuato flore albo.* VAILL. *Paris. p. 171.*  
*Myagrūm monospermum minus.* BAUH. *pin. 109. prodr. 52.*  
*Myagro similis flore albo.* BAUH. *hist. II. p. 895.*  
*Rapistrum arvense album supinum, erysmi, aut dentis leonis folio, fructu oblongo ca-*  
*duco.* TILL. *pis. p. 145.*  
*Myagrūm supinum album erucae foliis.* BARR. *rar. obs. n. 358. ic. 1252. VAILL. paris.*  
*p. 171.*  
*Calepina.* ADANS. *Fam. tom. 2. p. 43.*  
 Loc. *Primo vere passim ad limites agrorum, in vineis, & pascuis collium. ANNUA.*







lyce altiora: stylus embryone longior: stigma capitatum, bifidum. Fructus est silicula ovata, quae non aperitur, hirsuta; instar fructus melonis percurritur costis, sed interruptis, & rugosis; unilocularis est. Semen unicum ovatum aliquantum compressum nitidum leucophaeum continet, quandoque alter minor articulus accedit.

## 941. RAPISTRUM perenne.

*Myagrū siliculis articulatis binatis monospermis, foliis sinuatis subdentatis.* GER. *Fl. Galloprov.* p. 342. n. 1.

*Myagrū (perenne) siliculis biarticulatis dispermis, foliis extrorsum sinuatis denticulatis.* LINN. *spec.* p. 893.

*Myagrū siliculae articulo primo stricto, altero globoso striato.* HALL. *hist. n.* 525.

*Myagrū (biarticulatum) Myagrū (biarticulatum cornutum).* CRANTZ. *fasc. 1. ed. 2. p.* 6.

*Rapistrum (diffusum) foliis extrorsum sinuatis denticulatis, siliculis biarticulatis striatis cornutis altero articulo abortiente.* CRANTZ. *Crucif. p.* 105. n. 1.

*Rapistrum monospermum.* BAUH. *pin.* 95. *prodr.* 37.

*Loc.* In arenosis secus flumen *Stura* mihi occurrit. BIENNE.

## 942. RAPISTRUM arvense.

*ICON. TAUR. Vol. X. tab. 4. f. 1. & Vol. XIII. tab. 81.*

*Raphanus (raphanistrum) siliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus.* BOHEM. *Flor. Lips.* p. 113. n. 267.

*Raphanus siliqua uniloculari articulata.* CRANTZ. *fasc. 1. ed. 2. p.* 37.

*Rapistrum (raphanistrum) folliculis teretibus articulatis laevibus unilocularibus.* CRANTZ. *crucif. p.* 107. n. 7.

*Raphanus sylvestris.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 495.

*Raphanistrum segetum flore luteo.* TOURN. *inst.* 230.

*Rapistrum flore albo, siliqua articulata.* BAUH. *pin.* 95.

*Rapistrum flore albo striato.* BAUH. *hist. II. p.* 851.

*Loc.* Inter segetes passim. ANNUM.

## B. SILIQUOSÆ.

ISATIS. LINN. *gen. n.* 738. *syst. n.* 824. TOURN. *tab.* 100.

Siliqua brevis compressa unilocularis bivalvis monosperma, valvis carinatis.

## 943. ISATIS tinctoria.

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 45.*

*Isatis foliis radicalibus crenatis, caulinis sagittatis, siliculis oblongis.* LINN. *spec. p.* 936.

*Isatis foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis amplexicaulibus.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 523.

*Isatis sylvestris, sive angustifolia.* BAUH. *pin.* 113.

*Isatis, sive Glastrum spontaneum.* BAUH. *hist. II. p.* 909.

*Isatide selvatica.* MATTH.

*OFF.* Isatis, sive Glastum.

*Loc.* Circa *Segusium* obviam mihi venit, & circa thermas *Vinadii* ad rupes prope fontes thermarum. In valle *Augustae Praetoriae* occurrit. In editioribus jugis *Brau* legit *Cl. DANA*. Lecta etiam est circa *Piosasco*, in descensu montis *Vesuli*, & circa *S. Michele della Chiusa*. *Franciscus PEYROLERI* inter *Sè*, & *Bourg S. Maurice* in *Sabaudia*; ad sepes vinearum *Nicaeensium* non infrequens est. *Ignatius MOLINERI* secus flumen *Bormida*, & circa Oppidum *Caselette*. BIENNIS.

*VR.* Spontanea planta est, sed, data opera, colitur variis locis praesertim in agro *Cherienti* ad caeruleum colorem parandum, quod vulgo *Vaud* dicitur. Prompte planta haec computrescit, & plurimum salem volatilem alkalinum largitur. Non solet intus adhiberi propter vim hanc septicam. Nauseosum etiam decoctum est,



nihilo tamen minus laudatum est GLASTUM ad icterum superandum; sed planum est, opportunitiora ad hanc aegritudinem medicamenta haberi posse, neque convenire, si agatur de ictero confirmato, in quo resorpta, atque humores inficiens bilis humorum solutionem affert, & corruptivam indolem inducit. Eo itaque in casu tantummodo locum aliquem habere potest, in quo morbus ex inertibus, & tenaci bile nascitur. Haemorrhoidibus dolentibus, sicuti *Linaria*, non sine aliqua utilitate, imponitur.

## 944. ISATIS alpina tab. 86. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 2.

*Isatis pumila dense foliosa subhirsuta siliculis latescentibus.* VILL. prosp. p. 38.

Loc. Loca saxosa in monte Vesulo inhabitat. PERENNIS.

DESCR. Planta cubitalis. Folia semiamplexicaulia lanceolata, cordata basi. Caulis in duos, aut tres, quatuorve ramos breves dividitur, quos brevia folia suffulciunt. Flores fere umbellati, breviter racemosi, lutei, pedunculis filiformibus luteis. Calyx etiam lutescens. Flos patentissimus, petalis duplo calyce longioribus. Stamina lutea, antherae sagittatae luteae. Petala oblongo-ovata, unguibus linearibus instructa. Odor floris vix aliquis. Siliqua non cuneiformis versus pedunculum attenuata, ut in ISATIDE tinctoria, sed ovata major. Differt ab ISATIDE tinctoria radice perenni, altitudine totius plantae, floribus multo majoribus, siliquis brevibus ovatis majoribus.

DENTARIA. LINN. gen. n. 726., syst. n. 811. TOURN. tab. 110.

Siliqua elongata teres marginata elastice revolvens valvas. Stylus longus.

Semina in foveis septi fungosi nidulantia.

## 945. DENTARIA enneaphyllos.

*Dentaria foliis ternis ternatis.* LINN. spec. p. 912.

*Turritis foliis verticillatis ternatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 517. n. 3., ed. 2. n. 812.

JACQ. Flor. Austr. tab. 316.

*Cardamine enneaphyllos.* CRANTZ crucif. p. 127. n. 1.

*Dentaria triphyllos.* BAUH. pin. 322. TOURN. inst. p. 225.

*Coralloides enneaphyllos Clusii.* BAUH. hist. II. 902.

*Coralloides triphyllos.* GESN. fasc. 4. tab. 2. f. 4.

*Dentaria foliis omnibus ternatis.* ROY. Lugdb. 340.

Loc. Laurentius TERRANEUS in Bugellensibus montibus observavit. PERENNIS.

## 946. DENTARIA bulbifera.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 62. f. 2.

*Dentaria foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus.* LINN. spec. p. 912. HALL. hist. tom. 1. n. 470.

*Cardamine bulbifera.* CRANTZ. crucif. p. 127. n. 2.

*Coralloides minor bulbifera.* BAUH. hist. II. p. 900.

*Dentaria heptaphyllos baccifera.* BAUH. pin. 522.

*Dentaria IV. baccifera.* CLUS. hist. 2. p. 121.

Loc. In maxime umbrosis sylvis collium Taurinensium non infrequenter reperi.

PERENNIS.

## 947. DENTARIA pentaphyllos.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 60.

*Dentaria foliis summis digitatis.* LINN. spec. p. 912.

*Dentaria foliis quinatis digitatis.* HALL. hist. 1. n. 469.

*Dentaria foliis imis digitatis, caulinis ternatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 516. n. 1., ed. 2. n. 814.

*Dentaria foliis pinnatis, & digitatis.* GER. Fl. Gallopr. p. 356.

*Cardamine pentaphyllos.* CRANTZ crucif. p. 127. n. 3.

*Dentaria heptaphyllos.* BAUH. pin. 322. GARID. Aix. tab. 28.



*Dentaria VIII. heptaphyllos*. CLUS. *hist.* 2. p. 123.

*Nemorialis alpina herbariorum alabastrites coralloides cordi*. LOB. *adv.* p. 304.

*Dentaria pentaphylla foliis mollibus*. GARID. *Aix tab.* 29.

*Dentaria pentaphylla foliis asperis*. TOURN. *inst.* 225.

*Dentaria pentaphyllos*. BAUH. *pin.* 322.

*Coralloides prima quinquefolia*. BAUH. *hist.* II. p. 900.

*Dentaria foliis omnibus pinnato-digitatis*. GERARD. *prov.* 356.

*Saxifraga montana radice squamis denticulatis*. GESN. *fasc.* 1. *tab.* 1. *f.* 1.

Loc. iisdem locis haec reperitur, seu in *Taurinensibus* collibus, seu in subalpinis.

PERENNIS.

CARDAMINE. LINN. *gen. n.* 727., *sys. n.* 812. TOURN. *tab.* 109.

Siliqua dissiliens ut in *dentaria*, sed gracilior, brevior stylo terminata, ac septo tenui, nec fungoso instructa.

948. CARDAMINE *asarifolia*.

*Cardamine foliis simplicibus subcordatis*. LINN. *spec.* p. 913.

*Cardamine montana asarifolia*. TOURN. *inst.* 225. *mont. in zan.* p. 65. *cum icone.*

*Nasturtium montanum asarifolio*. BOCC. *sic.* 5. *tab.* 3.

VERN. *Cochlearia d' montagna*.

Loc. Secus torrentium saxosa ad montis *Cenisii* radices infra *le Ferrere* potissimum, & inter alpes *Valdenses* frequens. *Vinadiensibus*, & etiam *Valderianis* alpidibus familiaris est. Supra *Tendam* abunde crescere secus torrentes observavit *Ignatius MOLINERI*. PERENNIS.

VIR. Omnes CARDAMINES species generatim inter mitia antiscorbutica locum habere possunt, ipso sapore monente; sed in usum non recipiuntur. Haec autem magni omnino facienda est, omnibus enim notis cum *Cochlearia* viribus convenit. *Vinadienses*, apud quos est frequentissima, loco *Cochleariae* adhibent.

949. CARDAMINE *bellidifolia*. *tab.* 18. *fig.* 3.

ICON. TAUR. *Vol. X.* *tab.* 3. *f.* 1. & *Vol. XII.* *tab.* 47. *f.* 1.

*Cardamine foliis simplicibus ovatis integerrimis, petalis longis*. LINN. *spec.* p. 913. *Fl.*

*Lapp.* 206. *tab.* 9. *f.* 2.

*Cardamine foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis ovatis, aut pinnatis obtusis*. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 476. *emend.* 4. *n.* 227.

*Arabis bellidifolia*. SCOP. *Fl. Carn.* 2. p. 31. LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 511.

*Cardamine bellidifolia*. JACQ. *Misc.* 1. p. 148. *tab.* 17. *f.* 2.

Loc. In saxosis umbrosis, & irriguis summarum alpidum frequens est. BIENNIS.

OBS. Hanc CARDAMINEM pro *Nasturtio* alpino pumilo *bellidifolio* minore *Gasparis* BAUHINI diu habui, cum ejusdem memoratae stirpis faciem omnino praeseferat, revera tamen diversa stirps est, & utriusque discrimen ex sequenti descriptione patebit. Radix est huic CARDAMINI simplex alba longissima, ex qua nunc una, nunc plures foliorum rosulae proficiscuntur. Folia quaedam reclinata sunt, alia erecta, sunt autem ovalia glabra *Cochleariae* ad instar succosa, & acria, intense virentia, venosa, aliquando paullo sinuata integerrima, tamen longe petiolata, petiolo foliis nunc longiore, nunc aequali. Folia haec radicalia inter se saepe inaequalia sunt quibusdam duplo majoribus. Inter haec cauliculus erigitur filiformis striatus omnino herbaceus, & flexilis uncialis, duobus foliolis, aut uno tantum infra umbellam praeditus. Folia haec floralia ex angusto principio in oblongo-ovatam, aut ovato-acutam figuram procedunt, caulem non amplectentia, neque sequentia, quandoque semipinnata ad petiolum sunt, nunquam tamen pinnata: alterum florale folium umbella altius semper est. Flores sunt albi, aliquando purpurascens, unguibus longitudine calycis, qui quatuor erectis foliolis fit. Stylus staminibus altior. Stamina ex viridi lutescunt cum antheris luteis. Flores sequuntur siliquae umbellatae aequales, singulae enim aequalibus nixae pedunculis, & eodem fere ex loco ortis pene omnino aequali altitudine finiunt. Ex ala folii floralis flos unus saepissime oritur, & hunc sequens siliqua reliquis humilior est,



Siliquae autem semissem unciam aequant longitudine, vix lineae dimidium latae non compressae ex lineari, aut potius longissima ellipsi acuminatae. Hanc esse puto *CARDAMINEM LINNÆI* (*Fl. Lapp.* 206. *tab.* 9. *f.* 2.) cum adamussim omnino nostram stirpem exhibeat ejusdem icon.

950. *CARDAMINE resedifolia.* *tab.* 57. *f.* 2.

*ICON. TAUR. Vol. X. tab. 7. f. 3. 4. 5.*

*Cardamine foliis inferioribus ovatis integris, intermediis ternatis, summis pinnatis.* *GOU. Fl. Monsp.* 163. *n.* 4.

*Cardamine foliis superioribus trilobis, inferioribus indivisis, pinnatisque.* *LINN. syst.* 12. *p.* 438.

*JACQ. Fl. Austr. app. tab. 21.*

*Cardamine caule procumbente, pinnis ovatis cum nervo confluentibus.* *HALL. Helv.* 559. *Emend.* 4. 231. *hist. tom.* 1. *n.* 476. *B.*

*Arabis resedifolia.* *LAM. Fl. Franc. tom.* 2. *p.* 511.

*Cardamina alpina minor resedae foliis.* *TOURN. inst.* 225.

*Nasturtium alpinum minus resedae foliis.* *BAUH. prodr.* 45.

*Loc.* In scopulosis ad nivem deliquescentem frequens est. Occurrit copiosissime in summis frigidarum, & editiorum alpium. *BIENNIS.*

*OBS.* Folia radicalia cochleata integerrima similia foliis *CARDAMINES bellidifoliae*, caulina pinnata, sed prima interdum semel pinnatifida. Flores albi. Corolla duplo major calyce, quem componunt foliola linearia viridia cum limbo albicante. Antherae didymae ex luteo-virentes. Petala fere quadrata levissime emarginata. Foliis caulis constanter pinnatis confundi non potest cum *CARDAMINE bellidifolia.*

951. *CARDAMINE thalictroides.* *tab.* 57. *fig.* 1.

*ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 56.*

*Cardamine (Plumierii) foliis ternatis, & pinnatis, simplicibusque, foliolis oblique lobatis subrotundis, petalis calyce triplo longioribus.* *VILL. prosp.* *p.* 38.

*An cardamine foliis trifidis acutis, laciniis integris, vel incisis, caule erecto.* *GMEL. sib. p.* III. *p.* 272. *tab.* 65.

*Loc.* In alpiis ad rupes supra *Giaveno*, & prope *Mirabouc*; nascitur etiam supra *Locana* in monte *S. Bernardi*, & in monte *Cenisio.* *BIENNIS.*

*DESCR.* Caulis striatus, ramosus, procumbens, extremis ramis in brevi umbella florigeris. Folia tenera succosa viridia non hirsuta pinnata, radicalia saepe duas pinnas habent. Caulina autem duo habent pinnarum paria, pinnulae petiolatae pinnulis lateralibus trilobis, aut bilobis, lobo inferiore magis remoto. Calyx ex foliolis lineari-ellipticis concavis. Petala lutea cordata emarginata, unguibus subviridibus instructa, calyce duplo, & ultra longiora. Filamenta linearia, quorum duo breviora. Stigma rotundum. Antherae pallidae luteae. Siliquae aliquantum compressae acuminatae cum impetu dissiliunt, & revolvuntur, & semina continent laevia compressa, citrini coloris, altero latere sulcata.

952. *CARDAMINE parviflora.*

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 38. f. 2. 3.*

*Cardamine foliis pinnatis radicalibus subrotundis, caulinis linearibus.* *HALL. hist. n.* 473.

*Cardamine foliis pinnatis exstipulatis, foliis lanceolatis obtusis, floribus corollatis.* *LINN. syst.* 12. *p.* 439.

*Nasturtium pratense parvo flore.* *BAUH. prodr.* 44.

*Cardamine foliis pinnatis, foliolis linearibus.* *GER. Fl. Gallopr. p.* 357. *n.* 5.

*Loc.* Ubique in pascuis, & ad muros primo vere frequens est. *ANNUA.*

953. *CARDAMINE pratensis.*

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 106.*

*Cardamine foliis pinnatis, imorum pinnis subrotundis angulosis, superiorum oblongis, & strictis.* *HALL. Helv.* 559.



- Cardamine foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis.* LINN. spec. p. 915.  
*Cardamine pratensis magno flore.* TOURN. inst. 225.  
*Nasturtium pratense magno flore.* BAUH. pin. 104.  
*Iberis Fuxii, sive nasturtium pratense sylvestre.* BAUH. hist. II. p. 889.  
*Turritis foliis pinnatis, caule tereti.* SCOP. Fl. Carn. 518.  
 Loc. In pratis non pinguibus, aut pascuis aquosis in agro Pedemontano. PERENNIS.

## 954. CARDAMINE amara tab. 56. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 4. f. 2.

- Cardamine foliis pinnatis subrotundis angulosis.* HALL. hist. tom. 1. p. 206. n. 474.  
*Cardamine foliis pinnatis, axillis stoloniferis.* LINN. spec. p. 915.  
*Cardamine flore majore elatior.* TOURN. inst. p. 224.  
*Nasturtium aquaticum majus, & amarum.* BAUH. pin. 104.  
*Sisymbrium cardamine, sive nasturtium aquaticum flore majore elatius.* BAUH. hist. II. 885.  
 Loc. Ad fontium rivulos in montanis, & subalpinis. PERENNIS.  
 DESCR. Pinnae foliorum duae cum impari brevissime petiolatae orbiculatae, aliquantum angulatae, margine breviter subhirsuto, superficie etiam laeviter hirsuta, ita ut vix appareat. Vere interdum cauliculi decumbentes radices agunt, atque instar Violarum sarmenta producunt. Caulis digitalis striatus firmulus glaber, duobus, aut tribus foliis donatus. Folia caulina unam tantum pinnam habere solent. Flores magni albi patentis umbellati, petalis emarginatis, quorum unguis flavescunt. Siliquae compressae, acute terminatae revolvuntur.

## 955. CARDAMINE hirsuta.

- Cardamine foliis pinnatis hirsutis, pinnis subrotundis, staminibus quaternis.* HALL. hist. tom. 1. n. 472.  
*Cardamine foliis pinnatis, floribus tetrandris.* LINN. spec. p. 915. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 817. tab. 38.  
*Nasturtium aquaticum minus.* BAUH. pin. 104.  
*Sisymbrium aquaticum alterum.* CAM. epit. 270.  
 Loc. Ex Alagna delata est. ANNUA.

## 956. CARDAMINE impatiens.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 75. f. 1.

- Cardamine foliis pinnatis, pinnis laciniatis, floribus exiguis.* CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 44.  
*Cardamine foliis pinnatis imis obtuse lobatis, caulinis acute dentatis, floribus apetalis.* HALL. hist. tom. 1. n. 471.  
*Cardamine foliis pinnatis incisiss stipulatis, floribus apetalis.* LINN. spec. p. 914.  
*Cardamine foliis pinnatis, foliolis laciniatis, petalis fugacissimis.* HUDS. p. 256. n. 5.  
*Cardamine annua exiguo flore.* TOURN. inst. 225.  
*Sisymbrii Cardamines species quaedam insipida.* BAUH. hist. II. p. 886.  
*Sium.* MATTH. & Italorum. LOB. obs. p. 106.  
 Loc. Sicuti olim observavit LOBELIUS, copiose oritur in umbrosis sylvis Taurinensibus: similibus locis humiliorum montium subalpinorum etiam adinventur.  
 ANNUA.  
 OBS. Apud nos flore est petaloideo exiguo, & facile deciduo.

SINAPIS. LINN. gen. n. 735., syst. n. 821. TOURN. tab. 112.

Calycis folia patentia, siliqua bivalvis, torulosa, stylo persistente, seu cornu terminata.

## 957. SINAPIS arvensis.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 64.

- Sinapis siliquis multangulis toroso-turgidis laevibus, rostro ancipiti longioribus.* LINN. syst. 12. p. 444. HALL. hist. tom. 1. n. 467.  
*Raphanus arvensis.* CRANTZ crucif. p. 109. n. 3.  
*Sinapi arvensis praecox semine nigro, foliis integris.* TOURN. inst. 227.



*Rapistrum flore luteo*. BAUH. pin. 95.

*Lampsana*. MATTH.

Loc. In arvis vulgarissima planta est. *ANNUA*.

958. SINAPIS alba.

*Sinapis siliquis hispidis rostro obliquo longissimo ensiformi*. LINN. syst. 12. p. 445.

HALL. hist. tom. 1. n. 466.

*Raphanus albus*. CRANTZ crucif. p. 109. n. 5.

*Sinapi apii folio*. BAUH. pin. 99.

*Sinapi album siliqua hirsuta semine albo, & ruffo*. BAUH. hist. II. p. 856.

*Sinape secundo*. MATTH.

Loc. Aggeres, & ruderata inhabitat locis pinguibus, praesertim in agro *Nicaeensi*.

*ANNUA*.

959. SINAPIS nigra.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 63. 83. & Vol. XXII. tab. 79.

*Sinapis siliquis glabris racemo appressis*. LINN. syst. 12. p. 445.

*Raphanus* ( *sinapis offic.* ) CRANTZ crucif. p. 109.

*Sinapi rapifolio*. BAUH. pin. 99.

*Sinapi siliqua latiuscula glabra, semine ruffo, sive vulgare*. BAUH. hist. II. p. 855.

*Sinapi* 1. MATTH.

*VERN. Senevra*.

Loc. Loca ruderata, & collina amat. *ANNUA*.

*VIR.* Similes virtutes promittunt variae SINAPIS species, sed in usum medicinalem veniunt nigra, atque alba. Semina harum stirpium ea sunt, quae in usum deducuntur, atque, si agatur de usu externo, cum SINAPIS nigrae semina fervidiora sint, solent eadem anteponi. SINAPIS semina acria, & fervida sunt, prorsus urentia, continent salem acrem, & penetrantem, similisque naturae oleum aethereum. In pulverem trita, atque cum aqua, jusculo, aut aceto commixta statim explicant principium activum volatile lacrymas eliciens, & sternutationem valide movens. Haec solutio, si paullo diutius asservetur, amara evadit, atque non parum suarum virium amittit. In culinis frequenter recipitur tum ad intinctus, cum ad ciborum condimentum. Hoc additamentum utile est pro adjuvanda digestionem ciborum, qui crassi, & glutinosi sunt: non modo autem promovet huiusmodi ciborum solutionem, sed etiam stomachi actionem excitat, ea propter diaeteticum SINAPIS usum consulunt Medici in senibus pituitosis, & iis, qui imbecillo sunt stomacho ex muco eidem haerente. Putant etiam in apoplexiae pituitosae, aliorumque morborum capitis ex similibus causis pendentium metu utilem esse, tum actionem ventriculi adaugendo, cum crassos, & glutinosos humores solvendo, atque fibrarum actionem excitando. Pro medicamento semen SINAPIS commendatur ad urinas ciendas in hydrope, & morbis renum, atque ipso scorbuto. Ex cognita autem vi acri alkalina, & pene ignea SINAPIS vix unquam in morbis renum posse imperari patet; & quod ad hydropem, & scorbutum pertinet, in iis tantum morborum circumstantiis in usum vocari posse, quae acria calefacientia permittunt; illae autem animadversiones, quae traditae sunt, ubi dictum est de Cochlearia, majori adhuc jure coram oculis hic habendae sunt. His autem speciatim adjungendum est, frequentem SINAPIS seminum usum stomacho demum vim inferre, valide nimis abrasa tunica villosa, atque proclives homines reddere ad febres ex genere acutarum, quas gignit bilis acris, & fervida reddita. Semen SINAPIS dicitur febres intermittentes sustulisse ante accessionem datum, sed hoc remedii genus in iis tantum febribus utilitatem afferre posse videtur, in quibus expedit viscidos humores solvere, ac vehementiorem paroxysmum excitare. Frequentior apud Medicos usus medicinalis seminum SINAPIS est in praesidiis chirurgicis, quae *Sinapismi* dicuntur. Ii parantur ex pulvere seminum SINAPIS, mica panis, aut fermento cum aceto in mollis emplastri formam subactis, atque applicantur suris, saepiusque plantis pedum. Ex horum applicatione pars brevi tempore calet, dolet, inflammatur, & denique in inflammata parte vescicae attolluntur. Ad huiusmodi praesidia confugiunt Medici, ut



doloris vi a sopore aegri excitentur, fibrae torpentis actio erigatur, atque humores ab aliis partibus ad inferiores attrahantur. Iisdem utuntur in apoplexia, morbisque soporosis, atque exanthematum quorundam male erumpentium expulsionem determinanda, tum etiam ad humorem podagricum, aut arthriticum devium ad pedes attrahendum, atque ichorosum humorem ex tiliarum ulceribus resorptum, caputque, ut saepe evenit, afficientem ad sua pristina loca revocandum. Tametsi vere magnum, & efficax praesidium in Sinapismis positum sit, puto tamen nonnullos iisdem abuti, neque eorundem usum probamus in morbillis, & scarlatina febre, aut milliari morbo, facile enim natae ex dolore aegrorum jactationes in convulsiones, atque delirium transeunt; neque etiam facilis esse debet Sinapismorum usus in variolis difficile erumpentibus, atque videndum est, num torpida fibra adeo stimulans remedium requirat. Habenda haec etiam est diligentia, ut eorundem applicatio (nisi agatur de forti, & gravissimo morbo) non multum perduret, neque vescicas excitet, sed intra limites rubefacientis auxilii subsistat, eo quod in plantis pedum excitata ulcera non ita facile sanentur, atque aegri deinde jam ex integro restituti pedibus per diutinum tempus insistere nequeant. Seminum SINAPIS intus datorum dosis esse potest a scrupulo semisse ad scrupulos duos.

960. SINAPIS pyrenaica. tab. 55. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 93.

*Sinapis siliquis striatis scabris, foliis runcinatis laevibus.* LINN. spec. p. 934.

*Raphanus pyrenaicus.* CRANTZ. Crucif. p. 109. n. 7.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 168.

*Erysimum (pyrenaicum) foliis runcinatis, siliquis obliquis cauli appressis.* VILL. prosp. p. 39. tab. 21. fig. 2.

*Erysimum dentis leonis folio perenne pyrenaicum.* TOURN. inst. 228.

Loc. Circa casas alpium in monte *Cenisio*, & *Valdensium* alpibus, uti etiam in alpibus di *Viù*. BIENNIS.

DESCR. Caules angulati laeves rotundi striati flexuosi glabri. Foliorum margo, & costa breviter subhirsuta; folia petiolata petiolo sulcato, pinnatifida, pinnis triangularibus, inferius praesertim dentatis: ex alis foliorum pedunculi floriferi. Flores umbellati, deinde racemosi, pedunculus teres. Calyx ex foliolis quatuor linearibus ex viridi luteis, unguium circiter longitudine. Petala ovata integerrima odore *Erucae* perennis. Stamina totis antheris altiora calycinis foliis. Antherae luteae didymae: duo stamina breviora. Stigma capitatum, non bifidum. Caules striati cum siliquis varie intorti. Siliqua striata torosa teres. Semina oblonga interiori parte sulcata nidulantur decem, aut duodecim utrinque. Stigma lineam semissem longum persistit. Sapor acris.

Obs. Licet stigma persistens breve sit, neque cornu acutum referat propter torosas siliquas, ad SINAPIS genus potest pertinere.

961. SINAPIS maritima.

*An sisymbrium austriacum.* JACQ. Fl. Austr. tab. 262.

Loc. Nascitur ad oras maritimas *Uneliae*. Cl. BELLARDI in descensu di *Col di Tenda*, atque sequentibus montibus versus *Nicaeam*, uti etiam circa thermas *Vinadii* crescere animadvertit. BIENNIS.

DESCR. Habitus SINAPIS *pyrenaicae*, sed ab ea differt non modo loco natali, verum etiam non nullis notis. Radix biennis folia radicalia longe petiolata, versus petiolum praesertim sinuato-angulata. Caulina parcius dentata, & longiora fine triangulari, summa vix angulata, & potius hastata. Omnia succosa, & crassula glaberrima subglauca superne concava, caulis bicubitalis firmus erectus ramosus teres glaberrimus, ramis ferentibus florum racemum. Calyx patens. Petala ovata unguiculata sulphurea. Pedunculi post florescentiam incrassantur. Siliquae irregulariter ramis appressae, & fere contortae teretes torulosae versus finem angustiores, deinde stigmatate bicolli persistente incrassatae, non vero cornutae.



*Obs.* Propter siliquas torulosas ad *SINAPIS* genus retuli, sed neque *SINAPIS pyrenaica* cornuta est. In utraque notabilis stylus cum stigmate bicolli persistit, atque hae stirpes *Sisymbrium* cum *SINAPI* genere conjungunt.

962. *SINAPIS* Tournefortii.

*Icon. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 98.*

*Brassica foliis runcinatis hispidis, caule hispido, siliquis torulosis glabris patentibus rostro longissimo. GOU. Illustr. tab. 20. A.*

*Sinapi hispanicum minus raphani folio. TOURN. 227.*

*Loc.* Locis rupestribus prope *la Madonna delle fenestre* in comitatu *Nicaeensi*. Supra *Usselio*, atque infra *Rochemelon* eundo versus *Segusium. BIENNIS.*

*DESCR.* Radix alba biennis digitalis teres, primum simplex, deinde aliquot teretes ramos demittens, vix fibrillas habens. Folia radicalia caulinis similia petiolata sunt, petiolo-semitereti supra excavato canaliculato biunciali. Foliorum ambitus in universum ellipticus. Folia obscure virentia aspera, undique pilosa, pilis albis in ambitu, & nervis erectis in superficie depressis. Petioli similiter pilosi sunt. Folia composita ex pinnis a sex ad octo. Duo prima paria dissita sunt, quae sequuntur continuo approximantur, atque decurrente per petiolum folio confluent. Pinnulae lanceolatae magnis dentibus pinnatim incisae. Dentes inferiores majores. Caulina folia similia sunt, sed pinnae angustiores, atque pauciori numero dentium instructae. Caulis teres similiter pilosus. Petala obovata flava pura, sed cum exarescere incipiant, venas rubras ostendunt. Stamina linearia primum alba, demum purpurascens calyce longiora; antherae virides hastatae. Calycis foliola viridia oblonga. Sapor foliorum rapaceus. Siliquae torosae, longissimae rostratae.

963. *SINAPIS* recurvata. † tab. 82.

*Sinapis foliis radicalibus subruncinatis, caulinis pinnatifidis, siliquis recurvatis.*

*Loc.* Ad thermas *Vinadii* locis sterilibus legit *Cl. BELLARDI* raram hanc *SINAPIS* speciem, cujus nullam apud rei herbariae Scriptores mentionem reperio.

*DESCR.* Radix crassa oblonga parum fibrosa subalbida biennis. Caulis rotundus laevis, cubitalis, ramosus, ramis alternis suberectis. Folia radicalia longe petiolata, petiolo canaliculato pilis sparsis hispidulo, subruncinata ea sunt, pinnulis rotundatis late, & obtuse dentatis. Folia caulina longe brevius petiolata, profunde pinnatifida, pinnis lanceolatis, extrema longiora dentata. Flores de more gentis umbellati, & demum racemosi. Calyx erecto-patens laevis. Petala dilute-flava integra lineis fuscis picta. Flos calyce duplo major. Siliquae sequuntur torosulae striatae; semina numerosa subrotunda parumper arcuata ruffa saporis amari continent, longo rostro cuspidato instructae. Trium unciarum longitudinem habent, atque maturae ita in arcum flexae sunt, ut curvaturae convexa pars superior sit. Basis mucronis, sive cornu semina etiam solet continere.

*BRASSICA. LINN. gen. n. 734. syst. n. 820. TOURN. tab. 106.*

Calycis folia erecta. Siliqua tetragona, aut subtetragona cauli obliqua, cornu saepius terminata.

964. *BRASSICA* orientalis.

*Icon. TAUR. Vol. IX. tab. 36. f. 2.*

*Brassica foliis cordatis amplexicaulibus glabris, radicalibus scabris integerrimis, siliquis tetragonis. LINN. spec. p. 931.*

*Erysimum (perfoliatum) foliis cordatis amplexicaulibus glabris. CRANTZ, fasc. 1. ed. 2. p. 27.*

*Erysimum (orientale) foliis cordatis amplexicaulibus glabris, radicalibus scabris integerrimis. CRANTZ. Crucif. p. 116. n. 8.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 282.*

*Brassica orientalis perfoliata, flore albo, siliqua quadrangula. TOURN. Cor. 16.*

*Brassica campestris perfoliata flore albo. BAUH. pin. 112.*

*Loc.* In Comitatu *Nicaeensi* lecta est. *ANNUA.*



*Obs.* Propter siliquam quadrangulam ad *Erysimum* retulit *Cl. CRANTZ.*, verum propter habitum cum *campestri*, & *arvensi* omnino convenientem inter *BRASSICÆ* species recenseo, eo vel magis quod plerarumque *BRASSICARUM* siliquae quadrangulae sint, neque nota a rostro desumi possit, quae in *arvensi* deficit; siliqua autem unice quadrangula *Erysimi* genus non potest definire, nisi erecta, & cauli approximata sit.

965. *BRASSICA campestris.*

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 84.*

*Brassica radice, cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis sessilibus.* LINN. spec. p. 931.

*Eruca foliis ovatis integerrimis amplexicaulibus.* HALL. hist. 1. n. 457.

*Brassica foliis caulinis cordatis amplexicaulibus, petalis erectis conniventibus, siliquis tetragonis.* GER. Fl. Gallopr. p. 368. n. 2.

*Brassica (perfoliata) caule, ramisque virgatis tenuibus, foliis cordatis amplexicaulibus glabris.* CRANTZ fasc. 1. ed. 2. p. 37., crucif. p. 113. n. 21.

*Erysimum campestre.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 827.

*Brassica campestris perfoliata flore luteo.* BAUH. pin. 112.

*Loc.* In agris inter Hortum Regium, & viam publicam *Montiscalerii* a me adinventata est. In arvis *Sabaudiae* frequens. *ANNUA.*

966. *BRASSICA arvensis.*

*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 33.*

*Brassica foliis spatulatis repandis amplexicaulibus, summis cordatis integerrimis.* LINN. mant. p. 568.

*Brassica campestris perfoliata flore purpureo.* BAUH. pin. 112.

*Brassica sylvestris fabariae foliis.* BOCC. sic. 49. tab. 25. fig. 3. 4.

*Loc.* Ad vias, & muros hortorum circa *Ventimiglia* reperit *Ignatius MOLINERI.* *PERENNIS.*

967. *BRASSICA Richerii* tab. 58. fig. 1. & tab. 76. fig. 2.

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 75. & Vol. XXVI. tab. 81.*

*Brassica foliis inferioribus petiolatis subserratis, summis lineari-lanceolatis integris.* GERARD Fl. Gallopr. p. 367. cum descript.

*Brassica alpina perennis.* TOURN. inst. 220.

*Brassica (Richerii) radice caulescente, foliis dentatis petiolatis, siliquis patentibus tetragonis.* VILL. prosp. p. 40. tab. 20. f. 3.

*Loc.* In valle *Queiras* in descensu montis *Vesuli*, & in parvo monte *Cenisio*, loco dicto *la Combe d'Ambin.* *PERENNIS.*

*DESCR.* Radix lignosa, parum fibrosa striata perennis. Folia radicalia elliptica, obtuso fine, in ambitu obscure sinuato-angulata, innixa petiolo canaliculato longitudine foliorum. Caulis teres, striatus, cavus, sesquicubitalis, simplex aut etiam ramosus. Folia in caule aliquot dissita similia, sed brevius petiolata, vix angulata. Flores umbellati, flavi. Petala ovata, vix emarginata, venosa, venis saturatoribus. Calyx cylindricus ex foliolis linearibus. Antherae virides. Stylus staminibus brevior. Siliquae sequuntur erectae, racemosae, torulosae, subquadrangulares, sed utrimque in aciem extenuatae, semina ovata obscura continentia. Tota planta glaberrima est, tenera, & succosa, glauco-virens. Habitum totius plantae, & fructificationem accuratius exprimit tab. 76. fig. 2.

968. *BRASSICA alpina.*

*ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 57.*

*Brassica foliis caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus, radicalibus ovatis, petalis erectis.* LINN. syst. 12. p. 444. mant. 95.

*Brassica alpina perennis.* RUPP. Jen. p. 75.

*Brassica sylvestris alpina.* BAUH. prodr. p. 54.

*Turritis foliis glaberrimis curvis rotundis petiolatis, superioribus amplexicaulibus sagittatis obtusis.* HALL. hist. 1. n. 454.



*Brassica sylvestris major latifolia*. THAL. *hercyn.* p. 16.

*Brassica sylvestris folio Betae*. THAL. *hercyn.* p. 17.

*Brassica sylvestris media foliis membranaceis*. THAL. *hercyn.* p. 18.

*Brassica sylvestris media*. THAL. *hercyn.* p. 18.

*Brassica (alpina) foliis laevibus radicalibus ellipticis caulinis amplexicaulibus, siliquis erectis*. VILL. *prosp.* p. 40. *tab.* 20. *fig.* 1.

*Loc.* Locis umbrosis, & abruptis Comitatus *Nicaeensis* circa *la Giandola*, & inter *S. Michel*, & *S. Martin*, uti etiam inter *Susa*, & *Bussolino*. BIENNIS.

*DESCR.* Flores umbellati, deinde racemosi. Calyx erectus ex foliolis linearibus. Petala linearia alba, versus finem paullo ampliora, vix emarginata, uno triente calyce altiora, unguibus dimidiam foliorum calycis longitudinem metientibus. Antherae luteo-virentes staminibus petalorum longitudinem aequantibus. Folia caulina ex cordato-lanceolata, semiamplexicaulia, hamis rotundatis instructa, glaberrima; subtus glauco-pallentia. Caules bicubitales, aut tricubitales, simplices. Flores terminales, saepius pedunculus alter floriger accedit, ita ut caulis duplici umbella terminetur. Folia radicalia petiolata obtusa, alias elliptico-lanceolata. Siliquae torulosae ad latera licet compressae, tamen subtetragonae, non rostratae. Caulis glaberrimus, teres, rore glauco obductus.

969. BRASSICA erucastrum.

*ICON. TAUR. Vol. X. tab.* 29. & 46.

*Brassica foliis runcinatis, caule hispido, siliquis laevibus*. LINN. *syst.* 12. p. 444.

*Eruca caule hirto, foliis hirsutis semipinnatis, pinnis subrotundo-dentatis*. HALL. *hist.* 1. n. 459. *emend.* 2. n. 18.

*Raphanus erucastrum*. CRANTZ *crucif.* p. 111. n. 15.

*Erysimum erucastrum*. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 828.

*Brassica (erucastrum) siliquis torulosis, rostro brevissimo, calycibus patentibus*. VILL. *prosp.* p. 40. *tab.* 20. *f.* 5.

*Eruca sylvestris major lutea caule aspero*. BAUH. *pin.* 98. TOURN. *inst.* 227.

*Eruca sylvestris*. DOD. *pempt.* 708.

*Loc.* Locis arenosis aridis collium calidiorum, & in alveis torrentium, & fluminum abunde. PERENNIS.

970. BRASSICA eruca.

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab.* 42.

*Brassica foliis lyratis, caule hirsuto, siliquis glabris*. LINN. *spec.* p. 932.

*Sinapi siliquis tetragonis hirsutis, floribus venosis*. HALL. *hist.* 1. n. 464.

*Raphanus eruca*. CRANTZ. *Crucif.* p. 111. n. 14.

*Eruca sativa*. DOD. *pempt.* 708. LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. p. 496.

*Sinapi alterum genus*. FUCHS. *hist.* 539.

*Eruca*. MATTH.

OFF. *Eruca sativa*.

VERN. *Aruga*.

*Loc.* *Nicaeae* in incultis reperitur. ANNUA.

*VIR.* In acetariis solet recipi subacris leviter aromatica planta, quae principia continet exstimulantia, leviter incidentia, antiscorbuticarum stirpium aemula, sed adest praeterea principium aliquod oleosum aromaticum stomacho amicum. Semina accedunt ad semina Sinapis, sed longe minus activa sunt, caeterum cuti applicata possunt etiam eam rubefacere. Usus diaeteticus foliorum *Erucae* commendatur ad stomachi vires excitandas, & mucum incidendum, atque in senibus pituitosis proficuum dicitur usus *Erucae*. Multum etiam laudata est ad tardos maritos in venerem concitandos, quod quidem aliqua ratione praestare potest eorum principiorum actione, quae superius eidem assignata sunt.



## ARABIS. LINN. gen. n. 732., syst. n. 818.

Siliqua compressa longissima erecto-patens ad seminum situm protuberans.

## 971. ARABIS thaliana.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 2. f. 2. & Vol. X. tab. 44. f. 2.

Arabis foliis radicalibus petiolatis ovatis dentatis, caule subnudo ramoso. HALL. hist. 1. n. 452.

Arabis foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. LINN. spec. p. 929.

Arabis foliis radicalibus petiolatis lanceolatis partim integris, partim dentatis. CRANTZ fasc. 1. p. 41. tab. 111. f. 2., crucif. p. 124. tab. 111. f. 2.

Arabis ramosa. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 510.

Turritis vulgaris ramosa. TOURN. inst. 224.

POLLIG. Palat. n. 636. cum icone.

Bursae pastoris similis siliquosa major, & minor. BAUH. pin. 108.

Bursa pastoris, seu pilosella siliquosa. BAUH. hist. II. p. 870.

Loc. In arvis, & locis sterilibus circa urbem, & pagos ubique copiose. ANNUA.

## 972. ARABIS alpina.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 91.

Arabis caule ramoso diffuso, foliis amplexicaulibus dentatis incanis. HALL. hist. 1. n. 451.

Arabis foliis amplexicaulibus dentatis. LINN. spec. p. 928.

Arabis foliis radicalibus subovatis denticulatis: caulinis alternis, amplexicaulibus erectis.

NEKER tom. 1. p. 284.

Arabis foliis amplexicaulibus dentatis, caule diffuso ramoso. ROY. Leyd. p. 339. n. 3.

Turritis verna. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 490.

Leucojum vernum perenne album majus. TOURN. inst. 221.

Draba alpina siliquosa. BAUH. pin. 109.

Hesperis alpina, seu muralis minor repens. BAUH. hist. II. p. 880.

Loc. In saxosis umbrosis pene summarum alpium ad torrentium convalles ubique passim. ANNUA.

## 973. ARABIS saxatilis N.

Arabis caule erecto, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, siliquis longitudine racemi.

Arabis (nova) caule recto, foliis caulinis dentato-serratis, siliquis erectis. VILL. prosp. p. 39.

Loc. Circa Segusium, & la Novalesa locis sterilibus, & saxosis. Ignatius MOLINERI circa Cesana similibus locis. BIENNIS.

DESCR. Altitudo palmaris, & sesquipalmaris. Tota planta molli hirsutiae canescit. Caulis rotundus simplex. Folia conferta erecta alterna, aut potius inordinata lanceolata sessilia, ad basim auriculata, & auriculis caulem amplectentia, profunde dentata. Radix annua teres, vix fibrosa. Ex radice interdum plures caules nascuntur. Umbella terminalis nutans. Pedunculi inferiores longiores. Calyx viridis ex foliolis conniventibus ovato-lanceolatis, quorum duo paullo majora, & inferiora gibba sunt, petala alba subquadrata, non emarginata vix calyce majora. Stamina longitudine calycis. Stylus staminibus paullo elatior. Stigma subrotundum bifidum. Siliquae sequuntur in breves racemos dispositae suberectae, & patentes, non cauli appressae, planae, compressae, ita tamen ut utrinque striam elatiorem habeant, non rostratae, lucide virentes. Pedunculi glabri virides incrassati. Siliquarum longitudo metitur longitudinem racemi.

## 974. ARABIS scabra.

Leucojum foliis radicalibus subrotundis scabris dentatis caulinis amplexicaulibus, hirsutis. HALL. hist. 1. n. 447.

Cardamine pumila bellidis folio alpina. SEGU. Veron. p. 387.

Loc. Cl. BELLARDI, & Franciscus PEYROLERI in saxosis Pralugnan eundo versus la Motta. BIENNIS.



## 975. ARABIS turrita.

- ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 36. fig. 1. & Vol. X. tab. 44. fig. 1.  
*Arabis* (umbrosa) foliis radicalibus longe petiolatis caulinis amplexicaulibus lingulatis, siliquis compressis uno versu pendulis. CRANTZ. Crucif. p. 126. n. 9.  
*Arabis* foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis planis linearibus, calycibus subrugosis. LINN. spec. p. 930.  
*Arabis* (umbrosa) siliquis compressis latis uno versu pendulis. CRANTZ. fasc. 1. ed. 2. p. 41.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 11.  
*Turritis ochroleuca*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 490.  
*Turritis* foliis hirsutis amplexicaulibus, siliquis nutantibus. HALL. emend. 2. n. 14. cum descriptione.  
*Leucojum Hesperidis folio*. TOURN. inst. 221.  
*Brassica sylvestris albido flore, nutante siliqua*. BOCC. mus. 2. p. 81. tab. 72. BARR. ic. 353.  
 Loc. In sylvis caeduis, & umbrosis collium Taurinensium. BIENNIS.

## 976. ARABIS Halleri.

- Arabis* foliis caulinis sublyratis, rameis lanceolatis incis. LINN. spec. p. 929.  
*Cardamine stolonifera*. SCOP. Fl. Carn. tom. 2. p. 22. tab. 39.  
*Sisymbrium foliis imis barbareae, superioribus integris dentatis*. HALL. opusc. 101. tab. 1. f. 1.  
*Nasturtium barbareae foliis*. BAUH. pin. 105. prodr. 66.  
 Loc. In monte Sylvio lecta est. PERENNIS.

## TURRITIS. LINN. gen. n. 733., syst. n. 819.

Calyx connivens erectus deorsum non gibbus. Petala erecta. Siliquae erectae cauli approximatae, & contiguae.

## 977. TURRITIS glabra.

- ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 72. f. 1.  
*Turritis* foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. LINN. spec. p. 930. CRANTZ fasc. 1. ed. 2. p. 37.  
*Dentaria* foliis simplicibus imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus. SCOP. Fl. Carn. p. 516. n. 2., ed. 2. n. 839.  
*Erysimum* (glastifolium) foliis circa radicem confertis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris, caule longe virgato. CRANTZ crucif. p. 117. n. 11.  
*Turritis* foliis inferioribus cichoraceis caeteris perfoliatae. TOURN. inst. 214.  
*Brassica sylvestris foliis circa radicem cichoraceis*. BAUH. pin. 112.  
*Glastifolia cichoroides turritis secunda Clusii*. BAUH. hist. II. p. 836.  
 Loc. In sylvis apricis Astensis provinciae, & collium Taurinensium passim occurrit. Secus viam inter Settimo, & Brandizzo, uti etiam circa Moncrivello legit Cl. BELLARDI. BIENNIS.

## 978. TURRITIS hirsuta.

- ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 72. f. 2. & Vol. XIV. tab. 18.  
*Turritis* foliis omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus. LINN. spec. p. 930. HALL. hist. 1. n. 456.  
*Turritis* foliis asperis dentatis, caule simplici. HALL. Helv. 561.  
*Turritis* foliis lanceolatis, alternis hispidis. SCOP. Fl. Carn. p. 516. n. 1.  
*Erysimum* (hirtum) foliis omnibus hispidis circa radicem confertis, caulinis magis sessilibus. CRANTZ crucif. p. 117. n. 12.  
*Arabis hirsuta*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 835.  
*Turritis minor*. MAGN. bot. monsp.  
*Erysimo similis hirsuta non laciniata, floribus albis*. BAUH. pin. 101. prodr. 42.  
 Loc. Ad muros, atque in locis aridis, non tamen sole percussis, collinis potissimum. BIENNIS.

Y y y





## 979. TURRITIS Raji.

*Turritis foliis runcinato-dentatis hirtis, caulinis perpaucis integerrimis, caule ramoso subnudo.* VILL. prosp. p. 39.

*Hesperis alpina minor flore albo, siliquis longis.* RAI. Sillog. exter. 296.

Loc. In valle Ulciensi reperit Ignatius MOLINERI. Nascitur etiam in monte Vesulo, atque circa Ussey Cl. BELLARDI. PERENNIS.

## 980. TURRITIS bellidifolia tab. 40. fig. 1.

*Arabis foliis subdentatis radicalibus obovatis cuneiformibus, caulinis lanceolatis.* LINN. mant. p. 94.

JACQ. Fl. Austr. tab. 280.

*Arabis foliis radicalibus ovatis integerrimis scabris, caule subnudo.* HALL. Emend. 11. n. 23.

*Cardamine foliis radicalibus subrotundis dentatis, scabris, caulinis amplexicaulibus hirsutis.* HALL. Emend. 4. n. 230.

*Leucojum foliis laevissimis rariter dentatis, imis petiolatis ovatis, caulinis amplexicaulibus.* HALL. hist. n. 446.

*Turritis foliis caulem ambeuntibus polyceratiis.* BOCC. mus. p. 49. tab. 41.

*Nasturtium alpinum bellidisfolio majus.* BAUH. pin. 105. prodr. 46. hist. II. p. 870.

Loc. In saxosis alpium non infrequens est. PERENNIS.

DESCR. Folia radicalia ovata, aut elliptica petiolata, obsolete denticulata; petioli ora, & denticulis brevissimos pilos exerentibus. Folia succosa, viridia, superius asperiuscula. Caules rotundi, virides. Folia caulina rara, sessilia, fere amplexicaulia, alterna, elliptico-lanceolata, evidentius dentata, denticulis etiam pilum exerentibus. Flores umbellati. Pedunculi teretes, virides, breves, longitudine calycis. Calycis semper conniventis, & erecti foliola quatuor elliptica, margine albicante. Petala subquadrata aliquando laevissime emarginata. Antherae luteae. Stigma luteum. Petala erecta vix patentia. Antherae stigmatibus altiores. Sapor foliorum nasturcinus, sed debilis. Siliquae erectae breviter pedunculatae compressae, torulosae, valvis per maturitatem secedentibus, non tamen contortis. Semina utrinque duodecim, aut quindecim compressa, non marginata, obscuri spadicei coloris.

## 981. TURRITIS caerulea N. tab. 40. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 102. fig. 2.

*Leucojum foliis oblongis dentatis spica nutante.* HALL. hist. 1. n. 445. MISC. TAUR. tom. 5. p. 74. n. 82.

Loc. In lapidosis ad fontium scaturigines, aut rivulos nivis deliquescentis in editis alpibus, uti Iseran, Alpré la Lombarda, Montet, la Vanoise, & utroque monte S. Bernardi. PERENNIS.

DESCR. Quemadmodum jam recte adnotavit celeberr. HALLERUS, proxima Arabi bellidifoliae LINNÆI haec planta est, eamque accurate descripsit. Differt minori constanter altitudine, foliis radicalibus in rosulae modum plerumque non expansis, sed veluti una collectis vix petiolatis, duobus plerumque, atque majoribus dentibus instructa; firmiora etiam sunt. Flores non umbellati, sed potius racemosi, nutantes, pauciores; petalis, & calyce erectis conniventibus. Siliquae erectae, compressae, similes.

HESPERIS. LINN. gen. n. 731., syst. n. 817. TOURN. tab. 108.

Calyx deorsum insigniter gibbus tubulosus. Siliqua compressa cum septo fungoso, in quo semina nidulantur saepius ovata.

## 982. HESPERIS matronalis.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 15. 37.

*Hesperis caule simplici erecto, foliis ovato-lanceolatis denticulatis, petalis mucrone emarginatis.* LINN. spec. p. 927. CRANTZ fasc. 1. ed. 2. p. 35.

*Hesperis caule simplici erecto, petalis mucrone emarginatis.* CRANTZ crucif. p. 122. n. 3.



*Hesperis hortensis*. BAUH. pin. 202.

*Viola matronalis*. DOD. pempt. 161.

OFF. *Hesperis*, s. *viola matronalis*.

Loc. In sylvis collium *Taurinensium*, ibi cum data opera colatur, suspicari liceret dispersa semina originem dedisse, sed eadem planta copiosissime nascitur supra *Bobbio* in sylvis ab omni habitatione longe remotis, ergo pro indigena planta haberi potest. PERENNIS.

983. HESPERIS sylvestris.

*Hesperis caule subhispido erecto, valvis latitudine siliquae*. CRANTZ fasc. 1. p. 32.

*Hesperis altera pannonica, inodora, sylvestris*. CLUS. hist. 1. p. 296.

*Hesperis III*. CLUS. hist. 1. p. 296.

*Hesperis sylvestris inodora*. BAUH. pin.

Loc. In sylvis caeduis circa *Limone*, & in valle *Uneliae*. PERENNIS.

OBS. Culta hirsutiem non dimittit, atque florem album ostendit.

984. HESPERIS verna.

*Hesperis caule erecto ramoso, foliis cordatis amplexicaulibus serratis villosis*. LINN. spec. p. 928.

*Turritis annua verna, flore purpurascens*. TOURN. inst. 224.

*Leucojum maritimum latifolium*. BAUH. pin. 201. MORIS hist. 2. p. 241. s. 3. tab. 8. f. 5.

*Leucojum marinum alterum latifolium purpureo-violaceum*. LOB. ic. 333.

*Leucojum minus rotundifolium, flore purpureo*. BARR. ic. 876.

*Turritis purpurea*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 491.

Loc. Habitat in agro *Nicaeensi*. ANNUA.

985. HESPERIS laciniata N. tab. 82. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 95.

*Hesperis caule ramoso, foliis inaequaliter laciniatis, flore sulphureo*.

Loc. Ad rupes locis apricis, & sole percussis circa *la Briga, e Sospello*. BIENNIS.

DESCR. Folia sessilia lanceolata profunde, & inaequaliter dentata, mollia ex viridibus subcinerea. Tota planta brevibus pilis villosa. Caules rotundi. Calyces cylindrici conniventes virides, aliquantum ad basim ventricosi, & gibbi, foliolis linearibus, acuto fine, concavis. Ungues vix longitudine calycis. Flos expansus planus; petalorum lamina linearis, fine ovato ampliori non acuto, laeviter emarginato, pallidissime sulphurea, inodora, subtus ad unguis subvirens. Antherae sulphureae hastatae bisulcae. Tuba staminibus brevior. Stamina albescentia. Siliquae sequuntur compressae. Pedunculi calyce breviores erecti, flores umbellati, postea racemosi. Folia radicalia petiolata, petiolo brevi, & qui vix aequat dimidiam folii longitudinem, subtus autem convexus est; supra planus, caulinis firmiora, & succulenta, ovata, obsolete, & potius angulato-dentata.

OBS. Neque siliquae, neque calyx, neque semina aut compressa, aut subrotunda distinguunt a *Cheirantho Hesperidis* genus ita, ut videantur haec duo genera in unum posse conjungi. Fortasse etiam *Cheiranthi* species calycem inferius non gibbum habentes erunt a *Cheiranthi* genere removendae?

CHEIRANTHUS. LINN. gen. n. 733. syst. n. 815.

Convenit cum *Hesperide* calyce connivente, & inferius gibbo.

Differt seminibus in septo fungoso non nidulantibus.

986. CHEIRANTHUS alpinus. tab. 20. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 16. f. 2. & tab. 82.

*Cheiranthus foliis linearibus integris subtomentosis*. LINN. syst. 12. p. 441. mant. 93.

*Hesperis foliis glabris, linearibus lanceolatis obiter dentatis*. HALL. hist. n. 449. tab. 14.

*Leucojum angustifolium alpinum flore sulphureo*. SPEC. PEDEM. p. 44. tab. 9. f. 3.

TOURN. inst. 222.

*Erysimum foliis linearibus incanis integris*. GER. prov. 363.



*Loc.* Ubique in saxosis, & rupestribus alpium. *BIENNIS.*

*DESCR.* Mirum dictu quantum foliis ludat pro locorum diversitate *CHEIRANTHUS alpinus*. Altitudo ejusdem modo digitalis, modo palmaris, aut etiam pedalis. Folia etiam interdum pene linearia, interdum elliptica. Varietas quam exhibet *tab. 20. fig. 2.* folia habet elliptico-lanceolata insignis magnitudinis, atque tantum hujusce plantae incrementum tribuendum est feracissimo solo, in quo adolevit. Decerpsi hanc varietatem in summo jugo *Assiette* eo in loco, in quo Militum castra anno antecedenti constiterant.

987. *CHEIRANTHUS* Cheiri.

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 16. f. 1. & tab. 18. 26. 27. 34.*

*Cheiranthus foliis lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis, caule fruticoso. LINN. syst. 12. p. 441.*

*Leucojum foliis glabris lanceolatis integerrimis. HALL. hist. tom. 1. n. 443.*

*Erysimum Cheiri. CRANTZ. Crucif. p. 116. n. 10.*

*Leucojum luteum vulgare. BAUH. pin. p. 202. TOURN. inst. 221.*

*Leucojum luteum vulgo Cheiri, flore simplici. BAUH. hist. II. 872.*

*Leucojo giallo. MATTH.*

*OFF. Cheiri.*

*VERN. Violé ordinari.*

*Loc.* In muris praesertim locis collinis valde frequens. Nolo tamen, num vere spontanea sit, definire, cum possit ex hortorum rejectamentis primam originem habuisse. *PERENNIS.*

988. *CHEIRANTHUS* Boccone. *tab. 58. fig. 2.*

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 50.*

*Hesperis foliis linearibus lanceolatis rariter dentatis, siliquis erectis tetragonis. HALL. hist. tom. 1. n. 450.*

*Leucojum minus angustifolium luteum. BOCC. mus. p. 148. tab. 111.*

*Cheiranthus helveticus. JACQ. hort. Vind. cent. 3. tab. 9.*

*Loc.* Inter *Villafranca*, & *Menton* locis aridissimis, & circa *Augustam Praetoriam. BIENNIS.*

*DESCR.* Altitudo bicubitalis. Folia canaliculata, fere complicata sessilia, longissime elliptico-lanceolata, nervo costae per caulem decurrente. Radicalia obiter denticulata raris denticulis. Tota planta pilis rigidiusculis appressis aspera, & cinerea. Caulis erectus, firmus striatus in singulis alis gemmas habens, atque circa medium ramosus, ramis patentibus. Flores terminales. Caulis, & ramorum umbellae, in longum racemum siliquarum abeunt. Flores erecti, breviter pedunculati. Calyx tubulatus, foliolis albidis duobus deorsum gibbis. Stamina quatuor longitudine calycis duo breviora. Petala obtuse ovata, sulphurea, pura, vix levissime emarginata. Antherae hastatae, luteo virentes. Siliquae erectae patentes, non cauli appressae, non paralellae, sed cum pedunculis ad angulum acutum a caule recedentes. Siliquae angulis extantibus acutis quadrangulae aequales, biunciales, & ultra, maturae obscure pubescunt brevi cylindrico cornu terminatae. Semina ovata per longum sulcata. Valvulae siliquarum inferius dehiscere incipiunt. In *CHEIRANTHO alpino* rami ubi adsunt, cum caule ascendunt. Siliquae cauli approximatatae, & paralellae, obtuse tetragonae, torulosae, breviores. Floris autem petala multo majora, fere cordata emarginata, levissime crenulata.

989. *CHEIRANTHUS* maritimus.

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 54. fig. 2.*

*Cheiranthus foliis lanceolatis acutiusculis, caule ramoso diffuso, antheris eminentibus. LINN. syst. 12. p. 441.*

*Leucojum maritimum parvum, folio virescente crassiusculo. BAUH. hist. II. p. 877. PLUCK. phyt. 432. f. 2.*

*Hesperis maritima supina exigua. TOURN. inst. 223.*

*Hesperis maritima. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 504.*

*Loc.* Habitat in agro *Nicaeensi. ANNUUS.*



## 990. CHEIRANTHUS littoreus.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 65.

*Cheiranthus foliis lanceolatis subdentatis subtomentosis subcarnosis, petalis emarginatis, siliquis tomentosiss.* LINN. spec. p. 925.

*Leucojum maritimum minus.* CLUS. hist. 1. p. 298.

Loc. Haec littoris *Nicaeensis* indigena planta est. ANNUUS.

## 991. CHEIRANTHUS tristis.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 10.

*Cheiranthus foliis linearibus subsinuatis, floribus subsessilibus, petalis undatis, caule fruticoso.* LINN. syst. 12. p. 442.

*Cheiranthus caule ramoso diffuso, foliis linearibus acutis sinuato-dentatis, petalis linearibus crispis.* MISC. TAUR. tom. 5. p. 75.

*Leucojum minus Lavandulae folio, obsoleto flore.* BOCC. mus. 148.

*Leucojum minus purpureum angustifolium, longiori, breviorique folio, obsoleto flore.* BOCC. p. 77. tab. 66. BARR. ic. 999.

Loc. BOCCONE locis aridis, & saxosis in *Pedemontio* nasci refert. Ego in saxosis apricis arcis *la Brunette* collegi. Uti etiam in *Sabaudia* inter *Termignon*, & *Mordane* ad vias in muris. PERENNIS.

DESCR. Tota planta asperiuscula est cinereo-incana, & caulibus ramosis fere decumbit. Folia sunt concava duobus, aut tribus dentium paribus pinnata, & sinuata, ramea uno, alterove dente notantur, demum integerrima. Rami in longo racemo floriferi, floribus alternis sessilibus. Calyx tubulosus connivens duobus foliolis basi gibbis. Petala linearia apice emarginata sulphureo-viridia per aetatem lucide purpurascentia venosa, venis fuscis, margine crispo denticulato. Siliqua rotunda torosula praelonga, apice crassiori, stigmati divisione tantum signata. Noctu gratum odorem exhalat, qui aliqua ratione *Geranii trisis* fragrantiam refert.

## 992. CHEIRANTHUS sinuatus.

*Cheiranthus foliis tomentosiss obtusiss subsinuatis, ramis integris, siliquis muricatis.* LINN. spec. p. 926.

*Leucojum maritimum magnum latifolium.* BAUH. hist. II. p. 875.

*Cheiranthus foliis lyrato-sinuatis, calycibus pilosis, siliquis laevibus.* GER. p. 364. n. 5.

*Cheiranthus muricatus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 507.

Loc. Habitat in agro *Nicaeensi* prope *Villafranca*. BIENNIS.

ERYSIMUM. LINN. gen. n. 729., syst. n. 814. TOURN. tab. 111.

Calyx connivens non gibbus. Siliqua tetraedra, cauli minime, ut in *turritide*, contigua, licet approximata, & erecta.

## 993. ERYSIMUM barbarea.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 40. f. 1. & Vol. XIII. tab. 60.

*Erysimum foliis lyratis, extimo subrotundo.* LINN. spec. p. 922.

*Erysimum foliis pinnatis, pinna extrema maxima subrotunda.* HALL. hist. tom. 1. n. 479.

*Turritis foliis lyratis.* SCOP. Fl. Carn. p. 517. n. 2.

( *Sisymbrium* ( *barbarea* ) *foliis lyratis, extimo subrotundo, siliqua subquadrangula.* CRANTZ fasc. 1. p. 54. )

*Erysimum foliis subrotundo-lyratis.* GER. p. 362. n. 2.

*Sisymbrium barbarea.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 826.

*Eruca barbarea.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 492.

*Sisymbrium erucae folio glabro, flore luteo.* TOURN. inst. 206.

*Eruca latifolia, seu barbarea.* BAUH. pin. 98.

*Barbarea.* DOD. pempt. 712. I. B. 2. p. 868.

OFF. *Barbarea.*

Loc. Ad fossas, & secus prata ubique. PERENNE.

VIR. Subamara est, acris acrimonia antiscorbutica. *Sisymbrii aquatici* virtutes non aequat, sed aemulatur. Similis est adhibendi ratio.



## 994. ERYSIMUM alliaria.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 54. f. 1.

*Erysimum foliis cordatis*. LINN. spec. p. 922. HALL. hist. tom. 1. n. 480.

*Alliaria*. SCOP. Fl. Carn. p. 515. n. 1.

*Sisymbrium alliaria*. Ejusdem ed. 2. n. 825.

*Hesperis alliaria*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 303.

*Hesperis allium redolens*. MORIS ox. 2. 252.

OFF. Alliaria. MATTH.

Loc. In umbrosis, & ad sepes, praecipue in collibus frequens est. BIENNE.

VIR. Adversus gangraenam, & ulcera cancrrosa extus applicita plurimum valere dicitur. Odor sane vim antisepticam scordii aemulam promittit.

## 995. ERYSIMUM repandum.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 76. f. 1.

*Erysimum foliis lanceolatis dentatis, racemis oppositifoliis, siliquis racemosis subsessilibus, corollis minutis*. LINN. spec. p. 923.

JACQ. Fl. Austr. tab. 22.

Loc. In agris vallis di Fenestrelles repertum. ANNUUM.

## 996. ERYSIMUM cheiranthoides.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 40.

*Erysimum foliis lanceolatis integerrimis, siliquis patulis*. LINN. syst. 12. p. 441. HALL. hist. tom. 1. n. 477.

*Erysimum foliis lanceolatis integris, siliquis patulis*. GER. Fl. Gallopr. p. 363. n. 5.

*Turritis foliis lanceolatis rariter dentatis, caule ramoso*. BOHEM. fl. Lips. p. 120. n. 284.

*Erysimum foliis subintegerrimis alternis, nervo intermedio in caulem decurrente*. NEKER tom. 1. p. 281.

JACQ. Fl. Austr. tab. 23.

*Camaelina, myagrum alterum thlaspi effigie*. LOB. ic. 225.

*Myagrum secundum Lobelii*. TABERN. part. 2. p. 538.

*Turritis leucoidii folio*. TOURN. inst. 224.

*Myagrum siliqua longa*. BAUH. pin. 109.

*Myagro affinis planta siliquis longis*. BAUH. hist. II. p. 894.

Loc. Nascitur in agro Nicaeensi. ANNUUM.

## 997. ERYSIMUM hieracifolium.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 64.

*Erysimum foliis lanceolatis serratis*. LINN. spec. p. 923.

JACQ. Fl. Austr. tab. 73.

*Erysimum foliis lanceolatis obsolete dentatis, siliquis pedunculis adpressis*. GER. p. 363. n. 6.

*Leucojum luteum sylvestre hieracifolium*. BAUH. pin. p. 201. prodr. 202. HALL. hist. Helv. p. 196. ad calcem n. 450.

Loc. In montibus Vinadiensibus, & vallis Macrae frequens locis apricis. Ignatius MOLINERI inter Termignon, & Lanebourg; nascitur etiam in valle Sturae circa Berzé. BIENNE.

SISYMBRIUM. LINN. gen. n. 728., syst. n. 813. TOURN. tab. 109.

Siliqua teretiuscula, cornu non rostrata, dehiscens in valvas rectiusculas septo subaequales.

## 998. SISYMBRIUM nasturtium aquaticum.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 39.

*Sisymbrium siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis*. LINN. spec. p. 916.

*Sisymbrium foliis pinnatis, pinnis subrotundis, brevibus racemis*. HALL. hist. tom. 1. n. 482.

*Sisymbrium siliquis declinatis, foliis pinnatis angulosis*. CRANTZ fasc. 1. ed. 2. p. 46.

*Turritis foliis pinnatis, caule angulato*. SCOP. Fl. Carn. p. 518. n. 5., ed. 2. n. 820.

*Sisymbrium foliis pinnatis, foliolis subcordatis*. CRANTZ crucif. p. 132. n. 1.



*Cardamine fontana*. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 499.*

*Nasturtium aquaticum supinum*. BAUH. *pin. 104.*

*Sisymbrium cardamine, seu nasturtium aquaticum*. BAUH. *hist. 2. p. 884.*

*Sisembro aquatico*. MATTH.

OFF. *Nasturtium aquaticum*.

VERN. *Cresson*.

LOC. Ubique ad puras fluentes aquas. PERENNE.

VIR. Vi antiscorbutica excellit, & inter fervida antiscorbutica recensetur. Plura tamen non dicam, cum ea pleraque, quae dicenda forent, commode deduci possint ex iis, quae tradita sunt circa usum Cochleariae beccabungae, & sinapis. SISYMBRII *aquatici* principia activa etiam volatilia sunt, atque cum cochlearia conveniunt, sed multo minus fervida est, & confidentius ea uti in scorbuto medici possunt. Dari solet aut infusum, aut succus ab unciis duabus ad uncias tres, sed maxime gravis stomacho esse solet; frequentius in jusculo praescribitur, ut minus stomachum gravet.

999. SISYMBRIUM *tanacetifolium*.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 89.

*Sisymbrium foliis pinnatis: foliolis lanceolatis inciso-serratis, extimis confluentibus*. LINN. *syst. 12. p. 439.* GER. *Fl. Galloprov. p. 360. n. 11.*

*Eruca foliis pinnatis, pinnis acutissime serratis*. HALL. *hist. tom. 1. n. 460.*

*Eruca tanacetifolia*. H. R. Par. & TOURN.

*Eruca tanacetifoliis zannoni*. BOCC. *mus. p. 145.*

LOC. Multa nascitur haec stirps in monte *Cenisio*, ubi olim lecta est a BOCCONE. In pascuis umbrosis circa thermas *Vinadii*, & *Valderii* copiose: frequens in alpi-bus *Sabaudiae*, & *Valdensium*. PERENNE.

1000. SISYMBRIUM *tenuifolium*.

*Sisymbrium foliis integerrimis, infimis pinnatifidis, supremis integris*. LINN. *syst. 12. p. 439.*

*Eruca foliis glabris pinnatis, pinnis linearibus difformibus*. HALL. *hist. tom. 1. n. 461.*

*Sisymbrium foliis integerrimis, infimis tripinnatifidis*. CRANTZ. *crucif. p. 134. n. 6.*

*Sinapi foliis laevibus glaucis pinnatis, pinnis linearibus rariter dentatis*. HALL. *Helv. p. 555. emend. 11. n. 17.*

*Eruca foliis sinuato-dentatis, caule superne nudiusculo, radice perenni*. GER. *Fl. Gallop. 369. n. 2.*

*Eruca tenuifolia perennis, flore luteo*. BAUH. *hist. II. p. 861.* TOURN. *inst. 227.* GARID. 161.

*Eruca altera fruticosa*. CÆSALP.

LOC. Nihil frequentius ad muros collinis locis. PERENNE.

VIR. Edula est in acetariis, sicuti *Eruca sativa*.

1001. SISYMBRIUM *dentatum*. tab. 57. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 102. f. 3.

*Sisymbrium foliis radicalibus ovatis dentatis: caulinis pinnatis, pinnis linearibus, extrema maxima*. HALL. *hist. tom. 1. p. 209. n. 481.*

*Eruca fruticosa serpeggiante alpina*. ZANN. *Istor. 88. t. 34.*

LOC. In pratis de *Saint Remis*, magni *S. Bernardi*, inter *Ceresole*, & *Bonaval*, & in monte *Cenisio* abunde incolit pascua saxosa summarum alpium. BIENNE.

1002. SISYMBRIUM *murale*.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 58.

*Sisymbrium subacaule, foliis lanceolatis sinuato-serratis laeviusculis, scapis subscabris adscendenibus*. LINN. *spec. p. 918.*

*Sinapi foliis pinnatis serratis, extrema maxima, siliquis longissimis*. HALL. *gott. 249.*

*Eruca viminea Iberidis folio, flore luteo*. BARR. *rar. 421. tab. 131.*

*Eruca sylvestris minor lutea, bursae pastoris folio*. BAUH. *prodr. 39.*

LOC. Secus arva frequens in agro *Nicaeensi*. ANNUUM.



## 1003. SISYMBRIUM monense.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 17.

*Sisymbrium acaule foliis pinnato-dentatis subpilosus, scapis laevibus.* LINN. mant. alt. obs. p. 427.

*Sisymbrium foliis pinnato-sinuatis, caulibus nudis simplicibus.* GER. Fl. Gallopr. 360. n. 8.

*Eruca monensis laciniata, flore luteo majore.* DILL. elth. 135. tab. 111. f. 135.

*Eruca perennis, & saxatilis radice crassa e rupe victoriae.* TOURN. Schol. Bot. 81. GARID. 162.

*Sisymbrium saxatile.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 517.

Loc. In jugis editoribus supra les Clavieres, & Pampliné. In valle Bardonache locis saxosis non infrequens. PERENNE.

## 1004. SISYMBRIUM vimineum.

*Sisymbrium acaule foliis lyratis laevibus, scapis adscendentibus, floribus minutis.* LINN. spec. p. 919.

*Eruca pumila sicula, bursae pastoris folio.* BOCC. sic. 19. tab. 10.

*Sisymbrium pumilum.* LAM. fl. franc. tom. 2. p. 516.

Loc. Circa Sospitellum legit Onoratus CAUVINI. PERENNE.

## 1005. SISYMBRIUM Barrelieri.

*Sisymbrium caule subnudo ramoso foliis radicalibus runcinatis dentatis hispidis.* LINN. spec. p. 919.

*Eruca sylvestris minor lutea, bursae pastoris folio, italica.* BARR. ic. 1016.

*Eruca sylvestris minor bursae pastoris folio.* BAUH. pin. 98. prodr. 39. ENUM. NIC. p. 113.

*Sisymbrium minus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 517.

Loc. Secus arva in agro Nicaeensi. ANNUUM.

## 1006. SISYMBRIUM sophia.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 75. fig. 2.

*Sisymbrium petalis calyce minoribus, foliis decomposito pinnatis.* LINN. spec. p. 920.

*Sisymbrium pinnis, & pinnulis foliorum pinnatis, laciniis linearibus subhirsutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 484.

*Sisymbrium parviflorum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 519.

*Sisymbrium annuum absinthii minoris folio.* TOURN. inst. 226.

*Nasturtium sylvestre tenuissime divisum.* BAUH. pin. 105.

*Seriphium germanicum, sive sophia quibusdam.* BAUH. hist. II. p. 886.

*Cardamine foliis decomposito-pinnatis.* SCOP. Fl. Carn. 521. n. 2. ed. 2. n. 821.

Loc. In sabulosis hortorum ambulacris ad muros, ad vias locis siccis ubique copiose. In Sabaudia circa muros, & rudera frequentem vidit GESNERUS. ANNUUM.

VIR. Vulneraria, & adstringens in hac stirpe virtus excellere dicta est. Licet ejusdem usus desueverit, aliis tutoribus stirpibus in usum deductis, minime tamen adstringente virtute carere crediderim, atque ad fluorem album, & alvi fluxum cohibendos adhiberi utiliter posse, ubi praesertim mitiora adstringentia sufficiunt. Semen exstimulantes, & incidentes, uti plurima cruciformium stirpium semina proprietates habet. Non putarem anthelminticas virtutes ab hisce seminibus esse expectandas.

## 1007. SISYMBRIUM Irio.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 89.

*Sisymbrium foliis runcinatis dentatis nudis.* LINN. spec. p. 921.

*Sisymbrium foliis lingoni, aut hastae forma pinnatis, siliquis longis strictis hirsutulis.* CRANTZ. crucif. p. 138. n. 19.

JACQ. Fl. Austr. tab. 322.

*Irio laevis apulus.* COL. ecphr. 1. p. 264.

*Erysimum latifolium majus glabrum.* BAUH. pin. 101.

Loc. VALLE inter saxa, & praecipue ad ripas Duriae. In valle Exilliarum ubique frequens esse scribit; secus muros, & in ruderatis Monisferrati, & Dertonensis Provinciae. ANNUUM.



## 1008. SISYMBRIUM polyceratium.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 82.

*Sisymbrium siliquis axillaribus sessilibus subulatis aggregatis, foliis repando-dentatis.*

LINN. spec. p. 918.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 79.

*Erysimum polyceratium, sive corniculatum.* BAUH. pin. 101.

*Irio altera.* DALECH. hist. 653.

Loc. Ad muros ubique locis editioribus, & calidioribus Comitatus Astensis, & Montisferrati; ibi etiam ad vias circa habitationes nascitur. BIENNE.

## 1009. SISYMBRIUM strictissimum.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 88.

*Sisymbrium foliis lanceolatis dentato-serratis caulinis.* LINN. spec. p. 922.

*Eruca caule paniculato, foliis nervosis ovato-lanceolatis integerrimis.* HALL. hist. tom. 1.

n. 458. Emend. 3. n. 232.

*Sisymbrium foliis ellipticis glabris circumserratis.* CRANTZ crucif. p. 139. n. 24.

JACQ. Fl. Austr. tab. 194.

*Hesperis foliis ellipticis glabris circumserratis.* HALL. Helv. 563.

*Hesperis lutea siliquis strictissimis.* TOURN. inst. 222.

*Draba lutea siliquis strictissimis.* BAUH. pin. 110.

*Arabis a quibusdam dicta planta.* CAM. epith. 342.

Loc. Locis incultis agri Nicaeensis. In valle Maurianensi prope Villarodin, & S. Michel, inter Estrouble, & Saint Oyen. In valle Augustae Praetoriae prope la Touille. Oritur etiam circa Moutiers in Sabaudia. PERENNE.

DESCR. Caules tricubitales, & ultra, subrotundi, virides, glabri. Folia brevi, & lato petiolo instructa, alterna. Ex singulis foliorum alis rami simplices evidenter, & levissime subhirsuti. Folia ex elliptico lanceolata, acuto fine obiter denticulata, viridia, subtus pallentia, & evidentius hirsutula. Racemus florum ramos terminat. Hi odorati sunt odore SISYMBRII tenuifolii. Calyx ex quatuor foliolis oblongo-ovatis concavis patentissimis. Ungues petalorum ex albo pellucidi, lati, erecti laminae porrigunt ovatas, marginatas. Stamina ex albo-viridia, demum lutea evadunt. Antherae pallidae luteae capitatae incumbentes. Stylus vix ullus. Stigma magnum, bifidum. Pedunculi teretes virides semiunciales. Primi pedunculi multiflori, alii autem, & qui sequuntur uniflori. Siliquae teretes torulosae glabrae incurvae, fere nutantes, per aetatem fuscum colorem acquirentes cum brevi cornu, & bicolli stigmatate persistente. Sapor foliorum acris ad Sinapim accedens, idemque est sapor seminum. Semina subcylindrica, sulco notantur longitudinali, & sunt citrini coloris.

## 1010. SISYMBRIUM officinale.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 76. f. 2.

*Erysimum (officinale) siliquis spicae adpressis, foliis runcinatis.* LINN. spec. p. 922.

*Erysimum foliis pinnatis, pinnis rectangulis acutis, extrema triangulari maxima, siliquis adpressis.* HALL. hist. tom. 1. n. 478.

*Sisymbrium (officinarum erysimum) siliquis conicis multangulis spicae adpressis.*

CRANTZ fasc. 1. ed. 2. p. 54.

*Erysimum.* SCOP. Fl. Carn. p. 519. n. 1.

*Sisymbrium officinale.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 824.

*Erysimum vulgare.* BAUH. pin. 100.

*Erysimum tragi flosculis luteis juxta muros proveniens.* BAUH. hist. II. p. 863.

*Irione, o sia Erisimo.* MATTH.

OFF. *Erysimum vulgare, sive Irio.*

Loc. In ruderatis ad vias, & muros ubique non longe a domiciliis. ANNUM.

VIR. Stirps haec maxime alkalina est, & in corruptionem facilis. Solvendi efficaciam habet, sed eo, ubi humores in alkalinam corruptionem proni sunt, abstinendum, hinc caute in acutis morbis adhibendum. Vere prodesse potest in asthmate humido, lotique secretionem diminuta, si morbus ex muco inertis proficiat, atque hujusce generis solventia remedia requirat, aut permittat. Semen



drachmae pondere exhibitum urinam ciet, & excreatum promovet. In morbis pulmonum prodest, si morbus, ut diximus, iis causis sustentetur, quas recensuimus. Ad excreatum ciendum frequenter Medici utuntur syrupo de ERYSIMO.

## BRACHIOLOBOS N.

RADICULA. DILLEN. *nod. gen. p. 171. tab. 6.* HALL. *hist. 1. p. 211.*

Fructu brevissimo toruloso a sisymbrii genere distinguitur.

## 1011 BRACHIOLOBOS amphibius.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 41. fig. 1.

*Sisymbrium siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis.* LINN. *spec. p. 917.*

*Radicula foliis integris, aut pinnatifidis, petalis calyce longioribus.* HALL. *hist. tom. 1. n. 486.*

*Sisymbrium siliquis declinatis ovatis, foliis sinuato-serratis.* GER. *p. 358. n. 3.*

*Sisymbrium siliculis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis.* CRANTZ. *crucif. p. 133. n. 5.*

Loc. Locis inundatis secus flumina ubique copiose reperitur. ANNUUS.

## 1012. BRACHIOLOBOS sylvestris. tab. 56. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 43. fig. 2.

*Sisymbrium foliis pinnatis, foliolis lanceolato-serratis.* CRANTZ. *crucif. p. 133. n. 4.*

*Sisymbrium siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis lanceolatis serratis.* LINN. *syst. 12. p. 439.*

*Sisymbrium foliis pinnatis, pinnis dentatis dissitis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 485.*

*Rorippa.* SCOP. *Fl. Carn. p. 520.*

*Raphanus minimus, repens luteus, foliis leviter divisus nobis.* MORIS. *hist. 2. sect. 3. p. 236. tab. 7.*

*Eruca palustris Nasturtii folio, siliqua oblonga.* BAUH. *pin. 98.*

*Eruca quibusdam sylvestris repens flosculo luteo.* BAUH. *hist. II. p. 866.*

Loc. Locis humectis umbrosis, & ad fontium scaturigines, in pratis humidis, atque in arenosis humidis frequens. PERENNIS.

## 1013. BRACHIOLOBOS pyrenaicus. tab. 18. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 57.

*Sisymbrium siliquis subovatis, foliis inferioribus lyratis, superioribus bipinnatifidis amplexicaulibus, stylis filiformibus.* LINN. *spec. p. 916.*

*Alyssum foliis imis subrotundis, caulinis pinnatis, filiformibus amplexicaulibus.* HALL. *hist. 1. n. 488.*

*Alyssum foliis pinnatis multiformibus, floribus racemosis luteis.* SPEC. PED. *p. 40. tab. 7.*

Loc. Locis apricis macilentis saepius occurrit; copiose circa *Giaveno*. In alpiibus etiam *Valderii*. In pratis collinis *Bugellensibus*, & *Eporediensibus* non infrequens est. Circa *Stupiniggi*, & secus flumen *Sangone*. PERENNIS.

## III. OCTOSTEMONES

ONAGRA. TOURN. *inst. 302. tab. 156.* OENOTHERA. LINN. *gen. n. 424., syst. n. 464.*

Epicarpia. Calyx quadrifidus; Capsula quadrilocularis, quadrivalvis polysperma, seminibus angulatis.

## 1014 ONAGRA biennis.

*Oenothera foliis ovato-lanceolatis, planis, caule hirsuto.* HALL. *hist. tom. 1. n. 994.*

*Onagra foliis ovato-lanceolatis planis.* HALL. *Helv. 410.*

*Oenothera foliis ovato-lanceolatis, floribus axillaribus, caule fistuloso.* GOU. *hort. monsp. p. 192.*

*Onagra biennis.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 451.*



*Onagra latifolia*. TOURN. inst. 302.

*Oenothera* (biennis) foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato villosa. LINN. syst. 12. p. 263.

*Lysimachia lutea corniculata*. BAUH. pin. 245.

Loc. In arenosis secus flumina vulgaris haec planta est. BIENNIS.

EPILOBIUM. LINN. gen. n. 426. syst. n. 466. TOURN. tab. 157.

Ab *Onagra* differt seminibus papposis.

1015. EPILOBIUM Gesneri. VILL. prosp. p. 45.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 24. f. 1. & tab. 25.

*Epilobium flore difformi*, foliis lanceolatis transversim nervosis. HALL. hist. tom. 1. n. 1000.

*Chamaenerion angustifolium*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 455.

*Chamaenerion spicatum*, foliis lanceolatis vix dentatis. BOHEM. Lips. p. 125. n. 297.

*Lysimachia Chamaenerion dicta latifolia*. BAUH. pin. 245. prodr. 116.

*Lysimachia speciosa quibusdam*, *onagra dicta siliquosa*. BAUH. hist. II. p. 907.

Loc. Mihi occurrit prope Fenestrelles, la Perosa, la Salsa, in valle S. Martini secus aquas. Similibus locis ad thermas Vinadienses etiam observavi. Rara non est locis herbidis pinguibus secus fluentes aquas ad alpium praesertim radices. PERENNE.

OBS. A sequenti constanter, & omnino distinctissima planta, distincte meruit proponi, & nominari.

1016. EPILOBIUM Dodonaei. VILL. prosp. p. 45.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 24. & Vol. III. tab. 5.

*Epilobium flore difformi*, foliis linearibus. HALL. hist. tom. 1. n. 1001.

*Epilobium angustifolium spicatum*, foliis integerrimis linearibus fasciculatis. HALL. Helv. 408.

*Epilobium foliis alternis linearibus*, stylo declinato. SCOP. Fl. Carn. 258.

*Chamaenerion angustifolium alpinum*, flore purpureo. TOURN. inst. 302.

*Lysimachia Chamaenerion dicta alpina*. BAUH. pin. 116.

*Lysimachia siliquosa speciosa angustifolia*. BAUH. hist. II. p. 907.

Loc. Nihil in arenosis fluminum, & torrentium praecipue inter alpes ubique frequentius. PERENNE.

1017. EPILOBIUM hirsutum.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 26.

*Epilobium foliis lanceolatis undulato-serratis decurrentibus*, inferioribus oppositis, caule subsimplici, racemo terminalibus. HUDS. fl. angl. p. 140. n. 2.

*Epilobium foliis oppositis lanceolatis serratis decurrenti-amplexicaulibus*. LINN. spec. p. 494.

*Epilobium foliis semiamplexicaulibus lanceolatis hirsutis*. HALL. hist. tom. 1. n. 995.

*Chamaenerion hirsutum*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 452.

*Chamaenerion floribus ex alis sessilibus foliis lanceolatis, dentatis villosis*. BOHEM. Lips. p. 125. n. 298.

*Chamaenerion villosum majus parvo flore*. TOURN. inst. 303.

*Lysimachia siliquosa hirsuta parvo flore major*. BAUH. prodr. 116.

*Lysimachia siliquosa hirsuta, flore minore*. BAUH. hist. II. p. 906.

Loc. Ad fossas, & in aquosis frequentissime. PERENNE.

1018. EPILOBIUM grandiflorum N.

*Epilobium foliis longis dentatis villosis, flore magno*. HALL. Helv. 410.

*Chamaenerion villosum magno flore purpureo*. TOURN. inst. 303.

*Lysimachia siliquosa hirsuta magno flore*. BAUH. pin. 245.

Loc. Iisdem locis, sed praesertim montanis nascitur. PERENNE.

1019. EPILOBIUM montanum.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 23. f. 1.

*Epilobium foliis ovato-lanceolatis glabris dentatis*. HALL. hist. tom. 1. n. 996.



- Epilobium foliis oppositis ovatis dentatis.* LINN. spec. p. 494.  
*Chamaenerion floribus ex alis sessilibus foliis ovatis serratis hirsutis.* BOHEM. fl. Lips. p. 126. n. 299.  
*Chamaenerion montanum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 453.  
*Lysimachia siliquosa purpurea, alpina trifoliata.* BOCC. mus. p. 22.  
*Lysimachia siliquosa glabra major.* BAUH. pin. 245.  
*Chamaenerion glabrum majus.* TOURN. inst. 302.  
*Lysimachia laevis.* BAUH. hist. II. p. 907.  
 Loc. Locis umbrosis ad vias, sepes, & oras sylvarum. PERENNE.

## 1020. EPILOBIUM tetragonum.

- ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 22.  
*Epilobium foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis, caule tetragono.* LINN. spec. p. 494.  
*Epilobium foliis lanceolatis glabris dentatis.* HALL. hist. 1. n. 997.  
*Chamaenerion tetragonum.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 454.  
*Chamaenerion glabrum minus.* TOURN. inst. 302.  
*Lysimachia siliquosa glabra minor.* BAUH. pin. 245.  
 Loc. Ibidem provenit passim ad fossas aquarum. Superioris varietatem censet HAL-  
 LERUS. PERENNE.

## 1021. EPILOBIUM alpinum.

- ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 23. fig. 2. & Vol. XVII. tab. 37. f. 2.  
*Epilobium foliis glabris ovatis.* HALL. hist. 1. n. 999.  
*Epilobium foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, siliquis sessilibus, caule repente.* LINN. spec. p. 495.  
*Chamaenerion alpinum alsines foliis.* SCHEUCHZ. it. p. 132. & 332.  
*Epilobium alpinum.* VILL. prosp. p. 45.  
 Loc. In spongiosis, & udis summarum alpium nascitur. PERENNE.

## MONOTROPA. LINN. gen. n. 477. syst. n. 530.

Calyx tetraphyllus deciduus. Petala quatuor duabus appendicibus aucta. Capsula quadrilocularis oblonga quadrivalvis semina scobiformia continens.  
 Flores in spica squamosa. Supremi flores solent esse pentapetali,  
 & stamina decem habere cum calyce pentaphyllo.

## 1022. MONOTROPA Hypopithis.

- Monotropa floribus lateralibus octandris, terminali decandro.* LINN. spec. p. 555.  
*Hypopithis spica florida nutante.* HALL. hist. 1. n. 1002.  
*Orobanche, quae Hypopithis dici potest.* BAUH. pin. 88. prodr. 31.  
*Orobanche flore brevior duplici, verbasculi odore.* MORIS. hist. 3. p. 504. s. 12. tab. 16. f. 20.  
*Hypopithis multiflora.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 478.  
 Loc. In fagetis vallis Soana frequens est. PERENNIS.

## RUTA. LINN. gen. n. 469. syst. n. 517. TOURN. tab. 133.

Calyx persistens quadrifidus. Capsula subrotunda quadrilocularis semina angulosa continens.  
 Flores corymbosi, & corymbi flos medius unam partem numeri in fructificatione addit, & stamina decem gerit.

## 1023. RUTA legitima.

- Ruta foliolis linearibus acutis, petalis erectis adunco-rostratis imberbibus, stipulis trifidis aristatis.*  
*Ruta montana.* CLUS. in append. ult.  
 Loc. Ignatius MOLINERI in sterilibus circa Cusano in valle Staforae. PERENNIS.  
 DESCR. Hortensi minor similem odorem spirat, colorem etiam glaucum habet.



Foliola concava linearia, sine acuto, non ovata, non elliptica, nec emarginata. Petala nunquam patentia, sed sursum erecta, apice concava, & veluti rostrata, non lutea, sed viridia, margine membranaceo albicante, non ciliato. Calycis foliola lanceolata. Stipulae in pedunculis non cordatae, sed profunde trifidae, segmentis linearibus aristatis. Pedunculi non divaricati, sed approximati breviores. Flos dimidio minor. Antherae pallentes. Fructus similiter exasperatus, sed multo minor.

## 1024. RUTA graveolens.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 65.

Ruta foliis decompositis, floribus lateralibus quadrifidis. LINN. syst. 12. p. 293.

Ruta foliis duplicato-pinnatis, lobulis ovatis. HALL. hist. 1. n. 1003.

Ruta foliis decompositis, laciniis lanceolatis obtusis. GER. Fl. Gallopr. p. 377.

Ruta sylvestris major. BAUH. pin. 336. TOURN. inst. p. 257.

Loc. In Comitatu Nicaeensi, & Uneliae circa Segusium. Varietas minor frequentior est. PERENNIS.

OBS. RUTA sylvestris minor CAM. epit. p. 495., quam Cl. Viri HALLER, & GERARD ab hortensi distinxerunt, graveolentis varietas insignis mihi videtur accurate a legitima distinguenda.

VIR. RUTA gravis odoris planta est maxime calefaciens, & adeo acris, ut cuti applicata illam rubefaciat, & contrectata pruritus excitet. Praeter principium acre fixum, gummosum, & resinosum, habet etiam olei aetherei activi quantitatem. Per exsiccationem ejusdem vires infirmantur. Extus adhibita potenter resolvit, & exstimulat. Nostrates succum expressum, qui intense amarus est, praebent uti medicamentum anthelminticum. Habenda igitur est RUTA pro stirpe, quae multum calefacit, valde exstimulat, sanguinem attenuat, minime spernendi usus in febribus quibusdam mali moris cum torpore conjunctis, in quibus expedit exstimulare, vim vitae excitare, & humores solvere. Seminum usus nostris temporibus omnino exolevit.

PARIS. LINN. gen. n. 449., syst. n. 495.

Calyx tetraphyllus, styli quatuor. Bacca quadrilocularis polysperma.

## 1025 PARIS quadrifolia. LINN. spec. p. 526. HALL. hist. 1. n. 1006.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 18.

Solanum quadrifolium bacciferum. BAUH. pin. 167.

Herba paris. GARID tab. 45.

Erba paris. MATTH.

OFF. Herba paris.

Loc. In sylvis umbrosis collium Taurinensium, & subalpinorum. PERENNIS.

VIR. Folia tinctorium usum praebere possunt. Planta est aspectu, & odore suo virulenta ita, ut nisi accuratae observationes ejusdem proprietates utiles detegant, atque dirigant, prudentis Medici sit eadem abstinere. Confidentius uti licet radice in pulverem trita; ea autem data a granis triginta ad quinquaginta efficaciter vomitum movet sine alio incommodo superstite.

MOEHRINGIA. LINN. gen. n. 444., syst. n. 489.

Calyx tetraphyllus. Capsula unilocularis quadrivalvis polysperma.

## 1026 MOEHRINGIA muscosa. LINN. spec. p. 515.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 4. f. 1.

Alsine octostemon foliis connatis linearibus. HALL. hist. 1. n. 860.

JACQ. Fl. Austr. tab. 449.

Alsine tetrapetala foliis perangustis longissimis. HALL. Helv. 390.

Arenaria corollis tetrapetalis. GERARD p. 404. n. 1.

Alsine montana capillaceo folio. BAUH. pin. 251.



*Alsine saxifraga angustifolia minima montana*. COL. ecphr. 1. p. 292.

*Alsine floribus octandris*. SCOP. Fl. Carn. p. 497.

Loc. In umbrosis subhumidis, vel ad umbrosas rupes locis montanis, & subalpinis frequens. PERENNIS.

ELATINE. LINN. gen. n. 451., syst. n. 497.

Calyx tetraphyllus; styli quatuor. Capsula depressa quadrilocularis, quadrivalvis polysperma.

1027 **E**LATINE alsinastrum.

*Elatine foliis verticillatis*. LINN. spec. p. 527.

*Alsinastrum galii folio*. VAILL. paris. 6. tab. 1. f. 6.

*Elatine verticillata*. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 11.

Loc. Circa lacus Eporediensis provinciae, uberius circa lacum di S. Michele, e di Mayon. PERENNIS.

MYRIOPHYLLUM. LINN. gen. n. 945., syst. n. 1066.

Flores sexu in eadem planta distincti. Mari petala quatuor, filamenta octo.

Foeminae petala quatuor, tubae quatuor. Fructus est capsula quadrilocularis tetrasperma.

1028 **M**YRIOPHYLLUM spicatum.

*Myriophyllum floribus masculis interrupto-spicatis*. LINN. spec. p. 1409.

*Pentapteris spica nuda*. HALL. hist. 1. n. 993.

*Pentapterophyllum floribus spicatis*. BOHEM. Fl. Lips. p. 247. n. 593.

*Millefolium aquaticum pennatum spicatum*. BAUH. pin. 141. prodr. 73.

*Myriophyllum aquaticum pennatum, & spicatum*. PONTED. p. 198.

*Millefolium pennaticum*. BAUH. hist. III. p. 783.

Loc. In aquis lentissime fluentibus, aut etiam stagnantibus. PERENNIS.

1029. **M**YRIOPHYLLUM verticillatum.

*Myriophyllum floribus omnibus verticillatis hermaphroditis*. LINN. syst. 12. p. 608.

GERARD Fl. Gallopr. p. 72. n. 2.

*Pentapteris floribus alaribus*. HALL. hist. 1. n. 992.

*Pentapterophyllum floribus verticillatis*. BOHEM. Fl. Lips. p. 248. n. 594.

*Myriophyllum aquaticum ad foliorum nodos floriferum*. PONTED. p. 198.

*Millefolium aquaticum flosculis ad foliorum nodos*. BAUH. pin. 141.

*Millefolium aquaticum minus*. BAUH. hist. III. p. 783.

Loc. Ad oras aquarum lente fluentium. PERENNE.



## IV. POLYSTEMONES

## A. MONOSTILÆ.

EUPHORBIA. LINN. *gen. n.* 536., *syst. n.* 609. TOURN. *tab.* 18.

Petala saepius quatuor, interdum quinque, calyci monophyllo ventricoso inserta.  
Capsula pedicellata tricocca.

## DICHOTOMÆ ( UMBELLA BIFIDA, AUT NULLA )

## 1030 EUPHORBIA chamaesice.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 61.

*Euphorbia dichotoma*, foliis crenulatis, subrotundis glabris, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. LINN. *spec. p.* 652.

*Tithymalus exiguus glaber nummulariae folio*. TOURN. *inst.* 87.

*Chamaesice*. BAUH. *hist.* III. 667.

*Tithymalus nummularius*. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 101.

B. *Tithymalus exiguus villosus nummulariae folio*. TOURN. *inst.* 87.

*Chamaesice villosa major cauliculis viridibus*. SCHOL. *bot.* 122.

Loc. Ubique locis aridis agri Nicaeensis. ANNUA.

## 1031. EUPHORBIA peplis.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 22.

*Euphorbia dichotoma*, foliis integerrimis semicordatis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. LINN. *spec. p.* 652.

*Tithymalus peplis*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 583.

*Tithymalus maritimus folio obtuso aurito rubro perinde ac caule*. TOURN. *inst.* 87.

*Peplis maritima folio obtuso*. BAUH. *pin.* 293.

*Tithymalus auriculatus*. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 102.

B. *Tithymalus maritimus folio obtuso aurito viridi perinde ac caule*. TOURN. *inst.* 87.

Loc. Ad litus maris Nicaeensis. ANNUA.

## 1032. EUPHORBIA peplodes.

*Euphorbia cymosa foliis integerrimis oblique cordatis acuminatis, floribus axillaribus solitariis, germinibus ovatis acutis*. GOU. *fl. p.* 174. n. 3.

*Tithymalus annuus supinus folio rotundiore acuminato*. TOURN. *inst. p.* 87.

*Peplis minor*. BAUH. *hist.* III. p. 670.

*Peplus minor*. TABERN. *ic.* 597.

Loc. Ad sepes secus flumen Isera in Sabaudia. ANNUA.

## UMBELLA TRIFIDA.

## 1033. EUPHORBIA peplus.

*Euphorbia umbella trifida: dichotoma involuclis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis*. LINN. *spec. p.* 653.

*Tithymalus foliis ovatis, involuclis bifoliis cordatis obtusissimis*. HALL. *gott. p.* 36.

*Tithymalus foliis rotundis, stipulis floralibus cordatis obtusis, petalis argute corniculatis*.

HALL. *hist. tom.* 2. n. 1049.

*Tithymalus rotundifolius*. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 100.

*Tithymalus rotundis foliis non crenatis*. HERM. *Lugdb.* 600.

*Peplis, sive esula rotunda*. BAUH. *pin.* 292.

*Peplio*. MATTH.

Loc. In hortis copiose. ANNUA.



## 1034. EUPHORBIA falcata.

*Euphorbia umbella trifida*: dichotoma involucellis subcordatis mucronatis, foliis lanceolatis obtusiusculis. LINN. syst. 12. p. 332.

JACQ. *Fl. Austr.* tab. 121.

*Tithymalus*, seu *Esula exigua chalepensis ramosior foliis latioribus lintriformibus*. MORIS. hist. 3. p. 339.

*Pithyusa minor subrotundis, & acutis foliis*. BARR. ic. 751.

Loc. Ad vias, & in satis collinis. ANNUA.

## 1035. EUPHORBIA exigua.

*Euphorbia umbella trifida*: dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. LINN. spec. p. 654.

*Tithymalus foliis linearibus, stipulis lanceolatis, aristatis*. HALL. hist. tom. 2. n. 1048.

*Tithymalus foliis ad caulem linearibus, obtusis, subfloribus lanceolatis, petalis argute bicornibus*. Ejusdem Helv. 193.

*Tithymalus exiguus*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 100.

*Tithymalus, sive Esula exigua*. BAUH. pin. 191.

*Tithymalus exiguus saxatilis*. BAUH. prodr. 132. MAGN. bot. monsp. p. 259. cum icone.

Loc. In agro Nicaeensi frequens. Felix VALLE circa Chaumont, & Exilles. In collibus apricis rara non est. ANNUA.

## UMBELLA QUADRIFIDA.

## 1036. EUPHORBIA lathyris.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 72.

*Euphorbia umbella quadrifida*: dichotoma, foliis oppositis integerrimis. LINN. spec. p. 655.

*Tithymalus foliis ad caulem cruciatis, lingulatis, subfloribus cordatis longe acuminatis, scutis bicornibus obtusis*. HALL. Helv. 189.

*Tithymalus foliis ellipticis, stipulis umbellaribus quaternis, petalis bicornibus succiferis*. HALL. hist. tom. 2. n. 1044.

*Tithymalus lathyris*. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 571. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 99.

*Tithymalus latifolius Cataputia dictus*. HERM. Lugdb. 599.

*Lathyris, sive Cataputia minor*. BAUH. hist. III. p. 880.

*Lathyri*. MATTH.

OFF. *Lathyris, sive Catapuccia*.

Loc. Ubique in hortis, & ad sepes. ANNUA.

VIR. EUPHORBIAE species fere omnes viribus conveniunt. Tota planta lac fundit causticum, acre, urens, quod cuti applicitum eam rubefacit, & exulcerat ita, ut eodem illitae verrucae absumi possint. Rustici duo, aut tria semina devorant ad alvum movendam, & febres contumaces tollendas, periculoso experimento; vomitum enim, & alvum cum torminibus fortissime movet, sanguinolentas dejectiones etiam inferens. Internus igitur usus non placet, neque in tanta purgantium remediorum abundantia laudare possumus eorum conatus, qui inspissatum *Tithymalorum* succum aliarum rerum additione, ut putant, emendatum, & parca dosi datum in usum deducere student.

## UMBELLA QUINQUEFIDA.

## 1037. EUPHORBIA spinosa.

*Euphorbia umbella subquinquefida simplicis, involucellis ovatis, primariis triphyllis, foliis oblongis integerrimis, caule fruticoso*. LINN. spec. p. 655.

*Tithymalus ragusinus, flore luteo pentapetalo*. HERM. Lugdb. 600. tab. 601.

*Tithymalus diffusus*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 101.

*Tithymalus maritimus spinosus*. BAUH. pin. 291.

Loc. Ubique ad rupes in comitatu Nicaeensi, & in provincia Aquensi. Etiam ad rupes in Liguria nascitur. SUFFRUTEX.



## 1038. EUPHORBIA epythymoides.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 14.

*Euphorbia umbella quinquefida, bifida involucellis ovatis, foliis lanceolatis obtusis subtus villosis.* LINN. spec. p. 656.

JACQ. Fl. Austr. tab. 344.

*Tithymalus diffusus.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 101.

*Tithymalus epythymi fructu.* COL. ecphr. 2. p. 52. tab. 51.

*Peplios altera species.* BAUH. pin. p. 292.

Loc. Locis incultis, & ad oras sylvarum Comitatus Nicaeensis, & Liguria non infrequens. PERENNIS.

DESCR. Radix perennis, ex qua numerosi caules simplices pedales teretes, usque ad medium circiter rubentes. Folia sessilia sine ordine, ovata mollia hirsuta, supra obscure virentia, subtus, atque in ambitu ex longiori villo subincana. Caules etiam eodem villo hirsuti. Umbella trifida, aut quinquefida. Folia involucri similia caulinis, sed acutiora. Involuella glabra, etiam sessilia non connata acutiora, quam folia involucri universalis; involuella uniflora flore petiolato. Fructus verrucosus magnus. Petala quinque subrotunda, non lunulata. Stylus trifidus.

OBS. EUPHORBIAM epythymoidem, atque spinosam male conjungit LAMARCH, sed plurimae dissimiles stirpes passim ab hoc Auctore in suo opere conjunguntur.

## 1039. EUPHORBIA Nicaeensis N. tab. 69. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 77. fig. 1.

*Euphorbia glabra caule subsimplici, umbella quinquefida bifida, foliis ovatis, capsulis laevis non sulcatis.*

Loc. In Comitatu Nicaeensi inter Cimie, & la Trinità. PERENNIS.

DESCR. Caules ex una radice plures laeves firmi sublignosi virides, atque etiam subrubentes, modo simplices, modo etiam prope umbellam ramosi, sed rami non habent involucrum universale. Folia glaberrima laevia firma crassula, alterna, patentia, sive horizontalia, fere spatulata, obtuso fine, apice leviter reflexo, ut emarginata videantur. Umbella plerumque quinquefida, radii bis dichotomi, extrema divisione biflora, in dichotomiae axilla flos unus, in extremis ramis duo flores, luteus unus, petalis bicornibus, nudus, alter viridis, duabus bracteis suffultus, abortiens. Fructus subrotundo-trigoni, laeves, non sulcati, magni. Involucri universalis folia ovata cum evidentiori spinula; partialium cordata, sive potius semicircularia. Lac copiosissimum fundit.

## 1040. EUPHORBIA dulcis.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 77.

*Euphorbia umbella quinquefida, bifida involucellis oblongis integris, foliis lanceolatis acutis, floribus pedunculatis, capsulis verrucosis.* SCOP. Fl. Carn. 432.

*Euphorbia umbella quinquefida bifida involucellis subovatis, foliis lanceolatis obtusis integerrimis.* LINN. spec. p. 656.

*Tithymalus foliis ellipticis serratis, stipulis umbellaribus quinis, floribus cordatis, fructu peraspero.* HALL. hist. 2. n. 1051.

*Euphorbia umbella quinquefida, bifida, involucellis cordatis, serratis, foliis lanceolatis obtusis, floribus sessilibus, capsulis tuberculosis.* SCOP. Fl. Carn. p. 432. n. 3.

*Tithymalus dulcis.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 573.

JACQ. Fl. Austr. tab. 213.

*Tithymalus foliis ad caulem subhirsutis ellipticis brevibus subfloribus, binis cordatis, capsularum media parte verrucosa.* HALL. Helv. 190.

*Tithymalus montanus non acris.* BAUH. pin. 292.

*Tithymalus non acris flore rubro.* BAUH. hist. III. p. 673.

Loc. Ad semitas locis umbrosis, & sylvis. PERENNIS.

## 1041. EUPHORBIA Pithyusa.

*Euphorbia umbella quinquefida bifida, involucellis ovatis mucronatis, foliis lanceolatis, infimis involutis retrorsum imbricatis.* LINN. spec. p. 656.



*Tithymalus pithyusa*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 575.*

*Tithymalus acutifolius*. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 90.*

*Tithymalus foliis brevibus aculeatis*. BAUH. *pin. 292.*

*Pithyusa*. DALECH. *hist. 1652.*

*Pitiusa*. MATTH.

OFF. *Pithyusa.*

Loc. Joannes BAUHINUS in *Sabaudia*. Ego in territorio di *Bagnolo* prope sacellum *S. Annae*. PERENNIS.

1042. EUPHORBIA paralias.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 77. f. 2.

*Euphorbia umbella subquinquefida, bifida; involucellis cordato-reniformibus, foliis sursum imbricatis*. LINN. *spec. p. 657.*

*Tithymalus foliis linearibus aristatis imbricatis, stipulis umbellaribus, ovato-lanceolatis, floralibus cordatis*. HALL. *hist. 2. n. 1055.*

*Euphorbia umbella multifida, dichotoma, involucellis cordatis, foliis linearibus, capsulis glabris*. SCOP. *Fl. Carn. p. 435. n. 11.*

*Tithymalus Paralias*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 581.*

JACQ. *Hort. Vindob. tab. 188.*

*Tithymalus maritimus*. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 90.*

*Tithymalus maritimus*. BAUH. *pin. 291.*

*Tithymalus paralias*. CAM. *epit. 962.*

Loc. Ad maris *Nicaeensis* litus, & in sabulosis. PERENNIS.

1043. EUPHORBIA sylvatica.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 81.

*Euphorbia umbella quinquefida bifida, involucellis perfoliatis subcordatis, foliis lanceolatis integerrimis*. LINN. *syst. 12. p. 334.*

*Tithymalus foliis ellipticis hirsutis, stipulis umbellaribus obscuris, floralibus connatis, petalis lunatis*. HALL. *hist. 2. n. 1045.*

*Tithymalus sylvaticus*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 572.*

*Euphorbia umbella quinquefida dichotoma involucellis perfoliatis*. SCOP. *Fl. Carn. p. 431. n. 2.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 375.*

*Tithymalus lunato flore*. COL. *ecphr. 2. p. 56. tab. 57.*

*Tithymalus sylvaticus lunato flore*. BAUH. *pin. 290. GARID Aix tab. 90.*

*Tithymalus sylvaticus toto anno folia retinens*. BAUH. *hist. III. p. 671.*

Loc. In sylvis apricis collium frequens est. PERENNIS.

1044. EUPHORBIA pinea.

*Euphorbia umbella quinquefido-dichotoma, involucellis cordatis, foliis linearibus acuminatis confertis, capsulis laeviusculis*. LINN. *syst. 12. p. 333.*

*Tithymalus (annuus) argenteus maritimus leptophyllos*. LEL. *triumf. ap. frat. 65.*

*Tithymalus maritimus annuus admodum glaucus, & quasi argenteus, foliis crebris tenuissimis, florum sectionibus lunatis, & barbatis, fructu laevi, semine rugoso, aut punctato*. MICH. *hort. florent. p. 179.*

Loc. Agri *Nicaeensis* indigena planta est. ANNUA.

1045. EUPHORBIA segetalis.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 87.

*Euphorbia umbella quinquefida dichotoma, involucellis cordatis acutis, foliis lineari-lanceolatis, superioribus latioribus*. LINN. *syst. 12. p. 333.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 450.*

*Tithymalus umbella quinquefida dichotoma, involucellis cordato-rhombeis, petalis lunatis, foliis superioribus latioribus*. GER. *p. 538. n. 10.*

*Tithymalus segetalis*. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 90.*

Loc. In agro *Nicaeensi*. ANNUA.



## 1046. EUPHORBIA Taurinensis N. tab. 83. fig. 2.

*Euphorbia umbella quinquefida bifida, caule ramoso, foliis lineari-lanceolatis, involucrio universalis tetraphyllo propendente.*

Loc. Nascitur circa *Lusengo* non procul ab *Augusta Taurinorum*. ANNUA.

DESCR. EUPHORBIA *Taurinensis* ab initio aprilis ad finem junii vivit. Planta erecta. Caules glabri rotundi virides, inferius rubentes. Ad imum caulis solet minor planta nasci. Folia lineari-lanceolata vix petiolata, inferius aliquantum dependentia, glaberrima, subtus pallidiora, sine obtuse acuminato, sed in primis foliis quandoque emarginato. Folia duarum circiter unciarum intervallo distant, atque ex singulis alis foliorum ramus, sive pedunculus nudus floriger. Umbella terminalis saepius quadrifida, radiis trium, aut quatuor unciarum longitudine nudis, deinde bifidis. In horum divisione sedet flos secundi radii unciae unius circiter longitudine: hi triflori: medius flos nudus, duo laterales duobus foliolis comprehenduntur, sive involucrio diphylo. Involucrum universale tetraphyllum ex foliis caulinis similibus, sed amplioribus, & longioribus propendentibus. Involucra partialia ex foliolis duobus rhombico-triangularibus, sessilibus. Capsularum seminalium dorsum tuberculatum. Petala bicornia semilunata. Fructus de more gentis petiolatus. Accedit ad EUPHORBIAM *segetalem*, sed *Taurinensis* longe ramosior est, ramis etiam ex inferioribus foliis prodeuntibus. Folia habet pallide virentia substantiae minus firmae. Involucris universalis folia latiora, & propendentia. Tota planta ramis, & involucris radiis divaricata. In EUPHORBIA *segetali* caules firmi erecti. Folia angustiora subglaucia, & crassiora, confertiora, & reflexa, minus decidua. Umbella quinquefida, aut sex radiorum. Modo caeterum florendi, & seminibus conveniunt.

## 1047. EUPHORBIA helioscopia.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 73.

*Euphorbia umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis.* LINN. spec. p. 658.

*Tithymalus foliis petiolatis subrotundis serratis, stipulis rotundis serratis.* HALL. hist. 2. n. 1050.

*Euphorbia umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis ovatis, petalis subrotundis, capsulis glabris.* SCOP. Fl. Carn. p. 434. n. 9.

*Tithymalus helioscopius.* TOURN. inst. 87.

*Tithymalus non acris, foliis serratis rotundo-terminatis, radiis umbellae quinque latissimis.* HALL. Gott. 37.

*Tithymalus helioscopius.* BAUH. pin. 291.

Loc. Secus arva, & in vineis abunde. ANNUA.

## 1048. EUPHORBIA carniolica. JACQ. Fl. Austr. append. tab. 14.

*Tithymalus pilosus.* SCOP. Fl. Carn. 1. p. 336. tab. 15.

Loc. Non infrequens in pascuis agri *Pedemontani*, & ad limites agrorum. PERENNIS.

## 1049. EUPHORBIA serrata

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 83.

*Euphorbia umbella quinquefida, trifida dichotoma, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis serratis.* LINN. spec. p. 658.

*Tithymalus serratus.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 91.

*Tithymalus characias folio serrato.* BAUH. pin. 290.

*Tithymalus myrtites valentinus.* CLUS. hist. 2. p. 189.

Loc. Ubique locis incultis agri *Nicaeensis*, & in valle *Augustae Praetoriae* circa *S. Vincent*. PERENNIS.

## 1050. EUPHORBIA verrucosa.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 79. & Vol. XXI. tab. 61.

*Euphorbia umbella quinquefida, subtrifida, bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis serratis, villosis, capsulis verrucosis.* LINN. spec. p. 658.

*Tithymalus foliis ellipticis serratis, stipulis umbellaribus quinque, floralibus obtuse quadrangulis, capsulis undique exasperatis.* HALL. hist. n. 1052.



*Euphorbia umbella quinquefida*, bifida, involucellis supra medium serratis ovatis, caulibus diffusis. SCOP. *Fl. Carn.* p. 432. n. 5.  
*Tithymalus verrucosus*. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 577. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 92.  
 Loc. In collibus, & pratis apricis, locis lapidosis praesertim. PERENNIS.

## 1051. EUPHORBIA pilosa.

*Euphorbia umbella quinquefida trifida*: bifida, involucris ovatis, petalis integris, foliis lanceolatis subpilosis, apice serrulatis. LINN. *spec.* p. 659.  
*Tithymalus palustris villosus mollior erectus*. BARR. *rar.* 41. tab. 885.  
*Tithymalus Characias pratensis incanus*. MAGN. *monsp.* 255.  
*Tithymalus hirsutus*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 98.  
 Loc. In Comitatu Nicaeensi locis umbrosis, & montanis frequens est. ANNUA.

## 1052. EUPHORBIA platiphyllos.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 82.  
*Euphorbia umbella quinquefida*: trifida, dichotoma, involucris carina pilosis, foliis serratis lanceolatis, capsulis verrucosis. LINN. *spec.* p. 660.  
*Tithymalus foliis lanceolatis serratis, stipulis floralibus cordatis, capsulis asperis, lineis laevibus divis.* HALL. *hist.* tom. 2. n. 1053.  
*Tithymalus platiphyllos*. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 578.  
 JACQ. *Fl. Austr.* tab. 376.  
*Euphorbia inermis foliis lanceolatis umbella universali, partialiumque prima quinquefidis, secunda trifida, reliquis bifidis*. ROY. *Leyd.* p. 198. n. 27.  
*Tithymalus foliis glabris serratis acuminatis, involucris bifoliis cordatis, fructu toto verrucoso*. HALL. *Gott.* 34.  
*Tithymalus foliis glabris serratis, ad caulem breviter acuminatis, subfloribus, binis cordatis, fructu verrucoso*. HALL. *Helv.* 191.  
*Tithymalus platiphyllos*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 92.  
*Tithymalus arvensis latifolius germanicus*. BAUH. *pin.* 291.  
*Tithymalus platiphyllos Fuchsii*. BAUH. *hist.* III. p. 637.  
 OFF. *Tithymalus platiphyllos*, s. *arvensis*.  
 Loc. In agris Pedemontanis, & sylvestribus locis frequens est. ANNUA.

## UMBELLA MULTIFIDA.

## 1053. EUPHORBIA Esula.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 78.  
*Euphorbia umbella multifida bifida*: involucellis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus. LINN. *spec.* p. 660.  
*Tithymalus foliis linearibus, petalis emarginatis*. HALL. *hist.* tom. 2. n. 1046.  
*Euphorbia umbella multifida dichotoma, involucellis cordatis, foliis lanceolatis*. SCOP. *Fl. Carn.* 434.  
*Tithymalus linifolius*. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 95.  
*Tithymalus Esula*. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 580.  
*Esula minor*. DALECH. *hist.* 1653. DOD. *pempt.* 374.  
 Loc. In Sabaudia secus flumen Isera non infrequens. PERENNIS.

## 1054. EUPHORBIA Seguierii.

*Tithymalus Seguierii*. SCOP. *Fl. Carn.* t. 1. n. 574. tab. 20.  
*Tithymalus foliis brevibus aculeatis*. SEGUIER. *Veron.* tab. 1. p. 154. tab. 3. fig. 1.  
 Loc. In alveis fluminum passim. PERENNIS.

## 1055. EUPHORBIA cyparissias.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 80.  
*Euphorbia umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis caulinis lanceolatis*. LINN. *spec.* p. 661.  
 JACQ. *Fl. Austr.* tab. 435.



*Tithymalus foliis linearibus, stipulis numerosis floralibus cordiformibus, petalis lunatis.*  
HALL. hist. tom. 2. n. 1047.

*Tithymalus foliis ad caulem linearibus, obtusis, radiis umbellae plurimis, petalis lunatis.*  
HALL. Helv. 193.

*Euphorbia umbella multifida: dichotoma, involucellis cordatis, foliis linearibus, capsulis verrucosis.* SCOP. Fl. Carn. p. 435. n. 12.

*Tithymalus Cyparissias.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 582.

*Tithymalus Cyparissias.* TOURN. 86.

*Tithymalus Cyparissias.* BAUH. pin. 291. BAUH. hist. III. p. 663.

*Tithymalus Cyparissias.* MATTH.

Loc. Nihil ad vias frequentius locis sterilibus. PERENNIS.

1056. EUPHORBIA myrsinites.

*Euphorbia umbella suboctifida, bifida, involucellis subovatis, foliis spatulatis patentibus carnosis mucronatis, margine scabris.* LINN. spec. p. 661.

*Tithymalus myrsinites.* LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 96.

*Tithymalus myrsinites latifolius.* BAUH. pin. 290.

Loc. Agri Nicaeensis indigena planta est. PERENNIS.

1057. EUPHORBIA palustris.

*Euphorbia umbella multifida: subtrifida: bifida involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus.* LINN. spec. p. 662.

*Tithymalus foliis ellipticis, ramis umbellam superantibus, capsulis exasperatis.* HALL. hist. tom. 2. n. 1054.

*Tithymalus laticaulis radiis ternis cordatis, ramis umbellam superantibus.* HALL. Gott. 34.

*Tithymalus palustris fruticosus.* BAUH. pin. 292.

OFF. Esula major. DALECH. hist. 1653.

Loc. Secus aquaeductus, & flumina in pratis agri Novariensis. PERENNIS.

1058. EUPHORBIA dendroides.

*Euphorbia umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, primariis triphyllis, caule arboreo.* LINN. spec. p. 662.

*Tithymalus arboreus.* TOURN. 85. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 94.

*Tithymalus myrtifolius arboreus.* BAUH. pin. 290.

*Tithymalus arboreus.* ALP. exot. p. 60.

Loc. TERRANEUS invenit ad scopulos mari proximos prope Uneliam, & Alaxiam. Circa Nicaeam in scopulis frequens est. FRUTEX.

1059. EUPHORBIA amygdaloides.

*Euphorbia umbella multifida: dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtusis.* LINN. spec. p. 662.

*Tithymalus characias amygdaloides.* BAUH. pin. 290.

Loc. In agro Taurinensi ultra Duriam quandoque occurrit. ANNUA.

1060. EUPHORBIA characias.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 44.

*Euphorbia involucellis perfoliatis emarginatis, petalis obtusis, foliis integerrimis hirsutis, caule frutescente.* ZINN Gott. p. 46.

*Euphorbia umbella multifida: bifida involucellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis, caule frutescente.* LINN. syst. 12. p. 334.

*Tithymalus purpureus.* LAM. Fl. Franc. tom. III. p. 98.

*Tithymalus characias rubens peregrinus.* BAUH. pin. 290.

*Tithymalus characias I.* CLUS. hist. 2. p. 188.

Loc. Tum in convallibus, tum locis siccis agri Nicaeensis ubique copiose. PERENNIS.



CHELIDONIUM. Tourn. *inst.* p. 231. tab. 116.

Calyx diphyllus. Corolla tetrapetala patens. Stylus unus. Fructus est siliqua unilocularis polysperma.

## 1061 CHELIDONIUM majus.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 71.

*Chelidonium foliis bipinnatifidis alternis, pedunculis multifloris umbelliformibus.* NEKER tom. 1. p. 231.

*Chelidonium pedunculis umbellatis.* LINN. *spec.* p. 723.

*Chelidonium lobis foliorum subrotundis.* HALL. *hist.* tom. 2. n. 1059.

*Chelidonium floribus, & siliquis brevissimis.* CRANTZ. *fasc.* 2. ed. 2. p. 141.

*Chelidonium majus vulgare.* BAUH. *pin.* 144.

*Chelidonio maggiore.* MATTH.

OFF. *Chelidonium majus, Chelidonia major, seu Hirundinaria.*

VERN. *Siriogna.*

LOC. Ad sepes, & ad muros praecipue frequentissimum. PERENNE.

VIR. Tota planta succum flavum, urentem, escaroticum fundit, qui illitus cuti eam exedit. Ad verrucas igitur tollendas, atque vitia quaedam cutis, uti quasdam herpetis species adhibitus est succus CHELIDONII. Planum est in iis tantum casibus escaroticum hoc praesidium prodesse posse, quando in loco affecto solummodo causa morbi consistit, non autem ubi a mala humorum diatesi morbus proveniat. Idcirco etiam in morbis oculorum a vetustissimis temporibus laudatum est CHELIDONIUM non modo ad visum acuendum, sed praesertim ad maculas corneae tollendas, guttam aliquam succi expressi pauxillo aquae dilutam oculis instillare nonnulli ausi sunt. Alii utuntur aqua stillatitia. Periculosum hoc experimentum putamus, quod infausti eventus demonstrarunt. Minime probamus in oculorum morbis CHELIDONII usum; non improbamus autem succi, sed bene aqua diluti instillationem ad maculas corneae tollendas, si nihil aliud agendum sit, quam topico remedio opacam corneae portionem exedere. Ad febres intermittentes imprudens remedii genus esse nobis videtur. Convenire potest CHELIDONIUM in ictero, atque viscerum infarctu pituitoso, non scirrhuso, resolubili, & cum febris absentia, atque securius eo in casu dari poterunt radicis drachmae duae, aut tres ex sero lactis decoctae. Ab hoc remedii genere potenter humores inciduntur, vasa extimulantur, atque praesertim seri lotium promovetur, ita ut etiam in anasarca, & leucophlegmatia suas praebere possit utilitates, circumspecte tamen adhibitum.

GLAUCIUM. Tourn. *inst.* 254 tab. 130.

A Chelidonio differt siliqua biloculari.

## 1062 GLAUCIUM flavum.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 78.

*Glaucium caule glabro; siliquis cornutis deflexis.* CRANTZ. *stirp. austr. fasc.* 2. ed. 2. p. 141.

*Glaucium (luteum) foliis radicalibus semipinnatis, caulinis amplexicaulibus.* HALL. *hist.* tom. 2. n. 1060.

*Glaucium luteum.* SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 635.

*Chelidonium pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus sinuatis, caule glabro.* LINN. *spec.* p. 724.

*Papaver corniculatum luteum.* BAUH. *pin.* 171.

*Papaver corniculatum flavo colore.* CLUS. *hist.* p. 91.

*Papavero cornuto.* MATTH.

OFF. *Papaver cornutum, s. corniculatum.*

LOC. Arenosis, & sterilibus locis maritimis frequens est. Secus *Burmidam* in *Aquensi* territorio *Ignatius* MOLINERI. Juxta *Scriviam* in agro *Derthonensi* Cl. BELLARDI. PERENNE.

## 1063. GLAUCIUM phaenicaeum.

*Glaucium caule hispido, siliquis cornutis rectis.* CRANTZ. *stirp. austr. fasc.* 1. p. 133.



*Chelidonium* (corniculatum) pedunculis unifloris, foliis sessilibus, pinnatifidis, caule hispido. LINN. spec. p. 724.

*Glaucium* foliis sessilibus pinnatifidis caule hispido. ZINN Gott. p. 116.

*Glaucium* hirsutum flore phaenicaeo. TOURN. inst. 254.

*Papaver cornutum* phaenicaeo flore. CLUS. hist. 2. p. 91.

Loc. In agro Nicaeensi inter segetes. ANNUUM.

PAPAVER. LINN. gen. n. 573. syst. n. 648. TOURN. tab. 115. & 120.

Calyx, & corolla *Chelidonii*. Germen habet stigma peltatum radiatum.

Fructus est capsula multilocularis coronata stigmatibus, sub quo loculum

quodlibet propria apertura dehiscit. Semina plurima septis affixa.

1064 PAPAVER hybridum.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 108.

*Papaver* capsulis subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro. LINN. spec. p. 725.

*Papaver erraticum* capite oblongo hispido. TOURN. inst. 238.

*Papaver hispidum*. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 174.

*Argemone capitulo brevior*. BAUH. pin. 172.

*Argemone capitulo brevior* hispido. BAUH. hist. 396.

Loc. Circa arcem la Brunetta. Inter segetes *Uneliae Ignatii* MOLINERI. ANNUUM.

1065. PAPAVER dubium.

*Papaver* capsulis oblongis glabris, caule multifloro, setis adpressis, foliis pinnatifidis incisis. LINN. spec. p. 726.

*Papaver* foliis hispidis pinnatis, pinnis lobatis, fructu ovato laevi. HALL. hist. tom. 2. n. 1065.

JACQ. Fl. Austr. tab. 25.

*Papaver parviflorum*. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 173.

*Papaver erraticum*, capite longissimo glabro. TOURN. inst. 238. HALL. Rupp. Jen. p. 71.

*Argemone capitulo longiore glabro*. MORIS Bles. 233. hist. 2. sect. 3. tab. 14. f. 11.

Loc. Thomas PRIM in agris Pineroliensibus legit. ANNUUM.

1066. PAPAVER argemone.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 75.

*Papaver* capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. LINN. spec. p. 725.

*Papaver* foliis hispidis pinnatis, pinnis lobatis, capitulis ellipticis hispidis. HALL. hist. 2. n. 1063.

*Papaver* foliis pinnatifidis, fructu oblongo turbinato hispido. NEKER. tom. 1. p. 229.

*Papaver clavigerum*. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 175.

*Papaver erraticum* capite longiore hispido. TOURN. inst. 238.

*Papaver* foliis pinnatifidis hispidis, fructu elliptico hispido. HALL. Gott. 88.

*Argemone capitulo longiore*. BAUH. pin. 172.

*Argemone capitulo longiore spinoso*. BAUH. hist. III. 396.

Loc. Inter segetes montium non infrequens. ANNUUM.

1067. PAPAVER alpinum.

*Papaver* capsula hispida, scapo unifloro nudo hispido, foliis bipinnatis. LINN. spec. p. 725.

*Papaver* (Burseri) pumilum scapo unifloro nudo, capsula hispida. CRANTZ. stirp. austr. fasc. 2. ed. 2. p. 130. tab. 6. f. 4.

*Papaver alpinum saxatile* *Coriandri* folio. SEGU. Veron. 1. p. 416. tab. 4.

*Papaver nudicaule* foliis pinnatis, pinnis integris, & divisis, capsulis subrotundis hispidis. HALL. hist. 2. n. 1064.

JACQ. Fl. Austr. tab. 83.

*Papaver nudicaule*, flore flavo odorato. DILL. elth. tab. 224.

Loc. Ignatius MOLINERI ad diffractos scopulos in monte *Vermelina* supra *Limone*. PERENNE.



## 1068. PAPAVER rhaeas.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 33.

*Papaver capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis.*

LINN. spec. p. 726. CRANTZ fasc. 2. ed. 2. p. 137.

*Papaver foliis bipinnatifidis alternis, fructu glabro ovato.* NEKER. tom. 1. p. 229.

*Papaver erraticum majus.* BAUH. pin. 171.

*Papaver erraticum rubrum campestre.* BAUH. hist. III. 395.

B. *Papaver erraticum majus, flore albo.* BAUH. pin. 171. TOURN. inst. 278.

*Papavere erratico.* MATTH.

OFF. *Papaver erraticum, s. rubrum, s. rhaeas.*

LOC. Nascitur ubique inter segetes. Varietas. B. in agris prope *Villafranca di Piemonte* occurrit. ANNUM.

VIR. PAPAVER *rhaeas* qualitate suorum principiorum accedit ad PAPAVER *somniferum*, ex quo Opium habetur; principia autem longe remittiora sunt in PAPAVERE *rheade*. Vis posita est in succo quodam singularis naturae mucilaginoso-oleoso, & inflammabili tenues, volatiles, virulentas, narcoticas particulas continente, quae vim irritabilitatis infirmant, in sanguine rarescentiam excitant, atque nervorum actionem sopiunt. Eam vero primum exercent in nervis, qui motui voluntario inserviunt, ac quemadmodum ex somno, nervorum, qui motus voluntarios regunt, actio quiescit, persistente tamen, imo aucta vi cordis, ita ex principio papaverino narcotico similes effectus sequuntur: sed ex somno vires reficiuntur, ex narcotico autem medicamento vis nervorum debilitatur, visque cordis ex constanti narcoticorum actione demum etiam infringitur. Major pars hujusce substantiae virulentae sedet in capsulis; longe minor in floris petalis existit: haec igitur mitissime nervorum spasmum compescunt, aliquem aestum in sanguine gignunt, humores blandè solvunt, atque perspirationem promovent. Adhibent Medici infusum theiforme ad diaphoresim propellendam, quod medicamenti genus opportunum maxime est iis in casibus, in quibus partibus nimium irritabilibus quies aliqua concilianda, atque sanguinem rarefaciendo attenuare convenit; non autem ubi stimulante remedio est torpida vasorum actio excitanda. Succus ex vulneratis capsulis exstillans, aut arte expressus substantiam praebet Opio similem, sed multo minus narcoticam, & virulentam; caeterum perinde ac Opium ad eosdem usus potest adhiberi, daturque a granis sex ad duodecim. Capsulae etiam, quemadmodum capsulae PAPAVERIS *albi*, ad eundem scopum possunt inservire; debilius tamen agunt. Licet ea, quae ad Opium pertinent, hujusce omnino loci non sint, in utilitatem tamen Medicinae Tyronum non inconsultum putamus Opiatorum usum in morbis definire. Opium partium irritabilitatem sopit, nervorum actionem infringit, sanguinem rarefacit, caput peculiariter replet, fibras medullares cerebri stimulante quadam, & propria vi irritat, easque praesertim, quibus mentis operationes exercentur, ut anima exinde potius passiva, quam activa sit, secretiones omnes imminuit, sola perspiratione excepta, quam sustinet, imo auget, donec vis cordis adhuc valida regit. Hisce positis planum est convenire potissimum Opii praescriptionem iis in morbis, in quibus est nimia fibrarum irritabilitas, atque in iis spasmodum, & convulsionum speciebus, quas facit inordinatus, aut nimius fluidi nervei affluxus. Generatim aptum non est in morbis capitis, si a plethora aliquid sit metuendum. Cautè iis dandum est Opium, quibus facile sanguis rarescit, aut ex peculiari conformatione caput sanguine facile repletur. Quum omnes excretiones, & secretiones supprimat, jam patet, quantum periculi immineat ex ejusdem incauto usu, si salutare excretiones expectentur, aut eae etiam immodicae Opio cohibeantur, nisi diligentissime ad aegri circumstantias, & causam morbum facientem attendatur. In genere non convenit alvi fluxum praecociter cohibere. Utiliter adstringentibus opiata conjunguntur, quando quaedam debilitas cum sensibilitate conjuncta alvi fluxum sustinet. Symptomaticas etiam, & serosas evacuationes ab irritatione humoris ad cutim pellendi productas cum juvamine moderatur Opium corroborantium, aut diaphoreticorum auxilio adjutum. Summe perniciosum opium in Cholera morbo est, nisi sub fine morbi, atque cum tonicis corroborantibus conjunctum sit. Colica ventriculi, & intestinorum, nisi vere ex simplici spasmo, &



flatulenta sit, opii adhibitionem non permittit. Exitiale Opium est in doloribus intestinorum ex inflammatione; contumacissimum morbum reddit, si materies rheumatica intestina vexet; si bilis autem acris internam intestinorum substantiam torqueat, ex Opii praescriptione facile in ferum tympanitem morbus degenerat. In universum in febribus inflammatoriis, rheumaticis, biliosis putridis, periculis Opium inopportunitate est; tussim morbillorum, & scarlatinae febris intensiorem reddit; attamen, dum materia exanthematum jam ad cutem delata est, atque propter irritabilitatem nimiam difficulter eadem erumpit, idem potest convenienti tempore adhiberi. In tussi, quam facit pituitae salsae ad pectus destillatio, ejus frequens usus solet congestionem inferre, atque ad phthisim deducere: Neque Opii usum comprobo in sanguinis sputo a pulmonibus veniente. Tussis, quae cum defluxione ad pectus fuerit cum sputo tenui, ex prudenti ejusdem adhibitione utilitatem recipit, damnum autem evidens habebit, si sputa crassa sint. In tussi clangosa infantum vix ullum levamen ex Opii administratione observavi: paroxysmi rariores fiunt, sed vehementiores recurrunt. Suppurationem difficiliorem reddit; extus autem aliis resolutivis, & digerentibus adjicitur ad illos duros, difficilesque tumores in suppurationem ciendos, qui eidem resistunt ex materiae visciditate, & fibrarum renixu. In genere pulmonum morbi Opii usum nullum, aut maxime circumspicuum requirunt. In asthma sicco diligenter inquirendum, num materia acris identidem pulmones, & bronchia praesertim irritans causa morbi sit, aut unice per nervorum spasmus morbus producat, hoc autem in casu praesertim opium convenit. Podagrae, et arthritidis dolores utique opio sublevantur, sed iidem vehementiores redeunt, atque morbi solutio serius sequitur. Si vigilia exerceat, solent Medici ad illud confugere, sed, ex dictis, evidens, quando eidem locus esse possit. Opportunum maxime est, si causa vigiliarum ex animi actione sit, quam remedio sopire expediat: caeterum observavi, quibus ex vehementi ira, bileque ad caput rapta, vigiliae adveniunt, ab Opio nullum verum levamen persentire, sed utilius attemperantia, atque mitia paregorica adhiberi. Neque etiam eodem somnus urgendus est in iis, qui ex melancholia male se habent, aut delirio melancholico proximi sunt, sive causa in hippocondriis haereat, sive cerebrum primario afficiatur. In emicrania inutile Opium vidi, & periculosa etiam res est simili remedio (siquidem ad tantum valeret) emicraniem tollere. Sponte enim cessante, aut etiam arte sublata emicrania, graviora alia mala fuisse subsequuta adnotavi. Inopportunitate Opium videtur, si morbi origo ex stomacho veniat. Licet paullo severius opium in plurimis morbis prohibitum sit, intelligendum id est de frequenti, neque satis circumspicuo usu. Paullo fusius res haec est pertractata in usum Medicinae Tyronum, ne familiare habeant Opium, illorum Medicorum vestigia prementes, qui plus de symptomatis mitigandis, & aegrorum querimoniis leniendis solliciti, quam de recta ex cognita natura, & causa morbi curatione, instituenda fere nesciunt in vespertina visitatione ab aegro discedere, quin, praescripta opiata Medicina, bonam noctem aegris suis augurentur. Neutiquam scilicet diffitemur interdum & in recensitis morbis, ratione circumstantiarum, aut symptomatum, Opium praescribi posse, sed iterum semper monemus, id non nisi magna cum circumspicione faciendum esse, multoque minus hanc Medicinam sine severo examine repetendam.

CAPPARIS. LINN. *gen. n. 567., syst. n. 643.* TOURN. *tab. 139.*

Calyx tetraphyllus ex tribus foliis angustis, quarto majori cavo deorsum verso.

Petala quatuor patentia. Germen pedicellatum, & stigmate obtuso instructum evadit. Bacca unilocularis polysperma corticosa.

1069 CAPPARIS spinosa.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 31.

Capparis pedunculis solitariis unifloris, stipulis spinosis, foliis annuis, capsulis ovalibus.

LINN. *spec. p. 720.* HALL. *hist. 2. n. 1077.*

Capparis spinosa fructu minore folio rotundo. BAUH. *pin. 480.*

E e e e



*Capparis spinosa*. BAUH. *hist.* II. 63.

*Cappari*. MATTH.

VERN. *Tappari*.

LOC. Ad vetustos muros colitur in *Pedemontio*, & spontanea crescit *Nicaeae*.

PERENNIS.

VIR. Principia acria, paullisper amara stimulantia, aperientia, & abstergentia continet CAPPARIS. Horum principiorum particulae magis volatiles in floribus existunt, magis fixae resident praesertim in radicum cortice. Flores nondum spicati, acetoque conditi laudantur veluti remedium incidens antiscorbuticum: in usum culinarum recipiuntur ad gratiam, atque condimentum ciborum; eorundem autem usus diaetheticus convenit maxime pituitosis scorbuticis; aliquid etiam conferre creduntur ad viscerum infarctus uti hepatis, & lienis reserandos. Potentius, quam flores, humores incidunt, abstergunt, coacta resolvunt, urinaeque secretionem promovent radices, quarum cortices praestantiores habentur, itaut inter radices aperientes recenseantur. Licet haud negaverim hujusmodi proprietates maxime opportunas in lienis infarctibus, minime tamen puto in contumaciori, aut fortiori morbo sufficere. Extrat in officinis oleum e corticibus CAPPARUM, quo abdomen in ejusdem infarctu, & regio pubis ad urinam ciendam solet illiniri. Cortices CAPPARIS in substantia, ut dicitur, dantur a drachma semisse ad drachmam unam; in decocto ab uncia semisse ad unciam unam.

ACTÆA. LINN. *gen. n.* 568., *syst. n.* 644. TOURN. *tab.* 154.

Calyx quadrifolius deciduus. Petala utrinque acuminata decidua. Germen stigmatibus transversis instructum evadit. Bacca sicca duplici serie seminum semicircularium foeta.

1070 ACTÆA spicata.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 37.

*Actaea racemo ovato, fructibusque baccatis*. LINN. *spec. p.* 722.

*Actaea foliis circumserratis, duplicato-pinnatis, pinnula extrema trilobata*. HALL. *hist.* 2. n. 1076.

*Christophoriana*. HALL. *Helv.* 305.

*Christophoriana vulgaris nostra racemosa, & ramosa*. MORIS *ox.* 2. 8.

*Aconitum racemosum, an actaea Plinio*. BAUH. *pin.* 183.

*Christophoriana*. DOD. *pempt.* 402. LOB. *adv. p.* 304.

OFF. *Aconitum bacciferum, sive christophoriana*.

LOC. In sylvis umbrosis *Taurinensibus*, & subalpinis. PERENNIS.

VIR. Inter venenatas stirpes *Christophoriana* locum habet, neque, quod sciam, fido experimento, deducta ad usum internum adhuc haec planta est. Ex baccis cum alumine niger color paratur.

## B. POLYSTYLÆ.

PHILADELPHUS. LINN. *gen. n.* 540., *syst. n.* 614.

Epicarpia. Calyx quadrifidus. Petala quatuor patentia. Tubae quatuor. Fructus carnosomembranaceus ovatus acuminatus quadrilocularis quadrivalvis polyspermus, interdum in flore primario unam partem addit calycis, floris, & fructus.

1071 PHILADELPHUS coronarius.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 20.

*Philadelphus foliis subdentatis*. LINN. *spec. p.* 671. HALL. *hist.* 2. n. 1100.

*Syringa alba, seu philadelphus athenaei*. BAUH. *pin.* p. 398. TOURN. p. 617.

*Frutex coronarius*. CLUS. *hist.* 1. p. 55.

OFF. *Philadelphus, s. Syringa alba*.



Loc. Exoticae originis nunc frequenter occurrit ad sepes in *Monteferrato*, & collibus *Taurinensibus*. *FRUTEX*.

TORMENTILLA. LINN. *gen. n.* 560. *syst. n.* 635. TOURN. *tab.* 153.

Calyx octofidus persistens, laciniis alternis minoribus. Germina octo in capitulum congesta. Styli laterales octo, breves. Semina octo nuda, receptaculo exsucco affixa.

1072 **T**ORMENTILLA erecta.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 70.

*Tormentilla caule erectiusculo, foliis sessilibus*. LINN. *spec. p.* 716.

*Fragragria tetrapetala, foliis caulinis sessilibus quinatis*. HALL. *hist. tom. 2. n.* 1117.

*Fragraria foliis quinatis, calyce octofido, flore tetrapetalo*. CRANTZ. *fasc. 2. ed. 2. p.* 80.

*Potentilla, Tormentilla erecta*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 620.

*Tormentilla sylvestris*. BAUH. *pin.* 326.

*Tormentilla*. MATTH.

Loc. In pascuis, & sylvis frequentissime. *PERENNIS*.

*VIR*. Inter nostrates adstringentes stirpes distinctum locum meretur radix TORMENTILLÆ, cujus activae proprietates vere insignes sunt ad tonum fibrarum augendum, & fluidorum cohaesionem firmandam. Agit principio acido-stiptico gummosae, & resinosa substantiae inhaerente, ita tamen ut extractum resinosum validius sit; caeterum ea est harum substantiarum inter se commixtio, & natura, ut aquae menstruum activas particulas extrahat. Adhibetur generatim in partibus relaxatis ad earum tonum restituendum, atque ad sanguinis, & seri fluxus cohibendos. Decoquitur radix a drachmis duabus ad unciam semissem, aut extractum praescribitur a drachma semisse ad drachmam unam. Ea, quae alias jam dicta sunt de cauto usu adstringentium intus datorum ad sanguinis, aut humorum aliorum effluxus cohibendos, in praesentiarum non repeto; moneo tamen eas caute las maximi faciendas esse in praescriptione TORMENTILLÆ, quae validum adstringens constituit.

THALICTRUM. LINN. *gen. n.* 617. *syst. n.* 697. TOURN. *tab.* 143.

Petala plerumque quatuor, interdum quinque, caduca. Germina plura pedicellata stigmate simplici instructa evadunt capsulae striatae, aut alatae monospermae.

1073 **T**HALICTRUM foetidum.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 61. 62.

*Thalictrum foliis patulis pubescentibus trilobis petalis subhirsutis, floribus nutantibus*.

HALL. *hist. tom. 2. n.* 1140. *Emend. 4. n.* 181. 182.

*Thalictrum caule filiformi ramosissimo paniculato folioso*. LINN. *spec. p.* 768.

*Thalictrum caule filiformi ramosissimo inspersis foliolis paniculato*. ROY. *Leyd. p.* 485. *n.* 4.

*Thalictrum minimum foetidissimum*. BAUH. *pin. prodr.* 146.

Loc. In saxosis pene summatarum Alpium praesertim Cotiarum locis apricis minime rarum est. *PERENNE*.

1074. **T**HALICTRUM minus.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 63.

*Thalictrum foliis patulis, imis obliuse trilobis, supremis acutis, paniculis diffusis, floribus nutantibus*. HALL. *hist. 2. n.* 1139., *Emend. 4. n.* 182.

*Thalictrum foliis sexpartitis, floribus cernuis*. LINN. *spec. p.* 769.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 419.

*Thalictrum caule glabro, panicula reclinata floribus cernuis*. CRANTZ. *fasc. 2. ed. 2. p.* 107.

*Thalictrum alpinum minus saxatile rutae folio, staminibus luteis*. SEGU. *Ver. 476. tab.* 11.

*Thalictrum minus*. BAUH. *pin.* 337.

*Thalictrum minus, s. Rutae pratensis genus minus, semine striato*. BAUH. *hist. III. p.* 487.



Loc. In pratis secus flumen *Duriam*; frequentior in pratis irriguis, atque etiam alpes ascendit, & incolit loca saxosa. *PERENNE*.

1075. *THALICTRUM* angustifolium.

*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 10.*

*Thalictrum* foliis lanceolato-linearibus integerrimis. *LINN. spec. p. 769.*

*Thalictrum* foliis adscendentibus linearibus, panicula erecta. *HALL. hist. tom. 2. 1137.*

*Thalictrum* angustissimo folio. *BAUH. prodr. 146. PLUCK. p. 364. tab. 65. f. 6.*

*Thalictrum* foliis angustissimis aequè latis integerrimis. *CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 105.*

Loc. In *Sabaudia* circa *Gye* in pratis frequentem esse observavi. In pratis di *Azelio*, & *Moncrivello Cl.* *BELLARDI. PERENNE.*

1076. *THALICTRUM* flavum.

*ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 60.*

*Thalictrum* caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. *LINN. spec. p. 770.*

*Thalictrum* foliis erectis, lobulis acute trilobis, spica adscendente. *HALL. hist. tom. 2. n. 1138.*

*Thalictrum* foliis longis rugosis, & asperis. *CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 106.*

*Thalictrum* foliis triplicato-pinnatis, fructificatione paniculata erecta. *NEKER. tom. 1. p. 236.*

*Thalictrum* majus siliqua angulosa, s. striata. *BAUH. pin. 330.*

*Thalictrum* nigrius caule, & semine striato. *BAUH. hist. III. p. 487.*

*Thalitro. MATTH.*

Loc. Secus fossas aquarum lente fluentium locis umbrosis in agro *Pedemontano. PERENNE.*

*VIR.* Radices flavo colore tingunt, viresque habet solventes, & abstergentes. Unciae unius dosi decoctae laudantur ad urinam pellendam, icterum tollendum, atque hepatis obstructions reserendas.

1077. *THALICTRUM* aquilegifolium

*ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 65.*

*Thalictrum* foliis triplicato-pinnatis patulis obtuse trilobis, stipulis ovatis, paniculis umbellatis. *HALL. hist. tom. 2. n. 1141.*

*Thalictrum* fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti. *LINN. spec. p. 770.*

*Thalictrum* fructibus triangularibus pedicellatis pendulis. *CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 107.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 318.*

*Thalictrum* fructibus pendulis triangularibus. *GER. p. 379. n. 4.*

*Thalictrum* aquilegiae foliis, florum staminibus albis, aut purpurascensibus. *TOURN. inst. 270.*

*Thalictrum* majus florum staminibus purpurascensibus. *BAUH. pin. 337.*

*Thalictrum* majus foliosis angulosis, caule laevi. *BAUH. hist. III. 487.*

Loc. In pratis subhumidis, & sylvis montium subalpinorum, & ipsarum alpium frequens est. *PERENNE.*

*CLEMATIS. LINN. gen. n. 616. syst. n. 696. TOURN. tab. 150.*

Calyx nullus. Petala quatuor, rarius quinque. Ovula plurima, stylis simplicibus villosis, aut setaceis praedita evadunt. Semina ovata, stylo instructa adunco, aut plumoso.

1078 *CLEMATIS* erecta.

*ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 55.*

*Clematis* foliis pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis, tetrapetalisque. *LINN. spec. p. 767.*

*Clematis* caule erecto, foliis pinnatis ovato-lanceolatis. *HALL. hist. tom. 2. n. 1144.*

*Clematis* foliis longe petiolatis integris, caule erecto. *CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 126.*

*JACQ. Fl. Austr. tab. 291.*

*Clematis* foliis pinnatis, caule erecto. *GER. p. 382. n. 3.*



*Flammula recta*. BAUH. pin. 300.

*Clematitidis*, s. *Flammula surrecta alba*. BAUH. hist. II. p. 127.

*Flamula*. MATTH.

Loc. In collibus agri *Nicaeensis* abunde, & secus flumina *Sronda*, e *la Dora* in agro *Taurinensi*. PERENNIS.

1079. CLEMATIS vitalba.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 58.

*Clematis scandens foliis longe petiolatis pinnatis integris, aut dentatis*. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 126.

*Clematis foliis pinnatis, foliolis cordatis scandentibus*. LINN. spec. p. 766.

*Clematis caule scandente, foliis pinnatis ovato-lanceolatis, petalis coriaceis*. HALL. hist. tom. 2. n. 1142.

JACQ. Fl. Austr. tab. 308.

*Clematitidis sylvestris latifolia*. BAUH. pin. 300.

*Clematis latifolia integra, & dentata*. BAUH. hist. II. p. 125.

*Clematide terza*. MATTH.

OFF. Clematis, s. Viorna.

VERN. Viorna.

Loc. Ubique ad sepes varians foliis dentatis, & integris, summis pinnatis, & simplicibus. FRUTEX.

1080. CLEMATIS flammula.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 56.

*Clematis foliis inferioribus pinnatis laciniatis: summis simplicibus integerrimis lanceolatis*. LINN. spec. p. 766.

*Clematis caule scandente foliis pinnatis trilobatis*. HALL. hist. tom. 2. n. 1143.

*Clematis foliis pinnatis, foliolis alternis, cauliculis flexuosis scandentibus*. GER. p. 382. n. 2.

*Flammula*. DOD. pempt. p. 404.

*Clematis*, s. *Flammula scandens, tenuifolia alba*. BAUH. hist. p. 127.

Loc. Ad sepes, & dumeta ubique frequens. PERENNIS.

VIR. Nostrae CLEMATITIDES continent acrimoniam rubefacientem, urentem, & causticam. Rubefacientium, & vesicantium usum supplere possunt, si extus cuti admoveantur. Ad internum usum nondum a prudentibus Medicis recipiuntur, minime tamen negaverim aliquam utilitatem ab earum circumspecto usu haberi posse in morbis frigidis pituitosis ad mucum solvendum, & urinam pellendam.

1081. CLEMATIS maritima.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 57.

*Clematis foliis pinnatis linearibus, caulibus simplicibus hexagonis*. LINN. spec. p. 767.

*Clematis maritima repens*. BAUH. pin. 300. prodr. 135. ENUM. NIC. p. 122. cum descr.

Loc. In sylvis, & locis incultis agri *Nicaeensis*. FRUTEX.

ATRAGENE. LINN. gen. 2. 615. syst. n. 695.

A Clematide vix separanda differt petalis interioribus decem, aut duodecim, sed ea potius stamina petaloidea videntur, quum interiora sint antherifera, atque etiam in Clematide hujusmodi stamina petaloidea observentur.

Tubae in Atragene pilosae sericeae, atque semina sunt cauda plumosa instructa.

1082 ATRAGENE alpina.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 36.

*Atragene foliis duplicato-ternatis serratis, petalis exterioribus quaternis*. LINN. spec. p. 764.

*Atragene foliis ternatis, foliolis trifoliis acutis*. HALL. hist. tom. 2. n. 1145.

*Atragene (Clematides) scandens foliis duplicato-ternatis serratis*. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 127. tab. 5.



*Atragene austriaca*. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 666.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 241.*

*Clematis alpina geranii folio*. BAUH. *prodr. 135.*

*Clematis caerulea serrato folio*. BAUH. *hist. II. p. 129.*

*Loc.* In summis scopulis nostrarum alpium minime rara. Abunde in alpihus *Fenestrellatum*, & montis *Cenisii* ad locum *los Laros*. FRUTEX.



# CLASSIS V.

## PLANTÆ FLORE TETRA-AUT PENTAPETALO PAPILIONACEO

### I. TETRAPETALÆ

#### A. HEXANTHERÆ

FUMARIA, LINN. *gen. n.* 760. *syst. n.* 849. TOURN. *tab.* 237.

Calyx diphyllus, aut nullus; corolla ringens papilionacea. Filamenta duo  
sex antheras ferentia. Fructus varius.

1083 **F**UMARIA bulbosa.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 113.

*Fumaria caule simplici, bracteis longitudine florum.* LINN. *spec. p.* 983.

*Fumaria caule simplici, bracteis coloratis longitudine florum, calyce stipulante.* CRANTZ.  
*fasc. 5. ed. 2. p.* 435.

*Fumaria caule simplici subangulato, pedunculis bractea brevioribus, racemisque solitariis  
multifloris.* NEKER. *tom. 2. p.* 298.

*Fumaria caule simplici, bracteis integris, radice bulbosa.* BOHEM. *Lips. p.* 132. *n.* 312.

*Fabacea radice altera capnos.* LOB. *adv. p.* 339.

*Fumaria caule simplici bifolio, radice cava, foliis inter flores integris.* HALL. *Helv.* 604.

*Fumaria bulbosa, radice cava major.* BAUH. *pin.* 142. GARID. *Aix. tab.* 39.

*Fumaria bulbosa, radice cava, flore purpurascente.* BAUH. *hist. III. part. 1. p.* 204.

*Fumaria II.* MATTH.

OFF. *Fumaria bulbosa, s. Aristolochia fabacea.*

LOC. LOBELIUS, & BAUHINUS *hist. III. 205.* ad sepes arborum in Sabaudia nasci ad-  
notarunt; in Pedemontio etiam similibus locis, tum etiam in sylvis, in collibus,  
& montibus primo vere frequens est. PERENNIS.

1084. FUMARIA capnoides.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 91.

*Fumaria siliquis linearibus tetragonis, caulibus diffusis acutangulis.* LINN. *spec. p.* 984.

*Fumaria foliis pinnatis, pinnis pinnatis, lobatis ovatis, siliquis brevibus, incrispatis.*

HALL. *hist. tom. 1. n.* 347.

*Pseudofumaria flore luteo.* RIVIN. *tab.* 74.

*Fumaria tingitana radice fibrosa perennis, flore ex albo flavescente, siliquis curtis.*

PLUCK. *alm. p.* 262. *tab.* 90. *f.* 2.

*Fumaria lutea.* BAUH. *pin.* 143.

*Fumaria lutea montana.* DALECH. *hist.* 1294.

LOC. Visa est in montibus editioribus Comitatus Nicaeensis. PERENNIS.



## 1085. FUMARIA officinalis.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 111.

*Fumaria pericarpis monospermis foliorum lobis subrotundis.* HALL. Helv. 605.

*Fumaria pericarpis monospermis, racemosis, caule diffuso.* LINN. spec. p. 984.

*Fumaria foliis multifidis, lobis subrotunde lanceolatis, fructibus monospermis.* HALL. hist. tom. 1. n. 346.

*Fumaria officinarum, & Dioscoridis.* BAUH. pin. 143.

*Fumaria.* MATTH.

VERN. *Fumaria.*

Loc. Ad muros secus arva locis praecipue siccis: ubique primo vere vulgatissima. ANNUA.

VIR. Fixo, & valde amaro principio redundat FUMARIA, quod repetendum esse videtur ex sale quodam amaro ad nitrum accedente, gummoso-oleosis particulis conjuncto, quod constituit vires egregias abstergentes amaras, non calefacientes, obstructa reserantes, & speciatim bilis vitium emendantes. Particulae nimirum activam substantiam constituentes ejus naturae sunt, ut substantiae illi salino-oleosae, quae a sanguine ad bilis generationem separatur, facilius adhaereat, atque cum ea coalescat. Quoniam autem ejus indolis sunt, qua possunt corruptivae naturae bilem plus, minusve emendare, viscidamque resolvere, mirum non erit eam tantis laudibus celebrari ab omni tempore ad febres intermittentes tollendas, in ictero, hepatis obstructione, aliisque morbis ex bilis vitio genitis, in quibus memoratae occurrunt indicationes. Porro etiam non minorem efficaciam habet in herpete, impetigine, recurrenti Erysipelate, aliisque cutis foeditatibus, quorum causa saepe requirenda est ex bili vitiosa resorpta: lepram etiam ipsam curare dicitur. Optimum autem est in obstructionibus Taraxaci cum FUMARIA connubium, & hunc ad usum opportune definiendum ea expendantur, quae dicta sunt de Taraxaco. FUMARIA dosi manipuli unius, aut alterius leviter ex aqua, aut juscule decoquitur. Recens utique praestantior est, sed & siccata utiliter adhibetur. Succus expressus datur ab uncis duabus ad tres: extractum a drachma semisse ad drachmam unam, & semissem.

## 1086. FUMARIA spicata.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 117.

*Fumaria pericarpis monospermis, foliorum lobis capillaribus.* HALL. Gott. 302.

*Fumaria pericarpis monospermis spicatis, caule erecto, foliolis filiformibus.* LINN. spec. p. 985.

*Fumaria minor tenuifolia.* BAUH. pin. 143.

Loc. Secus arva Nicaensia. ANNUA.

VIR. Superioris vires habet.

## B. OCTANTHERÆ

POLYGALA. LINN. gen. n. 761. syst. n. 851. TOURN. tab. 79.

Calyx triphyllus; Corolla pentapetala: stamina octo in vaginam connata.  
Capsula bilocularis, bivalvis.

## 1087. POLYGALA amara.

*Polygala floribus cristatis racemosis, caulibus erectiusculis, foliis radicalibus obovatis majoribus.* LINN. spec. p. 987.

JACQ. Fl. Austr. tab. 412.

*Polygala procumbens foliis imis subrotundis: supremis linearibus.* HALL. hist. tom. 1. p. 148. n. 343.

*Polygala amarella foliis circa radicem sparsis obovatis magnis.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 438.

*Polygala vulgaris, foliis circa radicem rotundioribus, flore caeruleo, sapore admodum amaro.* BAUH. pin. p. 215.



*Polygala Buxi minoris folio.* VAILL. Paris. 161. tab. 32. f. 2.

Loc. Bartholomaeus CACCIA in valle Ulciensi. Felix VALLE in alpihus di Fenestrelles, & Exilles. In sterilibus alpium Cotiarum, non tamen summarum, non infrequens est. BIENNIS.

VIR. Tota planta insignem habet amaritiem, possidetque principia incidentia, abstergentia, & extimulantia, alvum aliquantum movet, sed praesertim per urinas pellit concreti, resolutique seri particulas. Haec autem principia actuosiora sunt in radice, quae dicitur insuper habere etiam substantiam aliquam resinoso-balsamicam; eaque est, quae potissimum usum in medicum eligitur. Datur in pulverem redacta dosi drachmae unius. Unciae unius pondere in aquae libra una, & semisse decoquitur ad tertiae partis consumptionem. Adhibetur utiliter in pulmonum morbis ex sero concreto, viscidoque, nec non ad urinas pellendas. Celebris POLYGALÆ radix facta est ad phtysim pulmonalem superandam, certisque observationibus constat eandem supra omnem expectationem profuisse iis etiam phtysicis, qui purulenta sputa reddebant, atque jam in maciem deducebantur. Solet vero decoctioni quoque lac adjungi, postea quam jam expeditior factus est humorum per pulmones circuitus, & expectoratio facilius secuta est. Pro varia aegrorum tolerantia, morbiq; circumstantiis dosis decoctionis adaugetur, vel radice ipsius in substantia adhibitione convalidatur. Planum porro est hujusmodi remedium magna constantia esse protrahendum, ejusdemque usum praesertim definiri a praesentia pituitae viscidae resolvendae, ita ut in iis, quibus sanguinis massa jam resoluta contabescit, vel morbus ex humorum acrium irritatione proficiscitur, non modo inutile, verum etiam perniciosum medicamentum sit. Radicis Senneka succedaneum designatur: verum stimulantia principia, & resolventia validiora sunt in radice Senneka, resinoso-balsamicis autem particulis praestantior videtur POLYGALA amara.

1088. POLYGALA vulgaris.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 119. 120. 121. 122.

*Polygala floribus cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis.* LINN. spec. p. 986.

JACQ. Fl. Austr. tab. 413.

*Polygala caule erecto, foliis linearibus acutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 344.

*Polygala floribus racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus erectis, foliis lanceolatis.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 437.

*Polygala foliis cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus.* GER. p. 281. n. 1.

*Polygala caulibus frutescentibus declinatis, floribus racemosis cristatis subsecundis: capsulis obcordatis.* NEKER. tom. 2. p. 300.

*Polygala vulgaris major.* CLUS. hist. p. 324.

*Polygala vulgaris.* BAUH. pin. 215.

OFF. *Polygala vulgaris.*

Loc. Abunde in pratis non pinguibus, & montanis siccis. PERENNIS.

VIR. Proprietates hujusce POLIGALÆ cum POLIGALA amara conveniunt, sed infirmiores sunt, minoremque videtur habere balsamici principii quantitatem. Tamquam succedaneum radice Senneka adhibitae sunt radices in Pleuritide, & Peripneumonia, experimentum primum faciente Cl. DUAMEL: licet radici Senneka aequiparari non possit, non spernenda tamen est. Expectorationem promovet, serum viscidum, coactumque resolvit, ac per renales tubulos urget. Sicut dictum est de POLIGALA amara, ejusdem radices ex aqua similiter decoquantur.

1089. POLYGALA monspeliaca.

*Polygala floribus cristatis racemosis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus acutis.* LINN. spec. p. 987.

*Polygala annua erecta angustifolia, floribus coloris obsoleti carneis, lineis virgatis.* MAGNOL. bot. monsp. p. 208.

Loc. Haec reperitur in pascuis siccis Nicaeensibus, nec nisi varietatem praecedentis existimo. ANNUA.



## 1090. POLYGALA Chamaebuxus.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 66. f. 2.

*Polygala floribus imberbibus sparsis: carina apice subrotundo, caule fruticoso, foliis lanceolatis.* LINN. spec. p. 989.

*Polygaloides procumbens, foliis duris ovatis nervo-aristato.* HALL. hist. tom. 1. n. 345.

*Polygala floribus cristatis inter folia sparsis, carina apice ventricosa, caule suffruticoso.*

CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 439.

*Chamaebuxus flore Coluteae.* BAUH. pin. 471.

*Anonymos flore Coluteae.* CLUS. hist. 1. pag. 105.

Loc. Frequens est locis saxosis alpium, praesertim ad oras sylvarum. SUFFRUTEX.

## C. DECANTHERÆ.

## 1. UNILOCULARES

TRIFOLIUM. TOURN. inst. p. 404. tab. 228. HALL. hist. 1. p. 158.

Folia terna. Flores plures in spicam, aut capitulum collecti.

Fructus vix calyce longior.

## 1091. TRIFOLIUM hybridum.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 77. f. 2.

*Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule adscendente.* LINN. spec. p. 1079.

*Trifolium caule fistuloso, erecto, capitulis subglobosis, foliolis obverse ovatis serratis.*

DALIB. Paris. p. 226. n. 12.

*Trifoliastrum pratense corymbiferum.* MICH. gen. 28. tab. 25. fig. 2. 6.

*Trifolium orientale altissimum, caule fistuloso, flore albo.* VAILL. Paris. 195. tab. 2. f. 2.

*Trifolium flore albo.* RIV. tetr.

Loc. In pratis. ANNUM.

## 1092. TRIFOLIUM strictum.

*Trifolium capitulis globosis, leguminibus dispermis, caule patulo, foliolis serrulatis, stipulis rhombeis.* LINN. syst. 12. p. 501.

*Trifoliastrum pratense annuum minimum, foliis longis angustis venosis tenuissime serratis, floribus albis congestis, siliquis minoribus dispermis.* MICH. gen. 29. tab. 25. f. 7.

Loc. In pascuis editiorum collium Montisferrati. ANNUM.

## 1093. TRIFOLIUM repens.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 42.

*Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente.* LINN. spec. p. 108. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 405.

*Trifolium caulibus subrectis, spicis depressis, siliquis dispermis.* HALL. hist. tom. 1. n. 367.

*Trifolium corollis polypetalis, scapis axillaribus, siliquis tetraspermis: caule repente.*

SCOP. Fl. Carn. p. 528. n. 8. ed. 2. n. 934.

*Trifolium album.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 603.

*Trifolium pratense album.* BAUH. pin. 327.

*Trifolium pratense flore albo minus, & foemina glabrum.* BAUH. hist. II. p. 380.

*Melilotus Parisiensis humi fusa, foliis glabris serratis.* VAILL. tab. 22. f. 1.

Loc. In pratis ubique. Viviparam varietatem in terra Nicaeam Puteolo allata legit D. GIUDICE. PERENNE.

OBS. Celeberrimi HALLERI auctoritati inhaerens ad TRIFOLIUM repens retuli TRIFOLIUM Parisiense, sed Botanicos rogo, ut velint iteratis observationibus, & experimentis decernere, num distincta planta sit.

## 1094. TRIFOLIUM alpinum.

ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 5.



- Trifolium capitulis umbellaribus scapo nudo, leguminibus dispermis pendulis, foliis lineari-lanceolatis.* LINN. spec. p. 1080. Mant. obs. 451.  
*Trifolium scapis radicatis, floribus racemosis, foliis ellipticis-lanceolatis integerrimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 369.  
*Anonis alpina humilior radice ampla, & dulci.* TOURN. inst. 408.  
*Trifolium alpinum, flore magno, radice dulci.* BAUH. pin. 328.  
*Trifolium alpinum rhaeticum astragaloides.* BAUH. hist. II. p. 376.  
 Loc. In pascuis summis alpinis ubique. Flore albo in monte *Cenisio* variat.  
 PERENNE.

## 1095. TRIFOLIUM subterraneum.

- ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 19.  
*Trifolium capitulis villosis quinquefloris, coma centrali reflexa rigida fructum obvolvete.* LINN. syst. 12. p. 502.  
*Trifolium pedunculis floriferis rectis, fructifloris flexuosis, & recurvatis.* GER. Fl. Gallop. p. 510. n. 15.  
*Trifolium semen sub terra condens.* TOURN. inst. 406.  
*Trifolium pratense supinum cathoblepf.* BARR. ic. 881.  
 Loc. Ad pratorum *Taurinensium*, & vinearum margines frequens, nec in *Pedemontio*, & agro *Nicaeensi* rarum est. ANNUUM.

## 1096. TRIFOLIUM Cherleri.

- ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 41.  
*Trifolium capitulis villosis globosis, stipulis floralibus dilatatis cordatis, caulibus procumbentibus.* GER. Fl. Gallop. 509. n. 13.  
*Trifolium capitulis villosis globosis terminalibus solitariis, calycibus omnibus fertilibus, caulibus procumbentibus, foliis obcordatis.* LINN. syst. 12. p. 502.  
*Trifolium repens globosum.* BAUH. pin. 329. prodr. 143.  
*Trifolium glomerulis personatae Cherleri.* BAUH. hist. II. p. 377.  
*Lagopus minor supinus, molli, & compresso capite.* BARR. ic. 859.  
 Loc. Habitat in agro *Nicaeensi*. ANNUUM.

## 1097. TRIFOLIUM rubens.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 50.  
*Trifolium spicis villosis longis, corollis monopetalis, caule erecto, foliis serrulatis.* LINN. spec. p. 1081.  
*Trifolium foliis nervosis ciliatis, spicis ovatis obovatis, calycis denticulis plumosis, imo longissimo.* HALL. hist. tom. 1. n. 375.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 385.  
*Trifolium corollis monopetalis aequalibus, calycino imo dente nihilo longioribus, spicis oblongis, foliis serrulatis.* SCOP. Fl. Carn. 525. n. 2., ed. 2. n. 925.  
*Trifolium montanum spica longissima rubente.* BAUH. pin. 328.  
*Trifolium purpureum majus, spica, & folio longiore.* BAUH. hist. II. p. 375.  
 Loc. In pratis montanis subalpinis non infrequens. Legi etiam in graminosis sylvarum editiorum collium *Taurinensium*. PERENNE.

## 1098. TRIFOLIUM ochroleucum.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 41.  
*Trifolium caule hirsuto scabro, foliis integerrimis mollibus, spicis subvillosis, ochroleucis.* LA CHENAL. diss. p. 2.  
*Trifolium spicis villosis, caule erecto pubescente, foliolis infimis obcordatis.* LINN. app. p. 233.  
*Trifolium caule recto, foliis hirsutis, supremis conjugatis, spicis oblongis.* HALL. hist. tom. 1. n. 378.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 40.  
*Trifolium lagopoides flore subluteo.* TOURN. inst. 405.  
*Trifolium lagopoides annuum hirsutum pallide luteum, s. ochroleucum.* MORIS. hist. 2. sect. 11. p. 141. tab. 12. f. 12.



- Trifolium pratense hirsutum majus*, flore albo sulphureo, s. ochroleuco. RAJ. hist. 943.  
 Loc. Locis apricis collinis, Liguriae praesertim, frequens est. PERENNE.  
 OBS. Nostri calyces glabriusculi, dentibus calycinis breviter ciliatis, dente infimo longiori. Folia summa sub flore opposita, foliolis longe ellipticis. Spicae fere unciales, corollis persistentibus constanter ochroleucis. Planta procumbens est, caespitosa, caulibus post divisionem ultra spithamam sese erigentibus.
1099. TRIFOLIUM pannonicum. tab. 42. fig. 2.  
*Trifolium spicis villosis longis, corollis monopetalis, foliis integerrimis, cauleque erecto villosissimis.* JACQ. obs. 11. p. 2. tab. 42.  
 Loc. In humidis alpihus di Strop, & la Chianale. PERENNE.  
 OBS. Descriptionem tradidit Cl. JACQUIN. Affine est TRIFOLIO ochroleuco, sed evidenter differt caulibus non prostratis, erectis, simplicibus, nec ramosis, capitulo florum globoso-conico, longe majori. Prima folia radicalia utique elliptica sunt, & emarginata, sed caulina longe lanceolata. Tota planta multa hirsutiae pubescit, atque stipulas habet aristatas, petiolis etiam ipsis hamis stipularum brevioribus.
1100. TRIFOLIUM pratense.  
 ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 40. 48.  
*Trifolium caule obliquo, foliis ovatis hirsutis, supremis conjugatis, vaginis aristatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 377.  
*Trifolium corollis monopetalis inaequalibus, spicis subrotundis, stipulis setaceis, foliis integerrimis.* SCOP. Fl. Carn. 524. n. 1., ed. 2. n. 923.  
*Trifolium spicis globosis villosis cinctis, stipulis oppositis membranaceis, corollis monopetalis.* LINN. spec. p. 1082. Mant. obs. p. 451.  
*Trifolium spicis subvillosis in oppositis vaginis, foliolis sessilibus, foliis non serrulatis.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 407.  
*Trifolium pratense, flore monopetalo.* Tourn. inst. 404.  
*Trifolium pratense purpureum.* BAUH. pin. 327.  
*Trifolium purpureum vulgare.* BAUH. hist. II. 374.  
 Trifoglio de' prati. MATTH.  
 Loc. In pratis ubique frequens. PERENNE.
1101. TRIFOLIUM alpestre.  
*Trifolium corollis monopetalis aequalibus, spicis subrotundis, stipulis lanceolatis, foliis integerrimis.* SCOP. Fl. Carn. 525. n. 3., ed. 2. n. 924.  
*Trifolium spicis subglobosis villosis terminalibus, caule erecto, foliis lanceolatis serrulatis.* LINN. syst. 12. p. 502.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 433.  
*Trifolium foliis ovatis nervosis, supremis conjugatis, vaginis lanceolatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 376.  
*Trifolium spicis subglobosis villosis terminalibus sessilibus, caule erecto, foliis lanceolatis serrulatis, dente imo, corolla minore.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 407.  
*Trifolium montanum purpureum majus.* BAUH. pin. 328.  
*Trifolium majus 2.* CLUS. hist. 2. p. 245. non album sed rubrum. BAUH. hist. II. p. 375.  
 Loc. In pratis montanis, & collinis minus pinguibus. PERENNE.
1102. TRIFOLIUM lappaceum.  
 ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 93.  
*Trifolium spicis globosis terminalibus, calycibus setis rigidis hispidis, caule patulo, foliolis ovalibus.* LINN. syst. 12. p. 502.  
*Trifolium spicis globosis, dentibus calycinis, setaceis, aequalibus, hispidis, caule procumbente.* GER. p. 508. n. 12.  
*Trifolium spicis globosis, calycibus setis rigidis obvallatis, caule erecto.* LINN. spec. plant. p. 768. ENUM. NIC. p. 130.  
*Trifolium globosum, sive capitulo lagopi rotundiore.* BAUH. pin. 329. prodr. 143.  
*Trifolium capitulo glomerato rigido.* BAUH. hist. II. p. 378.



Loc. In Comitatu *Nicaensi* secus prata, & agrorum margines, & in torrentium sabulosis. Circa *Pinerolium* ad arcem dirutam Cl. BELLARDI. ANNUUM.

Obs. Folia ex angusto ovata, levissime pilosa, in extremo subtiliter denticulata. Spicae globosae terminatrices, & quinquaginta flores saepe continent; setae rigidiusculae sunt capillares aequales, duabus quoad amplitudinem majoribus; singulae setae tubo calycis, & flore sunt longiores. Calyx in nostris exemplaribus glaber est.

1103. TRIFOLIUM incarnatum

*Trifolium spicis villosis oblongis obtusis aphyllis, foliis subrotundis crenatis.* LINN. syst. 12. p. 502.

*Trifolium foliis subrotundis, spicis cylindricis, calycibus plumosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 374.

*Trifolium spica rotunda rubra.* BAUH. pin. 328.

*Trifolium album incarnatum spicatum, s. Lagopus maximus.* BAUH. hist. II. p. 376.

Loc. *Bartholomeus* CACCIA in valle *Ulcensi*. ANNUUM.

1104. TRIFOLIUM angustifolium.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 51.

*Trifolium spicis villosis conico-oblongis, dentibus calycinis setaceis subaequalibus, foliolis linearibus.* LINN. spec. p. 1083.

*Trifolium montanum angustissimum spicatum.* BAUH. pin. 328.

*Trifolium angustifolium spicatum.* BAUH. hist. II. p. 376.

*Trifolium alopecurum angustifolium elatius.* BARR. ic. 698.

Loc. In squallidis montanis circa *Pinerolium* collegi. Frequentissimum est in agro *Nicaensi*, neque deest in collibus *Montisferrati*, & *Astensis* provinciae. ANNUUM.

1105. TRIFOLIUM flexuosum. JACQ. Fl. Austr. tab. 386.

*Trifolium majus tertium.* CLUS. hist. 255.

Loc. *Pedemontii* indigena planta est; locus natalis memoria excidit. ANNUUM.

1106. TRIFOLIUM arvense.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 52. 53.

*Trifolium caule ramoso, foliis lanceolatis serratis, spicis villosis ovatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 373.

*Trifolium corollis polypetalis, calyce minoribus, spicis cylindraceutis villosis, caule dichotomo.* SCOP. Fl. Carn. 526. n. 4., ed. 2. n. 930.

*Trifolium spicis villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis villosis aequalibus.* LINN. syst. 12. p. 503.

*Trifolium spicis villosis ovalibus, calyce, & denticulis plumosis.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 405.

*Trifolium arvense humile spicatum, seu Lagopus.* BAUH. pin. 328.

*Lagopus trifolius quorundam.* BAUH. hist. II. 377.

*Lagopo.* MATTH.

Loc. Augusto, & Septembri mense ubique in arvis vulgatissimum. ANNUUM.

1107. TRIFOLIUM stellatum.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 96.

*Trifolium spicis pilosis ovatis, calycibus patentibus, caule diffuso, foliolis obcordatis.* LINN. syst. 12. p. 503.

*Trifolium stellatum.* BAUH. pin. 379.

*Trifolium stellatum purpureum monspessulanum.* BAUH. hist. II. p. 376.

*Lagopus minor erectus, capite globoso stellato.* BARR. ic. 860. a 755.

Loc. Locis siccis secus arva *Nicaensia* frequenter. ANNUUM.

1108. TRIFOLIUM saxatile tab. 59. fig. 3.

*Trifolium saxatile hirsutissimum* BAUH. prodr. 143. MISC. TAUR. Tom. 5. p. 77. n. 88.



Loc. In arenosis prope les glaciers vallis Ursinae, & supra Locanam, & les glaciers de la Argentera, & in summis alpibus Tarantasiae. ANNUUM.

DESCR. Ex una radice caules plures ramosi procumbentes trium, aut quatuor unciarum longitudine. Foliorum vaginae striatae amplexicaules caudatae. Foliola ex ovatis cordata emarginata nervosa denticulata, subtus subincana. Capitula florum axillaria, & terminalia, laxa; calyces molli, & denso tomento tecti, non inflati, dentibus rectis, non reflexis.

1109. TRIFOLIUM clypeatum.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 40.

Trifolium spicis ovatis, calycibus patulis: lacinia infima maxima lanceolata, foliolis ovatis. LINN. spec. p. 1084.

Trifolium spicis ovatis, lacinia calycum infima maxima, foliis petiolatis. ROY. Leyd. p. 377. n. 4.

Trifolium clypeatum argenteum. ALP. exot. 307. tab. 306.

Loc. Circa Casal Borgone repertum est. ANNUUM.

1110. TRIFOLIUM scabrum.

Trifolium capitulis sessilibus lateralibus ovatis, calycibus laciniis inaequalibus rigidis recurvis. LINN. syst. 12. p. 503.

Trifolium capitulis sessilibus ovatis, calicibus villosis inaequalibus. LINN. spec. pl. p. 770. ENUM. NIC. p. 132.

Trifolium caulibus prostratis, capitulis ovatis, in alis sessilibus, calycibus rigidis, segmentis rectis. HALL. hist. tom. 1. n. 371.

Trifolium capitulis sessilibus ovatis axillaribus, terminalibusque, calycum laciniis recurvis. GER. Flor. Gallopr. p. 509. n. 14.

Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. BAUH. hist. II. p. 378.

Trifolium capitulo oblongo aspero. BAUH. pin. 329.

Trifolium flosculis albis in glomerulis oblongis asperis, cauliculis proxime adnatis. RAY. syn. ed. 3. p. 329. VAILL. tab. 73. f. 1. HALL. emend. 2. n. 44.

Loc. Locis siccis agri Nicaeensis, atque in pascuis sterilibus agri Pedemontani. ANNUUM.

OBS. Folia sunt ovalia, tenuissime denticulata glabra rugosa, & firma. Flores in quolibet capitulo viginti circiter calycinis dentibus non altiores; calycis lacinae reflexae acutae durae, & inaequales cum duabus minoribus.

1111. TRIFOLIUM glomeratum.

Trifolium capitulis hemisphaericis rigidis sessilibus, calycibus striatis patulis aequalibus. LINN. syst. 12. p. 503.

Trifolium arvense supinum verticillatum. BARR. ic. 882.

Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis. RAY. syn. ed. 3. p. 330.

Trifolium parvum rectum, flore glomerato cum unguiculis. BAUH. hist. II. p. 378.

Loc. Locis macilentis, & siccis agri Nicaeensis nascitur. ANNUUM.

OBS. Folia cordata denticulata: flores calyce altiores: calyx glaber cum laciniis triangularibus.

1112. TRIFOLIUM striatum.

ICON. TAUR. Vol. XXVII. tab. 90.

Trifolium capitulis sessilibus sublateralibus ovatis, calycibus striatis rotundatis. LINN. spec. p. 1085. GOU. Illustr. p. 51. cum bona descriptione.

Trifolium parvum hirsutum, flore parvo dilute purpureo in glomerulis mollioribus oblongis, semine magno. VAILL. Paris. 196. tab. 33. f. 2.

Trifolium capitulis Thymi. BAUH. prodr. 143.

Loc. Inter Pralorm, & Canale legit Ignatius MOLINERI. Cl. BELLARDI in ericetis di Moncrivello loco dicto le Montiglie. ANNUUM.

1113. TRIFOLIUM resupinatum.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 76.



*Trifolium spicis subovatis, calycibus inflatis, dorso gibbis, caulibus prostratis.* LINN. spec. p. 1086. ENUM. NIC. p. 127.

*Trifolium folliculatum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 599.

*Trifolium pratense folliculatum.* BAUH. pin. 329.

*Trifolium pratense salmanticum.* CLUS. hist. 2. p. 247.

*Trifolium folliculaceum, seu vesicarium minus purpureum.* BAUH. hist. II. 379.

Loc. In arvis, & pratis macilentis, tum secus vias Nicaeae abunde nasci adnotavit D. GIUDICE. Ego reperi in sabulosis inundatis utriusque Duriae. ANNUUM.

1114. TRIFOLIUM tomentosum.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 94.

*Trifolium capitulis axillaribus sessilibus tomentosis, calycibus inflatis, foliis glabris, caulibus decumbentibus.* GER. Fl. Gallopr. 510. n. 18.

*Trifolium spicis sessilibus globosis tomentosis, calycibus inflatis obtusis.* LINN. syst. 12. p. 503.

*Trifolium cum glomerulis tomentosis per caulium longitudinem.* BAUH. hist. II. p. 379.

*Trifolium fragiferum tomentosum.* MAGN. Bot. Monsp. 265. cum icone.

Loc. Etiam in agro Nicaeensi nascitur haec TRIFOLII species. ANNUUM.

1115. TRIFOLIUM fragiferum.

*Trifolium spicis subrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus.* LINN. syst. 12. p. 503. ENUM. NIC. p. 126.

*Trifolium caule repente, spicis glabris, calycibus sericeis, ampullescentibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 370.

*Trifolium capitulis subrotundis, calycibus in defloratis inflatis, caule repente.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 412.

*Trifolium corollis polypetalis, spicis subrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis reticulatis.* SCOP. Fl. Carn. 527. n. 7., ed. 2. n. 933.

*Trifolium caule nudo glomerulis glabris.* BAUH. hist. II. p. 379. fig. majore.

Loc. In agro Nicaeensi ad pratorum margines, & sabulosa torrentium. PERENNE.

1116. TRIFOLIUM montanum.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 49.

*Trifolium spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto.* LINN. spec. p. 1087.

*Trifolium caule erecto paucifloro, foliis elliptico-lanceolatis nervosis, subtus subhirsutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 32.

*Trifolium corollis polypetalis, spicis terminalibus subrotundis, foliis lanceolatis, caule erecto.* SCOP. Fl. Carn. 527. n. 6. ed. 2. n. 932.

*Trifolium capitulis terminalibus corollarum vexillis subulatis, caule erecto, foliolis lanceolatis serratis.* LINN. spec. p. 770.

*Trifolium montanum album.* BAUH. pin. 328.

*Trifolium majus albo flore incanum.* CLUS. BAUH. hist. II. p. 380.

Loc. In pratis montanis. PERENNE.

1117. TRIFOLIUM agrarium.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 55.

*Trifolium spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus nudis, caule erecto.* LINN. syst. 12. p. 503.

*Trifolium spicis ovatis densissimis strepentibus, calycibus diffusis.* HALL. hist. tom. 1. n. 363.

*Trifolium racemis ovalibus strepentibus, vexillis deflexis persistentibus.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 411.

*Trifolium corollis polypetalis persistentibus, vexillis plicatis, spicis ovalibus, caule erecto.* SCOP. Fl. Carn. p. 526. n. 5.

*Melilotus lupulina.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 593.

*Trifolium pratense luteum, capitulo lupuli, seu agrarium.* BAUH. pin. 328.



*Trifolium pratense luteum foemina, flore pulchriore, seu lupulino.* BAUH. hist. II. p. 381.  
*Trifolium agrarium.* DOD. pempt. 576.  
 Loc. In pratis abunde. ANNUUM.

## 1118. TRIFOLIUM spadiceum.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 54.  
*Trifolium caule erecto, spicis ovatis strepentibus, calycibus capillaribus pilosis.* HALL. hist. tom. 1. n. 365.  
*Trifolium spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pilosis, caule erecto.* LINN. spec. p. 1087.  
*Trifolium capitulis imbricatis ovalibus virgineis villosissimis defloratis subhirsutis.* NEKER. tom. 2. p. 313.  
*Trifolium montanum lupulinum.* BAUH. prodr. 140.  
*Lupulini species major robusta adsurgens.* BAUH. hist. II. p. 381.  
 Loc. In montanis pratis non infrequens. ANNUUM.

## 1119. TRIFOLIUM procumbens.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 56.  
*Trifolium spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, caulibus procumbentibus.* LINN. spec. p. 1088.  
*Trifolium spicis strepentibus paucifloris, caulibus erectis.* HALL. hist. tom. 1. n. 364.  
*Trifolium caulibus procumbentibus elongatis, florum vexillis deflexis.* NEKER. tom. 2. p. 313.  
*Trifolium luteum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 604.  
*Trifolium lupulinum alterum minus.* RAJ. syn. ed. 3. p. 330. tab. 14. f. 3.  
 Loc. Nicaeensis agri stirps est. PERENNE.

## 1120. TRIFOLIUM filiforme.

*Trifolium spicis subimbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pedicellatis, caulibus procumbentibus.* LINN. spec. p. 1088.  
*Trifolium lupulinum minimum.* MORIS hist. 2. p. 142. RAJ. Angl. 3. p. 331. tab. 14. f. 4.  
*Trifolium luteum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 604.  
 Loc. In pratis Nicaeensibus. ANNUUM.

MELILOTUS. TOURN. inst. 402. HALL. hist. 1. p. 158.

Folia terna. Flores racemosi. Siliqua monosperma, aut disperma inflata, tota extra calycem educta.

## 1121. MELILOTUS indica.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 18.  
*Melilotus floribus minimis dense spicatis, leguminibus monospermis rugosis, caule erecto.* ZINN. Gott. p. 368.  
*Trifolium leguminibus racemosis nudis monospermis, caule erecto.* LINN. spec. p. 1077.  
 Loc. In pascuis, & ad vias collium calidiorum. ANNUA.

## 1122. MELILOTUS officinalis.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 57.  
*Melilotus siliquis racemosis, pedunculis rugosis dispermis acutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 362.  
*Trifolium leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, caule erecto.* LINN. spec. p. 1078. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 404.  
*Trifolium corollis polypetalis, racemis siliquis monospermis rugosis.* SCOP. Fl. Carn. 528. n. 9.  
*Trifolium officinale.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 935.  
*Melilotus leguminibus dispermis ovatis laevibus, caule erecto.* GER. p. 505. n. 1.  
*Melilotus officinalis.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 594.  
*Melilotus officinarum Germaniae.* BAUH. pin. 331.  
*Melilotus siliquis turgidis brevibus obscure transversim rugosis.* HALL. Helv. 587.



*Trifolium odoratum, seu Melilotus vulgaris flore luteo.* BAUH. *hist.* II. p. 370.  
*Loto domestico.* MATTH.

B. *Melilotus officinarum Germaniae flore albo.* TOURN. *inst.* 407.

*Loc.* Ad vias, & limites agrorum, etiam secus prata occurrit. BIENNIS.

*VIR.* Odoris aliquantum gravis, & subvirulenti planta MELILOTUS est, atque haec principia tenuiora, & actuosiora esse videntur in floribus, quae in siccata planta persistunt. Eapropter in usum medicum eliguntur summitates florentes. Varietas, quae florem album praebet, praestantior est. Clysmatum materiam utiliter praebet ad internos dolores leniendos. Extus tantummodo solet adhiberi ad ciendam paullo difficilium tumorum suppurationem. Juvat autem vi resolvente, subanodyna, atque etiam aliquantum emolliente. In tensionibus etiam imi ventris spasmodicis utile est decoctum florum MELILOTI, aut magmate ea contritis, & decoctis summitatibus MELILOTI parato abdomen fovere. Extat in officinis emplastrum de MELILOTO dictum ad memoratos usus adhibitum.

1123. MELILOTUS italica.

*ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 60. & Vol. XIII. tab. 51.*

*Trifolium leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis obtusis, caule erecto, foliolis integris.* LINN. *spec.* p. 1078.

*Melilotus italica, foliulis rotundis.* BAUH. *pin.* 331.

*Melilotus italica.* CAM. *hort.* 99. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 594.*

*Melilotus magno semine rotundo rugoso.* BAUH. *hist.* II. p. 371.

*Loc.* In Comitatu Nicaeensi. ANNUA.

1124. MELILOTUS Messanensis.

*Trifolium melilotus leguminibus arcuatim rugosis, foliis brevioribus, caule diffuso.* LINN. *Mant.* p. 275.

*Melilotus messanensis procumbens, foliis rugosis sublongis, spicis foliorum brevioribus.* RAJ. *hist.* 952.

*Melilotus minima recta, lutea, siliquis crassis curtis in capitulum congestis, semine faenugraeci.* MORIS *hist.* 2. s. 2. p. 162. *tab. 16. f. 9.* RETZ. *fasc. 1. obs. bot. p. 24.*

*Loc.* In agro Novariensi. ANNUA.

LOTUS. LINN. *gen. n.* 803. *sys. n.* 897. TOURN. *tab.* 227.

Folia terna. Siliqua calyce multo longior teres, aut etiam quadrangula, non falcata, continens semina in loculis per dissepimenta distinctis, leguminibus rarioribus, nec capitulum constituentibus.

1125. LOTUS maritimus.

*Lotus leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, foliis glabris, bracteis lanceolatis.* LINN. *spec.* p. 1089.

*Lotus siliquosa lutea, siliquis pinnatis, strictioribus, & longioribus.* RAJ. *hist.* 967.

*Loc.* In Comitatu Nicaeensi. PERENNIS.

1126. LOTUS siliquosus.

*Lotus leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis subius pubescentibus.* LINN. *spec.* p. 1089. CRANTZ. *fasc. 5. ed. 2. p. 399.*

*Lotus caule prostrato, scapis unifloris, siliquis alatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 386.*

*Tetragonolobus scandalida.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 938.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 361.*

*Lotus scapo unifloro procumbente, siliqua quadrangula.* HALL. *Helv. 571.*

*Lotus pratensis siliquosus.* CLUS. *hist. 2. p. 244.*

*Loc.* In pratis, & sabulosis secus flumina non infrequens. PERENNIS.

1127. LOTUS tetragonolobus.

*ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 82. f. 1.*



- Lotus leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, bracteis ovatis.* LINN. spec. p. 1089.  
*Lotus ruber siliqua angulosa.* BAUH. pin. 332.  
*Lotus pulcherrima tetragonolobus.* CAM. hort. 91. tab. 26.  
 Loc. Inhabitat agrum Nicaensem. ANNUUS.

## 1128. LOTUS edulis.

- Lotus leguminibus subsolitariis gibbis incurvis.* LINN. spec. p. 1090.  
*Lotus pentaphyllos siliqua cornuta.* BAUH. pin. 332.  
*Trifolium sive Lotus Hierazmum edulis siliquosa.* BAUH. hist. II. n. 365.  
*Trifolium corniculatum creticum.* ALP. exot. tab. 268.  
 Loc. Secus arva macilenta, & ad loca inculta in agro Nicaensi, & in pascuis sterilibus Uneliae. ANNUUS.

## 1129. LOTUS angustissimus.

- Lotus leguminibus subbinatis linearibus strictis erectis, caule erecto, pedunculis alternis.* LINN. spec. p. 1090.  
*Lotus pentaphyllos minor hirsutus, siliqua angustissima.* BAUH. pin. 332.  
*Lotus corniculata, siliquis singularibus, seu binis, tenuis.* BAUH. hist. II. p. 356.  
 Loc. Ex agro Nicaensi habeo. ANNUUS.

## 1130. LOTUS ornithopodioides.

- ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 82. f. 2.  
*Lotus leguminibus subternatis arcuatis compressis, caulibus diffusis.* LINN. spec. p. 1091.  
*Lotus siliquis Ornithopodii.* BAUH. pin. 332.  
*Lotus peculiaris siliquis Ornithopodii.* CAM. hort. tab. 25.  
 Loc. Secus arva Nicaensia abunde, neque in Liguria desideratur. ANNUUS.

## 1131. LOTUS Dioscoridis N. tab. 59. f. 1.

- ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 48. f. 1.  
*Lotus caule erecto ramoso, pedunculis subbifloris, leguminibus teretibus ovatis torosis.*  
*Loto silvestre di Dioscoride.* PONA mont. Bald. p. 552.  
 Loc. Ad maris ripas in arenosis herbis prope Hospitium sic dictum Villae-francae Nicaensis repertum est. ANNUUS.

DESCR. Caules sunt huic LOTO sesquipalmes erecti teretes ramosi. Stipulae ovato-lanceolatae aristatae. Foliola firmula crassula obovata emarginata, petiolo longitudine circiter foliorum. Axillae foliorum pedunculum proferunt, multo foliis altiore, uno foliolo instructum, saepius uniflorum, raro biflorum. Flores lutei, parvi de more gentis. Siliquae erectae teretes torosae, non membranaceae unciales.

## PEDUNCULIS MULTIFLORIS IN CAPITULUM

## 1132. LOTUS hirsutus.

- ICON. TAUR. Vol. X. tab. 97.  
*Lotus capitulis subrotundis, caule erecto hirsuto, leguminibus ovatis.* LINN. syst. 12. p. 504.  
*Lotus siliquosus pentaphyllos villosus.* BAUH. pin. 372.  
*Trifolium album rectum hirsutum valde.* BAUH. hist. II. p. 360.  
*Oxytriphylum alterum Scribonii herbariorum.* LOB. adv. p. 381.  
*Lotus incana.* RIV. tetr. 191.  
 OFF. Lotus haemorrhoidalis.  
 Loc. Locis incultis, & in sylvis apricis Nicaensibus vulgaris. PERENNIS.

## 1133. LOTUS recta.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 39.  
*Lotus capitulis subglobosis, caule erecto laevi, leguminibus rectis glabris.* LINN. syst. 12. p. 505.  
*Lotus villosus altissimus flore glomerato.* TOURN. inst. 403.  
*Lotus glomeratus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 633.



*Trifolium rectum monspessulanum*. BAUH. *hist.* II. 359.  
 Loc. Nicaeae ad sepes, & pratorum margines. PERENNIS.

## 1134. LOTUS corniculatus.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 31. & Vol. VI. tab. 36. 37.

*Lotus capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus.*

LINN. *spec.* p. 1092.

*Lotus, seu Melilotus pentaphyllos minor glabra*. BAUH. *pin.* 332. CRANTZ. *fasc.* 5. ed. 2. p. 400.

*Lotus corniculata minor glabra, & hirsuta*. BAUH. *hist.* II. 355.

*Trifolium corniculatum*. DOD. *pempt.* 573.

B *Lotus pentaphyllos frutescens, tenuissimis glabris foliis*. BAUH. *pin.* 332.

Loc. Ad vias, & in pratis abunde. Varietatem B. in agro Nicaeensi legit GIUDICE.  
 PERENNIS.

1135. LOTUS major. SCOP. *Fl. Carn.* n. 936.

*Lotus floribus umbellatis; siliquis pendulis; caule erecto*. HALL. *enum.* p. 571. n. 2.

*Loti corniculati major species*. BAUH. *hist.* II. p. 355.

Loc. In viciniis lacum Canapiciensium vidit Cl. BELLARDI. PERENNIS.

OBS. Differt caule erecto ramoso elatiori constanter glabro, pedunculis ramos longe superantibus, capitulis florum majoribus, & majorem numerum florum, & siliquarum ferentibus duodecimfloris, & ultra.

## 1136. LOTUS cytisoides. Tab. 20. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 82. fig. 2.

*Lotus capitulis dimidiatis, caule diffuso ramosissimo, foliis tomentosis*. LINN. *spec.* p. 1092.

Loc. In aridis Nicaeensibus mari proximis. ANNUUS.

DESCR. Ad LOTUM Cytisoidem LINNÆI refero stirpem, quae ex una radice cauliculos plures fundit procumbentes palmares. Ii rotundi sunt, atque alterne ramosi, ramis plerumque simplicibus. Folia sunt ternata, crassula ex angusto principio cordata, emarginata, & stipulis ovatis instructa, petiolo foliolis brevior. Ex alis foliorum pedunculus tres, aut quatuor flores sustinens uncialis, aut etiam biuncialis. Flos flavus ut in aliis LOTI speciebus. Siliquae sunt torosulae, non compressae, nec membranaceae, quae duarum etiam unciarum longitudinem habent.

DORYCHNIUM. TOURN. *inst.* 391. tab. 211.

Folia quina. Flores in capitulum plurimi congesti. Siliqua parum calyce longior monosperma, aut disperma.

## 1137 DORYCHNIUM . . . . .

*Lotus capitulis ebracteatis, foliolis, stipulisque sessilibus aequalibus lanceolato-linearibus*.  
 GOU. *hort.* 395. n. 11.

*Lotus capitulis aphyllis foliis sessilibus quinatis*. LINN. *spec.* p. 1093.

*Dorychnium*. HALL. *hist.* tom. 1. n. 384.

*Lotus foliis sessilibus quinatis, floribus albis minimis*. CRANTZ. *fasc.* 5. ed. 2. p. 402.

*Dorychnium pentaphyllum*. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 939.

*Dorychnium monspeliensium*. TOURN. *inst.* 391. LOB. *ic.* 51.

*Trifolium album angustifolium, floribus veluti in capitulum congestis*. BAUH. *pin.* 329.

Loc. Abunde in Comitatu Nicaeensi, Liguria, atque etiam in collibus Taurinensibus ad vias locis sabulosis declivibus, atque secus torrentes. SUFFRUTEX.



ANTHYLLIS. LINN. *gen. n.* 773. *syst. n.* 864. TOURN. *tab.* 211.

Calyx quinquedentatus inflatus. Siliqua calyce inclusa monosperma, aut disperma.

1138 ANTHYLLIS tetraphylla.

ICON. TAUR. Vol. XIV. *tab.* 76. & 101.

*Anthyllis herbacea, foliis quaterno pinnatis, floribus lateralibus.* LINN. *spec. p.* 1011.

GER. *Fl. Gallopr. p.* 492. *n.* 4.

*Vulneraria pentaphyllos.* TOURN. *inst.* 391.

*Lotus pentaphyllos vesicaria.* BAUH. *pin.* 352.

*Vulneraria vesicaria.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 650.

*Trifolium halicacabum.* CAM. *hort.* 171.

Loc. Secus arva macilenta Nicaeensis ANNUA.

1139. ANTHYLLIS vulneraria.

ICON. TAUR. Vol. XV. *tab.* 79. *f.* 1.

*Anthyllis herbacea foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato.* LINN. *spec. p.* 1012.

CRANTZ. *fasc. 5. ed. 2. p.* 370.

*Vulneraria foliis radicalibus ovatis, caulinis pinnatis, umbellis ovatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 398.

*Vulneraria anthyllis.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 879.

*Vulneraria rustica.* TOURN. *inst.* 391. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 649.

*Vulneraria rustica.* BAUH. *hist. II. p.* 362.

*Loto affinis vulneraria pratensis.* BAUH. *pin.* 332.

OFF. *Vulneraria.*

Loc. In pascuis siccis, & in aridis collibus, montibusque secus vias abunde.

PERENNIS.

1140. ANTHYLLIS montana.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. *tab.* 96. *f.* 1.

*Anthyllis herbacea foliis pinnatis aequalibus, capitulo terminali secundo, floribus obli-*  
*quatis.* LINN. *spec. p.* 1012.

*Vulneraria caule procumbente, foliis pinnatis sericeis, ovato-lanceolatis, umbellis termi-*  
*nalibus.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 397.

*Vulneraria montana.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 880.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 334.

*Vulneraria montana.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 649.

*Barba jovis pumila villosa, flore globoso purpureo.* BREYN. *prodr. 2. p.* 48. GARID.  
*tab.* 13.

*Astragalus villosus floribus globosis.* BAUH. *pin.* 351.

Loc. Abunde in saxosis infra jugum la Croix, qua descenditur in vallem Queiras.

Ad rupes Berzes in valle Vinadii. Thomas PRIM in monte Genevrae. Bartholomaeus CACCIA in valle Ulciensi. Circa Cesane, supra Tenda, & in Comitatu Nicaeensi locis apricis, & saxosis passim nascitur. PERENNIS.

1141. ANTHYLLIS barba jovis.

ICON. TAUR. Vol. V. *tab.* 135.

*Anthyllis fruticosa foliis pinnatis aequalibus tomentosis, floribus capitatis.* LINN. *syst.*  
*12. p.* 480.

*Vulneraria foliis pinnatis sericeis nitentibus.* HALL. *gott.* 261.

*Barba jovis pulchre lucens.* BAUH. *hist. I. p.* 385.

*Vulneraria argentea.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 651.

Loc. Ad abruptas rupes mari Nicaeensi proximas. FRUTEX.



BUCERAS. HALL. *hist.* 1. p. 164.

TRIGONELLA. LINN. *gen. n.* 804. *syst. n.* 898. TOURN. *tab.* 130.

Folia terna. Vexillum corollae alis subaequale, carina brevissima.  
Fructus est siliqua compressa falcata.

1142. BUCERAS polyceration.

*Trigonella leguminibus subsessilibus congestis erectis suberectis longis linearibus, pedunculis muticis.* LINN. *syst.* 12. p. 505.

*Foenum graecum sylvestre alterum polyceration.* BAUH. *pin.* 348.

*Foenum graecum sylvestre alterum.* DOD. *pempt.* 547.

*Loc.* In agro Nicaeensi. ANNUUM.

1143. BUCERAS corniculatum.

*ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 97. & Vol. XVI. tab. 43.*

*Trigonella leguminibus pedunculatis congestis declinatis subfalcatis, pedunculo longo subspinoso, caule erecto.* LINN. *syst.* 12. p. 505.

*Melilotus floribus spicatis, leguminibus mucronatis falcatis declinatis.* GER. p. 505. n. 2.

*Foenum graecum siliquis spicatis incurvis.* HALL. *gott.* 274.

*Melilotus corniculis reflexis major.* BAUH. *pin.* 331.

*Melilotus italica corniculis incurvis.* BAUH. *hist.* II. 372.

*Melilotus lutea major, corniculis reflexis ex eodem centro ortis.* MORIS *hist.* 2. p. 162. *sect.* 2. *tab.* 16. *f.* 11.

*Trifolium corniculatum 2.* DOD. *pempt.* 573.

*Loc.* In agro Nicaeensi. ANNUUM.

1144. BUCERAS monspeliacum.

*ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 23. f. 2.*

*Trigonella leguminibus sessilibus congestis arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, pedunculo mucronato inermi.* LINN. *syst.* 12. p. 505.

*Securidacae genus triphyllum.* BAUH. *hist.* II. 373.

*Foenum graecum polyceration minus monspeliacum.* BREYN. *cent.* 80. *tab.* 33. *f.* 2.

*Hedysarum minimum.* DALECH. *hist.* 446.

*Loc.* In sterilibus agri Nicaeensis, atque etiam in pascuis siccis calidioribus Pedemontanis, & circa Piosasco, Pinerolo &c. ANNUUM.

1145. BUCERAS foenum graecum.

*ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 72.*

*Trigonella leguminibus sessilibus strictis erectiusculis subfalcatis acuminatis, caule basi ramoso stolonifero.* LINN. *syst.* 12. p. 505.

*Foenum graecum sativum.* BAUH. *pin.* 348.

*Foenum graecum.* CAM. *epit.* 199.

B. *Foenum graecum sylvestre.* BAUH. *pin.* 348.

*Loc.* Ad agrorum margines in Comitatu Nicaeensi, atque in agro Cuneensi. ANNUUM.

*VIR.* Semina Foenu Graeci amara sunt, & densam multamque mucilaginem continent. Sive propter aliquam virulentiae suspicionem, sive propter mucilaginis conditionem difficilis a stomacho subigendae ad internum usum non recipitur; non dubitaverim tamen ejusdem infusum mucilaginosum juvare posse in intestinorum crassorum superficie interna excoriata, aut erosa, mucoque necessario destituta, ac posse ab acrim particularum irritatione productos tenesmi cruciatus, & dolores hocce infuso mitigari. Farina ex seminibus Foenu graeci parata solet ingredi cataplasmata, quae Chirurghi tumoribus imponunt ad eorundem maturationem promovendam.



MEDICAGO. LINN. *gen. n.* 805., *syst. n.* 899. TOURN. *tab.* 231.

Folia terna. Siliqua cochleae in modum intorta.

1146. **MEDICAGO sativa.**

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 76.

*Medica caule recto, foliis oblongis serratis racemis erectis, siliquis planis, iterato contortis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 382.

*Medicago pedunculis racemosis, leguminibus contortis, caule erecto glabro.* LINN. *spec. p.* 1096. CRANTZ. *fasc. 5. ed. 2. p.* 434. D.

*Medica sativa.* MORIS. *hist. 2. p.* 150. s. 2. *tab. 16. fig. 2.*

OFF. *Medica sativa.*

Loc. Passim in pratis sponte nascitur, & data opera seritur. PERENNIS.

1147. **MEDICAGO falcata.**

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 73.

*Medica foliis oblongis serratis, siliquis semilunaribus racemosis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 381.

*Medicago pedunculis racemosis, leguminibus lunatis caule prostrato.* LINN. *spec. p.* 1096. CRANTZ. *fasc. 5. ed. 2. p.* 434. D.

*Medicago racemis axillaribus, siliquis polyspermis falcatis.* SCOP. *Fl. Carn. p.* 529. n. 2.

*Medicago racemis axillaribus, siliquis polyspermis falcatis compressis.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 941.

*Medica sylvestris floribus e caeruleo virescentibus.* TOURN. *inst. p.* 410.

*Trifolium sylvestre luteum, siliqua cornuta, sive medica frutescens, flore e caeruleo viridi.* BAUH. *pin. p.* 330.

*Medica flavo flore.* CLUS. *hist. 2. p.* 243.

*Medica falcata.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 586.

OFF. *Medica sylvestris.*

Loc. Nihil in pratis minus pinguibus frequentius. PERENNIS.

1148. **MEDICAGO radiata.**

*Medicago leguminibus reniformibus margine dentatis, foliis ternatis.* LINN. *syst. 12. p.* 506.

*Medicago annua siliqua falcata striata.* MORIS. *hist. 2. p.* 158. s. 2. *tab. 16. f. 3.*

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUA.

1149. **MEDICAGO lupulina.**

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 59.

*Medicago spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caule procumbente.* LINN. *spec. p.* 1097.

*Medica caule diffuso, capitulis hemisphaericis, siliquis reniformibus.* HALL. *hist. tom. 1. p.* 165. n. 380.

*Medicago floribus racemosis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caule procumbente.* CRANTZ. *fasc. 5. ed. 2. p.* 433. D.

*Medicago spicis axillaribus ovatis, siliquis monospermis rugosis.* SCOP. *Fl. Carn. p.* 529. n. 1., ed. 2. n. 940.

*Trifolium pratense luteum capitulo brevior.* BAUH. *pin. p.* 328.

*Melilotus capsulis reni similibus, in capitulum congestis.* TOURN. *inst. p.* 407.

*Trifolium pratense luteum, mas, flore minore, semine multo.* BAUH. *hist. II. 380.*

*Trifolium arvense.* TABERN. *ic. 523.*

*Medica lupulina.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 585.

Loc. Ad vias, & in pratis ubique obvia. ANNUA.

1150. **MEDICAGO orbicularis.**

*Medicago leguminibus solitariis cochleatis depressis planis, stipulis ciliatis caule diffuso.* LINN. *syst. 12. p.* 506.



*Medica major dicarpos*, capsula compressa orbiculata nigra plana, oris crispis. MORIS. hist. 2. p. 512. s. 2. tab. 15. f. 1.

*Medica orbiculata*. BAUH. hist. II. p. 384.

Loc. Copiose secus agros in Comitatu Nicaeensi, & Monteferrato. ANNUA.

1151. MEDICAGO scutellata.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 78.

*Medicago cochleata major*, dicarpos, capsula rotunda globosa scutellata. LINN. syst. 12. p. 506.

*Medica scutellata*. BAUH. hist. III. p. 384.

*Trifolium cochleatum fructu latiore*. BAUH. pin. 329.

Loc. Frequens in Comitatu Nicaeensi inter segetes, & secus arva. ANNUA.

1152. MEDICAGO intertexta.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 38.

*Cochleata spinosa major dicarpos*, capsula s. spinis longioribus sursum, & deorsum tendentibus. LINN. syst. 12. p. 506. MORIS. hist. 1. p. 153. s. 2. tab. 15. f. 7. 8. 9.

*Medicago pedunculis unifloris*, leguminibus cochleatis sphaericis, spinis longioribus divaricatis recurvis. GER. 518.

*Medica leguminibus cochleatis spinosissimis*, aculeis utrinque tendentibus. MILL. dict. n. 4.

*Medica echinata spinosa*, echinis magnis utrinque turbinatis cum spinulis reflexis. RAJ. hist. 962.

Loc. Haec etiam Nicaeensis agri indigena est. ANNUA.

1153. MEDICAGO arabica.

*Medicago cochleata minor polycarpos annua capsula majore alba*, folio cordato, macula fusca. LINN. syst. 12. p. 506.

*Medica arabica*. CAM. hort. 97. tab. 27.

*Trifolium cochleatum*, folio maculato cordato. BAUH. pin. 329.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUA.

1154. MEDICAGO ciliaris.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 44.

*Medicago leguminibus congestis globosis hispidis*, stipulis ciliatis. LINN. syst. 12. p. 506.

*Medicago pedunculis multifloris*, leguminibus congestis globosis hispidis, stipulis ciliatis. GOU. monsp. 204.

*Medicago pedunculis multifloris*, leguminibus cochleatis ciliatis. GER. prov. 519.

*Medica cochleata polycarpos*, capsula spinosa minore, perennis ciliaris. MORIS. hist. 2. p. 154.

*Medicago leguminibus congestis globosis hispidis stipulis ciliatis*. SAUV. monsp. 186.

*Medica annua fructu ciliari*. TOURN. inst. 410.

Loc. In agro Nicaeensi inter segetes. ANNUA.

1155. MEDICAGO turbinata.

*Medicago leguminibus cochleatis inermibus subcylindricis; extremitatibus complanatis*. GOUAN. monsp. 517.

*Medicago fructu turbinato*. SAUV. monsp. 187.

*Medica dicarpos*, fructus capsula turbinata rugosa. MORIS. hist. 2. p. 153.

*Medica magna turbinata*. BAUH. hist. 2. p. 385.

*Trifolium cochleatum turbinatum*, fructu compresso oblongo. BAUH. pin. 329.

Loc. Inter segetes in agro Nicaeensi.

1156. MEDICAGO hirsuta.

*Medicago leguminibus solitariis globosis brevissimis echinatis*, stipulis serratis. LINN. syst. 12. p. 506.

*Medica echinata hirsuta*. BAUH. hist. II. p. 386.

*Trifolium echinatum arvense*. BAUH. pin. 329.

Loc. Ubique locis sterilibus, & sabulosis in agro Pedemontano. ANNUA.



1157. *MEDICAGO rigidula*.

*Medicago triphylla* leguminibus cochleatis spinosis, foliolis inferioribus cuneiformibus re-  
tusis, superioribus subrotundis. LINN. syst. 12. p. 506.

*Medicago hirsuta*, echinis rigidioribus. BAUH. hist. II. p. 385.

*Trifolium fructu compresso*, spinis horrido. BAUH. pin. 329.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUA.

1158. *MEDICAGO muricata*.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 109.

*Medicago cochleata dicarpos*, capsula spinosa rotunda minore. LINN. syst. 12. p. 506.

Loc. Etiam in agro Nicaeensi nascitur. ANNUA.

1159. *MEDICAGO laciniata*.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 80. 81. f. 2.

*Medicago leguminibus cochleatis spinosis*, stipulis contortis, foliis oblongis duplicato-  
serratis. LINN. spec. p. 1099.

*Medicago fructu echinato*, foliis linearibus dentatis. SAUV. monsp. 187.

*Trifolium fructu echinato*, foliis eleganter dissectis. MAGN. monsp. 271. tab. 270.

*Trifolium cochleatum spinosum syriacum* foliis laciniatis. BREYN. cent. 81. tab. 34.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUA.

1160. *MEDICAGO marina*.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 72. fig. 2.

*Medicago pedunculis racemosis*, leguminibus cochleatis spinosis, caule procumbente to-  
mentosum. LINN. spec. p. 1097.

*Medica marina*. LOB. ic. 38. TOURN. inst. p. 410.

*Trifolium cochleatum maritimum tomentosum*. BAUH. pin. 329.

*Trifolium cochleatum marinum*, sive *medica marina*. BAUH. hist. II. 378.

*Medica marina*. CLUS. hist. 2. p. 243.

*Medicago incana*. RIV. tetr. 205.

*Medica marina*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 584.

Loc. In sterilibus litori maris proximis. PERENNIS.

ONONIS. LINN. gen. n. 772., syst. n. 863. TOURN. tab. 229.

Folia ternata, sed summa interdum simplicia. Calyx quinquefidus. Siliqua turgida  
villosa rhombea semina pauca continens.

1161. *ONONIS antiquorum*.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 70. f. 1.

*Ononis floribus solitariis foliolo majoribus*, foliis inferioribus ternatis, ramis laeviusculis  
spinosis. LINN. spec. p. 1006.

*Anonis legitima antiquorum*. TOURN. Cor. TILLI MICH. Hort. Flor.

Anonide. MATTH.

Loc. In agro Nicaeensi oritur. PERENNIS.

1162. *ONONIS arvensis*.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 127. Vol. XVII. tab. 45.

*Ononis floribus racemosis geminatis*, foliis ternatis, superioribus solitariis, ramis iner-  
mibus subvillosis. LINN. syst. 12. p. 478.

*Anonis caule decumbente*, ramis senescentibus spinosis. HALL. hist. tom. 1. n. 356.

*Ononis floribus solitariis lateralibus*, spicis rameis terminalibus foliosis. SCOP. Fl. Carn.  
p. 530. n. 1., ed. 2. n. 877.

*Ononis pedunculis subirifloris*, foliis ternatis, foliolis lanceolatis serratis. GER. Gallopr. 486.

*Anonis spinosa flore purpureo*. BAUH. pin. 389.

*Anonis vulgaris spinosa*, flore purpureo. MORIS. ox. 2. p. 169. tab. 17. fig. 1.

Anonide. MATTH.

OFF. Anonis, Ononis, sive Restabovis.



*Loc.* Ubique in pascuis vulgaris. *PERENNIS.*

*VIR.* Tota planta continet sal alkalinum, quod praebent copiosum combustae plantae cineres. Acido aliquo principio, atque substantiae oleosae vinctum hoc sal existit, ita ut revera, quemadmodum evidenter mihi pluries experientia monstravit, virtutes possideat abstergentes, leviter incidentes, & signatim urinam pel-lentes. Blande nimirum coactum mucum resolvit, ac propter quamdam affinitatem principiorum cum sero lotii nondum immutatae activae particulae ad renes feruntur, ibi peculiariter mucum abstergunt, tubulosque renales ad lotii separationem sollicitant, haerentes potissimum, lentosque humores resolvendo. Vis igitur certo diuretica huic plantae inest, ita ut ex toto corpore aliqua vi possit serum ad renes deducere, atque secernentia renum vasa praesertim aperiat. Minime quidem existimo calculum dissolvere; sed iteratis observationibus assevero renum tubulos expedire, urinamque movere, ac tantum valere, ut possit interdum in incipiente hydrope sufficere, in provento autem, aut graviori morbo actuosiora requiruntur, quae validius extimulant, atque potentius resolvant. Virtus haec diuretica ad totam utique plantam pertinet, sed radix efficacior est, huiusque cortex praesertim est in usu eligendus. Folia ex aqua decoquuntur manipuli semissis dosi; Cortex in pulverem redactus dari solet drachmae unius pondere. Radix decoquitur ab uncia semisse ad unciam unam in libris duabus aquae fontis ad tertiae partis consumptionem. Aquam stillatitiam ONONIDIS, licet minus valeat, quam decoctum, non tamen inefficacem esse propria docuit observatio.

1163. ONONIS repens.

*Ononis caulibus diffusis, ramis erectis, foliis superioribus solitariis, stipulis ovatis.*

LINN. spec. p. 106.

*Anonis maritima procumbens, foliis hirsutis pubescentibus.* PLUK. alm. 33. DILL. elth. 29. tab. 25. f. 28.

*Loc.* Cl. BELLARDI in sabulosis secus flumen Sesia in agro Vercellensi. *PERENNIS.*

1164. ONONIS foetens tab. 41. fig. 1.

JACQ Hort. Vindob. tab. 93.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 45. & Vol. XX. tab. 60.

*Ononis mitior prima purpureo flore.* CLUS. hist. 99.

*Anonis spinis carens purpurea.* BAUH. pin. 329. MISC. TAUR. tom. 5. p. 77.

*Loc.* In valle di Lanzo nascitur supra Ussej. Cl. BELLARDI circa Ciliano in sterilibus & ericetis. *PERENNIS.*

*VIR.* ONONIS foetens, viscosa, hirsuta, natrix ad usum medicum non recipiuntur. Activa autem principia omnino monstrant sensuum iudicio. Natrix dicitur vulneratarum partium consolidationem promovere. Odore suo, atque visciditate oleosa, quam praesefert, magnas omnino virtutes promittit.

*DESCR.* Constantiter inermis ramis, & calyce praesertim multum villosis. Folia mollia, subtiliter pilosa. Ramos spica florum terminat. Flores gemini petiolati; fructus calyce brevior hirsutissimus. Vexillum reflexum fere planum, carina angulo obtuso inflexa. In ONONIDE vulgari stipulae longe minores, hamatae, fructus minus hirsutus calyce longior, carina floris ad angulum rectum inflexa. Flores solitarii.

1165. ONONIS minutissima.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 70. fig. 2.

*Ononis floribus sessilibus lateralibus, foliis omnibus ternatis petiolatis glabris, stipulis, calycibusque setaceis.* JACQ. Vind. p. 127. & Fl. Austr. tab. 240.

*Ononis floribus subsessilibus lateralibus, foliis ternatis glabris, stipulis ensiformibus, calycibus scariosis, corolla longioribus.* LINN. syst. 12. p. 478.

*Anonis non spinosa trifolia glabra, saxatilis luteo-purpurascens.* BARR. obs. 834. ic. 762. ENUM. NIC. p. 139.

*Anonis pusilla glabra angustifolia lutea.* TOURN. inst. 409.

*Anonis lutea annua siliqua glabra longiore, & crassiore.* MOR. ox. 2. 171.



*Loc.* Ad rupes apricas circa *Segusium* provenit haec *Anonis*, atque copiosissime e saxorum rimis passim prodit in Comitatu *Nicaeensi*, & Principatu *Uneliae*.  
*BIENNIS & PERENNIS.*

1166. *ONONIS* Columnae tab. 20. fig. 3.

*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 84. fig. 2.*

*Anonis floribus sessilibus, foliis omnibus ternatis, stipulis lanceolatis dentatis N.*

*Anonis lutea sylvestris minima. COL. ecphr. 1. p. 304. tab. 301. MISC. TAUR. tom. 5. p. 77.*

*Anonis spinosa lutea minor. BAUH. pin. 389. HALL. Emend. 2. n. 45.*

*Anonis (subocculta) multicaulis hirsuta, inermis subviscida, foliolis orbiculatis, stipulis serratis, floribus sessilibus. VILL. prosp. p. 41.*

*Anonis flore luteo parvo. H. R. P. 20.*

*Loc. Vinadii e rimis saxorum la drecc. In agro Nicaeensi frequens est, abunde etiam provenit circa Giambava. In Liguria, valle Segusii locis apricis, & saxosis frequenter obviam venit. PERENNIS.*

*Obs.* Separanda omnino a minutissima est, quae cum superiori passim confusa ab auctoribus fuit.

1167. *ONONIS* Cherleri.

*ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 43.*

*Anonis pedunculis unifloris aristatis, foliis ternatis, stipulis serratis. LINN. syst. 12. p. 479.*

*Anonis pumila. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 610.*

*Anonis pedunculis unifloris, filo brevissimo terminatis, foliis ternatis, stipulis serratis. GER. p. 487. n. 6.*

*Anonis pusilla villosa, & viscosa purpurascete flore. TOURN. inst. 408.*

*Anonis trifoliis affinis pusilla glabra fruticans Cherleri. BAUH. hist. II. p. 394.*

*Loc.* In sabulosis, & ad rupes *Villae-francae Nicaeensium*; prope *Bussolino* in *Segusii* valle *Ignatius MOLINERI. ANNUA.*

1168. *ONONIS* viscosa.

*ICON. TAUR. Vol. IX. tab. 13.*

*Anonis pedunculis unifloris aristatis, foliis simplicibus, infimis ternatis. LINN. spec. p. 1009.*

*Anonis pedunculis unifloris, filo terminatis, foliis ternatis simplicibusque. GERARD. p. 486. n. 5.*

*Loc.* Abunde provenit *Tendae* locis aridis circa *Menton*, & inter *Roche Talliade*, & *Bros. PERENNIS.*

1169. *ONONIS* pinguis.

*Anonis pedunculis unifloris aristatis, foliis ternatis lanceolatis, stipulis integerrimis. LINN. spec. p. 1009.*

*Anonis non spinosa flore luteo variegato. BAUH. pin. 389.*

*Anonis lutea non spinosa, Natrrix Plinii. DALECH. hist. 449.*

*Loc.* In collibus *Nicaeensibus. PERENNIS.*

1170. *ONONIS* natrrix.

*ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 42.*

*Anonis pedunculis unifloris aristatis, foliis ternatis viscosis, stipulis integerrimis, caule fruticoso. LINN. spec. p. 1008.*

*Anonis viscida, foliis pedunculatis ternatis, petiolis unifloris. HALL. hist. tom. 1. n. 358.*

*Anonis viscosa, spinis carens lutea major. BAUH. pin. 389.*

*Anonis pinguis. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 609.*

*Loc.* Ubique locis sabulosis praesertim in alveis fluminum. *PERENNIS.*

1171. *ONONIS* fruticosa.

*ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 109. f. 1.*



*Ononis fruticosa* foliis sessilibus ternatis lanceolatis serratis, stipulis vaginalibus, pedunculis subtrifloris. LINN. syst. 12. p. 479.

*Anonis pedunculis subtrifloris*, foliis ternatis, foliolis lanceolatis serratis. GER. p. 487. n. 7.

*Ononis montana praecox purpurea frutescens*. TOURN. inst. 408.

*Anonis purpurea verna praecox frutescens*, flore rubro amplo. MORIS. hist. 2. p. 170. Loc. In valle Queiras. FRUTEX.

1172. ONONIS rotundifolia.

*Anonis pedunculis subtrifloris*, foliis ternatis, foliolis ovatis, dentatis, dentibus alternis minoribus. GERARD. Flor. Galloprov. p. 488. n. 8.

*Ononis fruticosa*, foliis ternatis, ovatis dentatis, calycibus triphylo bracteatis, pedunculis subtrifloris. LINN. syst. 12. p. 479.

JACQ. Fl. Austr. app. tab. 49.

*Anonis foliis subrotundis serratis petiolatis*, floribus petiolis multifloris. HALL. hist. tom. 1. n. 357.

*Anonis purpurea perennis foliis latioribus rotundioribus profunde serratis*. MORIS. ox. 2. p. 170. tab. 17. f. 17. TOURN. inst. 408.

*Cicer sylvestre trifolium*. BAUH. hist. II. p. 295.

Loc. Sabulosa fluminum inter alpes, & loca aprica incolit. PERENNIS.

1173. ONONIS Cenisia tab. 10. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 85. f. 2. & Vol. XIX. tab. 109. f. 2.

*Ononis inermis glabra vaginis lanceolatis cristatis*, petiolis longis unifloris. SPEC. PEDEM. p. 49. tab. 10. MISC. TAUR. tom. V. p. 77.

*Ononis pedunculis racemosis*, foliis ternatis cuneatis, stipulis serratis, caulibus prostratis. LINN. mantis. 267.

*Anonis alpina pumila glabra*, non spinosa, purpurea. TOURN. inst. 408.

*Anonis non spinosa purpurascens minor italica*. BAR. ic. 354. ebs. 831.

*Ononis (Cenisia) inermis glabra*, stipulis dentato-vaginatibus, corollarum vexillo reflexo purpureo alis, & carina niveis. VILL. prosp. p. 41.

Loc. In descensu montis Cenisii supra Laneborg tum secus viam ad Braman, & in apricis sylvis; in valle S. Martini, & Lucernensi mihi occurrit. Inter Pampliné, & Prà. In valle Bardonache. In valle Sturæ Col de la Maddalena, atque in summa valle Macrae loco dicto la Ciapera frequens est haec anonidis species. BARRILIERI inter jugum Col de la Rou, & Modane. PERENNIS.

OBS. ONONIS reclinata LINNÆI ad hanc pertinere videtur. Variat foliis glabris, & hirsutis, floribus approximatis brevius pedunculatis, aut dissitis, & longius pedunculatis. Tota fere planta interdum florifera; alias summi rami tantum flores proferunt

CYTISUS. LINN. gen. n. 785. syst. n. 876. TOURN. tab. 416.

Calyx bilabiatus, denticulis superne duobus, inferne tribus. Vexillum petiolatum petiolo ad aliquam distantiam a reliquis petalis remoto, lateribus reflexis.

Siliqua pedicellata non turgida compressa polysperma.

1174. CYTISUS Laburnum.

*Cytisus racemis simplicibus pendulis*, foliolis ovato-oblongis. LINN. spec. p. 1041. HALL. hist. tom. 1. n. 360.

JACQ. Fl. Austr. tab. 306.

*Cytisus alpinus angustifolius*, & latifolius, flore racemoso pendulo. TOURN. inst. 648.

*Anagyris non foetens major*, & minor. BAUH. pin. 391.

*Laburnum arbor trifolia anagyridi similis*. BAUH. hist. I. p. 361.

*Anagyris minus foetens*. LOB. adv. p. 388.

*Cytisus alpinus*. LAM. Fl. Franc., tom. 2. p. 621.

VERN. Amborn.



*Loc.* In sylvis editiorum collium *Taurinensium* trans *Padum* jamdudum observavit *LOBELIUS*; sed et in montibus subalpinis frequens est. *FRUTEX*. immo interdum *ARBOR*.

1175. *CYTISUS nigricans*.

*Cytisus racemis simplicibus erectis, foliolis ovato-oblongis.* LINN. spec. p. 1041. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 394.

JACQ. *Fl. Austr.* tab. 387.

*Cytisus foliis ovatis nitidis, floribus spicatis cernuis, calycibus, & siliquis sericeis.* HALL. hist. tom. 1. n. 361.

*Cytisus glaber nigricans.* BAUH. pin. 390.

*Cytisus Gesneri, cui flores fere spicati.* BAUH. hist. I. part. 2. p. 370.

*Loc.* Legi supra *Giaveno*, locis aridis *Canapiciensibus* frequens est, & in valle *S. Martini* supra *Pinerolium* ad oras sylvarum caeduarum. *FRUTEX*.

1176. *CYTISUS sessilifolius*.

*ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 69. f. 2.*

*Cytisus racemis erectis, calycibus bractea triplici foliis floralibus sessilibus.* LINN. spec. p. 1041.

*Cytisus glabris foliis subrotundis pediculis brevissimis.* BAUH. pin. 399.

*Cytisus glaber siliqua lata.* BAUH. hist. I. p. 373.

*Loc.* Ad sylvarum oras, & sepes in collibus *Taurinensibus* locis apricis saepe oritur, & passim in *Liguria*, *Monteferrato*, & *Comitatu Nicaeensi*. *FRUTEX*.

1177. *CYTISUS hirsutus*.

*ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 27. & Vol. XIX. tab. 96.*

*Cytisus pedunculis simplicibus lateralibus, calycibus hirsutis trifidis ventricoso-oblongis.* LINN. spec. p. 1042.

*Cytisus floribus racemosis, foliis hirsutis, caule erecto.* GER. *Fl. Gallopr.* p. 485. n. 5.

*Cytisus foliis ovatis ramis decumbentibus, floribus capitato-umbellatis.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 398.

*Cytisus incanus, siliqua longiore.* BAUH. pin. 390.

*Cytisus.* CLUS. hist. 1. p. 94.

*Loc.* Ad vias, & oras sylvarum in collibus, & montanis locis apricis. *FRUTEX*.

*OBS.* *CYTISUS capitatus* Cl. JACQUIN & SCOPOLI mera *hirsuti* varietas videtur.

1178. *CYTISUS supinus*.

*ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 61.*

*Cytisus floribus umbellatis terminalibus, ramis decumbentibus, foliolis ovatis.* LINN. spec. p. 1042.

*Cytisus floribus axillaribus, ramis decumbentibus.* ROY. *Leyd.* p. 170. n. 6.

JACQ. *Fl. Austr.* tab. 20.

*Cytisus supinus foliis infra, & siliquis molli lanugine pubescentibus.* BAUH. pin. 390.

*Cytisus VII. species altera.* CLUS. hist. p. 96.

*Loc.* Inter *Ormea*, & *Garresio*. In montibus ad *Tendam* pertinentibus. In montibus *Pellacaprae* inter *Sospello*, & *Lantosca*. Ex *Sabaudia* circa *S. Michel* retulit *Petrus MOLINERI*. *SUFFRUTEX*.

1179. *CYTISUS graecus*.

*Cytisus foliis simplicibus lanceolato-linearibus, ramis angulatis.* LINN. spec. p. 1043.

*Loc.* *Nicaeae* lectum exemplar habeo. *SUFFRUTEX*.

1180. *CYTISUS argenteus*.

*ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 69. fig. 1.*

*Cytisus floribus subsessilibus subbinatis foliis sericeis, caulibus herbaceis, decumbentibus.*

GERARD. *Fl. Gallopr.* p. 484. n. 4. ENUM. NIC. p. 138.

*Cytisus floribus subsessilibus subbinatis, foliis tomentosis, caulibus decumbentibus, stipulis minutis.* LINN. syst. 12. p. 489.



*Cytisus humilis argenteus angustifolius*. TOURN. inst. 648.  
*Lotus fruticosus incanus siliquosus*. BAUH. pin. 332.  
*Trifolium argentatum floribus luteis*. BAUH. hist. II. p. 359.  
 Loc. Crescit locis asperis, & saxosis Comitatus Nicaeensis, etiam in collibus  
*Taurinensibus, Montisferrati, & Liguriaae. SUFFRUTEX.*

GENISTA. LINN. gen. n. 766., syst. n. 859. TOURN. tab. 411.

Calyx subbilabiatus. Corollae vexillum totum reflexum, alae laxae a carina  
 remotae. Siliqua turgida, semina pauca.

1181 GENISTA sagittalis.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 103.  
*Genista ramis ancipitibus membranaceis articulatis, foliis ovato-lanceolatis*. LINN. syst.  
 12. p. 475. GERARD. fl. p. 482.  
*Genista foliis cauli adpressis ellipticis, fine patente ovato lanceolato*. HALL. hist. tom.  
 1. n. 353.  
*Genista caule ancipiti articulato, petiolis decurrentibus, foliis ovato-lanceolatis*. CRANTZ.  
 fasc. 5. ed. 2. p. 367.  
 JACQ. fl. austr. tab. 209.  
*Genista herbacea*. LAM. Fl. Franc., tom. 2. p. 616.  
*Genista herbacea, seu chamae-spartium*. BAUH. hist. I. p. 393.  
*Chamae-Genista saxatilis*. BAUH. pin. 395.  
 Loc. Nascitur in sylvis vallis Ursinae, necnon inter Chalance, & Conflans. Inter  
 le petit S. Nicola, & Notre Dame de la gorge. Ignatius MOLINERI inter Sospel-  
 lo, & Lantosca. SUFFRUTEX.

1182. GENISTA tinctoria.

ICON. TAUR. Vol. V. tab. 103. & Vol. XI. tab. 3.  
*Genista foliis lanceolatis glabris, ramis striatis teretibus erectis*. LINN. spec. p. 998.  
*Genista inermis foliis glabris confertis ellipticis lanceolatis, floribus sessilibus spicatis*.  
 HALL. hist. tom. 1. n. 350.  
*Genista floribus sessilibus spicatis, ramis striatis teretibus erectis*. CRANTZ. fasc. 5. ed.  
 2. p. 366.  
*Genista tinctoria germanica*. BAUH. pin. 395.  
*Genista tinctoria vulgaris*. CLUS. hist. 1. p. 101.  
 OFF. *Genista tinctoria, seu flos tinctorius*.  
 VERN. *Genestra*.  
 Loc. In pratis siccis montanis frequentissima. SUFFRUTEX.  
 VIR. GENISTA tinctoria lanas luteo colore inficit. Continet haec planta principia  
 quaedam acria exstimulantia, quae praesertim floribus, & seminibus insident.  
 Flores, sive summitates florentes unciae semissis, aut ad summum unciae unius  
 pondere aquae infusae, atque etiam GENISTAE semina data drachmae unius, aut  
 alterius dosi in pulverem redacta vomitum, sed peculiariter alvum movent, tan-  
 quam hydroticum medicamentum in anasarca, leucophlegmatia, & morbis ex  
 serosa colluvie adhibendum, & carminantibus praesertim corrigendum. Multum  
 continet praeterea GENISTA salem quemdam Tartaro vitriolato similem, quo  
 diuresim movet, sed in hunc usum solent Medici adhibere salem ex cineribus  
 combustae plantae elicatum. Lixivium praesertim solet imperari vino albo  
 paratum. Decoctiones etiam aperientes sale GENISTAE lixiviali acuuntur. Sal  
 GENISTAE dari solet a drachma semisse ad drachmam unam, & semissem. Inter  
 varias lixivialium salium species, quae ad diuresim pellendam praescribuntur  
 locum suum omnino meretur.

1183. GENISTA pilosa.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 101. & Vol. XXV. tab. 2.  
*Genista foliis lanceolatis obtusis, caule tuberculato decumbente*. LINN. spec. p. 999.



*Genista inermis procumbens*, foliis duris subhirsutis spicis floriferis brevibus. HALL. hist. tom. 1. n. 351.

*Genista floribus sessilibus sparsis*, caule tuberculato decumbente. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 365.

JACQ. Fl. Austr. tab. 208.

*Genista repens*. LAM. Fl. Franc., tom. 3. p. 618.

*Genista ramosa foliis hyperici*. BAUH. pin. 395.

*Chamae-Genista prima*. CLUS. hist. 1. p. 103.

Loc. Frequens locis aridis montium *Eporediensium*, & *Montis Regalis*. Inter *Robilant*, & *Roccavione Cl.* BELLARDI. SUFFRUTEX.

1184. GENISTA germanica.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 100.

*Genista spinis compositis*, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. LINN. spec. p. 999.

*Genista foliis ovato-lanceolatis hirsutis*, spinis in ramis senescentibus ramosis. HALL. hist. tom. 1. n. 352.

*Genista spartium minus germanicum*. TOURN. inst. 645.

*Genista spinosa minor germanica*. BAUH. pin. 395.

*Genista aculeata foliosa*. BAUH. hist. p. 2. p. 399.

*Genista villosa*. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 615.

Loc. In sylvis apricis tum agri *Pedemontani*, tum humiliorum montium frequens est. SUFFRUTEX.

VIR. Vires GENISTÆ germanicæ cum virtutibus GENISTÆ tinctoriæ conveniunt.

1185. GENISTA hispanica.

ICON. TAUR. Vol. XXI. tab. 38. f. 1.

*Genista spinis decompositis*, ramis floriferis inermibus, foliis linearibus pilosis. LINN. spec. p. 999. GERARD. Fl. Gallopr. p. 483. ENUM. NIC. p. 136.

*Genista spartium montis ventosi*. TOURN. inst. 645.

*Genista spinosa minor hispanica villosissima*. BAUH. pin. 395.

*Genistella monspeliaca spinosa*. BAUH. prodr. 157.

*Genistella montis ventosi spinosa*. BAUH. hist. I. p. 400.

Loc. In aridis apricis Comitatus *Nicaeensis*. SUFFRUTEX.

OBS. Dubito num vere a *Germanica* differat.

1186. GENISTA candicans.

ICON. TAUR. Vol. XII. tab. 29.

*Genista foliis ternatis subtus villosis*, pedunculis lateralibus subquinquefloris foliatis, leguminibus hirsutis. LINN. spec. p. 997.

*Cytisus monspessulanus*, medicæ folio, siliquis dense congestis, & villosis. TOURN. inst. p. 648.

Loc. In montibus *Nicaeensibus* calidioribus. PERENNIS.

HEDYSARUM. HALL. hist. 1. p. 172. TOURN. tab. 225.

Essentialis character consistit in siliqua compressa articulata, articulis monospermis separabilibus.

1187. HEDYSARUM alpinum.

ICON. TAUR. Vol. XVIII. tab. 66. f. 3.

*Hedysarum foliis pinnatis*, leguminibus articulatis glabris pendulis, caule erecto. LINN. spec. p. 1057. GHMEL. Sibir. 4. p. 26. tab. 10.

*Hedysarum caule recto ramoso*, foliis ovatis, siliquis pendulis levissimis venosis. HALL. hist. tom. 1. n. 395. tab. 12. emend. 2. n. 28.

*Hedysarum* (controversum) foliis pinnatis, stipulis vaginalibus, floribus racemosis, & leguminibus articulatis glabris pendulis. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 425. tab. 11. f. 3.

JACQ. Fl. Austr. tab. 168.

*Onobrychis semine clypeato laevi*. BAUH. pin. 350. prodr. 149.



Loc. Rarum non est locis arenosis secus torrentem *Berra* in valle *Ursina*. Inter *Vinay*, & le plance loco dicto le *Venier d' Andis* supra *Uscei*. In editis jugis di *Bellino*, & *Casteldelfino*, & monte *Vesulo*. Atque inter *Trilien*, & *Chamony* nasci adnotavit *Ignatius MOLINERI*. PERENNE.

1188. HEDYSARUM coronarium.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 67.

*Hedysarum* foliis pinnatis, leguminibus articulatis aculeatis nudis rectis, caule diffuso.

LINN. spec. p. 1058.

*Onobrychis* semine clypeato aspero major. BAUH. pin. 350.

*Onobrychis* altera. DOD. pempt. 549.

Loc. In agro *Ripularum* occurrit in pratis. BIENNE.

1189. HEDYSARUM spinosissimum.

ICON. TAUR. Vol. XXVI. tab. 56.

*Hedysarum* foliis pinnatis leguminibus articulatis aculeatis tomentosissimis, caule diffuso.

LINN. spec. p. 1058.

*Hedysarum* hispanicum supinum annuum angustifolium floribus parvis ex albo-purpurascentibus. BARR. Lugdb. 2. p. 51.

*Onobrychis* minor foliolis cordatis siliquis magnis asperis compressis. PLUK. phyt. 50. fig. 2.

Loc. In agro *Nicaeensi*, & *Uneliae* locis sabulosis mari proximis, & secus arva. ANNUM.

ONOBRYCHIS. HALL. hist. 1. p. 172. TOURN. tab. 211.

Calyx semiquinquefidus. Corollae vexillum compressum longum, alae brevissimae. etiam carina breviores. Fructus est capsula calyce non contenta monosperma. Folia in nostris pinnata.

1190. ONOBRYCHIS viciaefolia.

*Hedysarum* foliis pinnatis leguminibus monospermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. LINN. spec. p. 1059. mant. alb. obs. p. 448. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 396.

*Onobrychis* caule erecto ramoso, floribus spicatis. HALL. hist. tom. 1. n. 396.

*Onobrychis* *Viciaefolia*. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 918.

JACQ. Fl. Austr. tab. 352.

*Onobrychis* sativa. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 652.

*Onobrychis* foliis *Viciae* fructu echinato major. BAUH. pin. 350.

*Poligalon* *Gesneri*. BAUH. hist. II. p. 335.

*Onobrychis*. MATTH.

OFF. *Onobrychis*.

Loc. In pratis montanis, & subalpinis frequentissima. PERENNIS.

1191. ONOBRYCHIS saxatilis tab. 19. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 99. fig. 1.

*Hedysarum* foliis pinnatis, leguminibus monospermis sulcatis muticis, corollarum alis brevissimis, scapis subradicatis. LINN. syst. 12. p. 495.

*Hedysarum* foliis pinnatis, foliolis linearibus leguminibus monospermis sulcatis muticis, petalis inaequalibus. GER. p. 504. n. 2.

*Onobrychis* saxatilis. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 653.

*Onobrychis* saxatilis foliis *Viciae* angustioribus, & longioribus *aquisextiensis*. TOURN. inst. 390. GARID. ENUM. NIC. p. 124.

Loc. In saxosis apricis Comitatus *Nicaeensis*, & *Uneliae*. PERENNIS.

1192. ONOBRYCHIS caput galli.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 99. fig. 2.



- Hedysarum foliis pinnatis, leguminibus monospermis cristatis aculeatis, petalis aequalibus, caule diffuso.* LINN. spec. p. 1059.  
*Hedysarum foliis pinnatis, pedunculis subtrifloris, floribus alternis sessilibus subspicatis.* GOU. Hort. Monsp. p. 382. n. 5.  
*Hedysarum foliis pinnatis, leguminibus aculeatis, corollarum alis minimis, calyce brevioribus.* GER. p. 504. n. 4.  
*Onobrychis cretica foliis Viciae fructu magno cristato, & aculeato.* TOURN. inst. cor. 26.  
 Caput Gallinaceum minus. BAUH. prodr. 49.  
 Loc. Ad colles aridos, & sabulosa torrentium in agro Nicaeensi. ANNUUM.

VICIA. LINN. gen. n. 782. syst. n. 873. TOURN. tab. 221.

Calyx corolla brevior tubulosus compressus semiquinquefidus; vexillum ovale, lateribus reflexis, alae vexillo breviores oblongae, carina brevior bipés; stygma sub apice barbatum. Siliqua compressa oblonga.  
 Folia pinnata, costa cirrho terminata.

PEDUNCULIS ELONGATIS.

1193. **V**ICIA pisiformis.  
*Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis infimis sessilibus.* LINN. spec. p. 1034. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 384.  
*Vicia foliis ovatis maximis, siliquis racemosis pendulis.* HALL. hist. tom. 1. n. 428.  
*Vicia foliis octonis ovatis amplissimis, floribus racemosis.* HALL. gott. p. 294.  
 JACQ. Fl. Austr. tab. 364.  
 Cracca flore ochroleuco. RIV. tetr. tab. 52.  
 Pisum sylvestre perenne. BAUH. pin. 343.  
 Pisum sylvestre. CLUS. hist. 2. p. 229.  
 Loc. In sylvis collium Taurinensium. PERENNIS.
1194. **V**ICIA dumetorum.  
 ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 13.  
*Vicia pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis mucronatis, stipulis subdentatis.* LINN. spec. p. 1035. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 385.  
*Vicia foliis ovatis, oblongis, stipulis serratis, siliquis racemosis pendulis.* HALL. hist. tom. 1. n. 427.  
 Cracca sylvatica. RIV. tetr. tab. 50.  
 Vicia maxima dumetorum. BAUH. pin. 385.  
 Vicia sylvatica maxima piso similis. BAUH. hist. II. p. 315.  
 Loc. In umbrosis dumetis, & sylvis Taurinensibus, & montanis. PERENNIS.
1195. **V**ICIA sylvatica.  
 ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 107. & Vol. XVII. tab. 35.  
*Vicia pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, stipulis denticulatis.* LINN. spec. p. 1035.  
*Vicia foliis ovatis, stipulis argute dentatis, siliquis racemosis pendulis.* HALL. hist. tom. 1. n. 426.  
*Vicia (militans) pectore convexo, foliis obovatis subhirsutis, pedunculis multifloris, siliquis latis brevibus.* CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 388. tab. 1. f. 2.  
*Vicia multiflora maxima perennis retro odore, floribus albenibus, lineis caeruleis striatis.* PLUK. alm. 387. tab. 71. f. 1.  
*Viciae pulchrum genus multifolium, Galega quibusdam.* BAUH. hist. II. p. 316.  
 Loc. In pratis superioribus montis Serra, Lagarde Cl. VALLE reperit. Abunde ad sepes pratorum Pralugnan observante Cl. BELLARDI, supra Bourg S. Maurice, & circa Fenestrelle. PERENNIS.
1196. **V**ICIA cracca.  
 ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 18. & Vol. XI. tab. 1.



*Vicia pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris.* LINN. spec. p. 1035.

*Vicia foliis linearibus sericeis, ramis multifloris reflexis, stipulis integerrimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 424.

*Vicia racemis foliis brevioribus, floribus imbricatis pendulis, foliolis lanceolatis utrinque villosis.* SCOP. Fl. Carn. 539., ed. 2. n. 899.

*Vicia foliis linearibus hirsutis pedunculis multifloris, siliquis subhirsutis longis.* CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 387.

*Vicia multiflora.* TOURN. 397. LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 560.

*Vicia multiflora.* BAUH. pin. 343.

*Vicia multiflora perennis nemorensis, sive dumetorum.* BAUH. hist. II. p. 314.

Loc. Ad sepes, & dumeta in montanis frequens. PERENNIS.

1197. VICIA Gerardi.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 11. 15.

*Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis villosis, stipulis acutis integris appendiculatis.* GERARD Fl. Gallopr. p. 497. n. 5. tab. 19.

*Vicia perennis incana multiflora.* MAGN. bot. monsp. 277. TOURN. inst. 397.

*Vicia Gerardi.* JACQ. Fl. Austr. tab. 229.

Loc. In sylvestribus subalpinis Garrexi dictis i pra di fior reperit Cl. DANA.

Nascitur etiam in montibus ultra Tendam. PERENNIS.

OBS. Recentiores secutus distincte propono, vix tamen a superiori videtur differre.

1198. VICIA onobrychioides tab. 42. fig. 1.

*Vicia pedunculis multifloris, floribus distantibus, foliolis linearibus, stipulis inferne denticulatis.* LINN. spec. p. 1036.

*Vicia foliis ellipticis, floribus racemosis erectis, stipulis argute dentatis.* HALL. hist. tom. 1. p. 185. n. 425.

*Vicia pedunculis multifloris, stipulis crenatis, foliolis linearibus.* SAUV. monsp. 235.

*Vicia pedunculis multifloris, stipulis crenatis.* ROY. Leyd. p. 365. n. 3.

*Vicia onobrychidis flore.* BAUH. pin. 35. prodr. 149.

Loc. Bartholomaeus CACCIA in valle Uliciensi. Felix VALLE in superioribus pratis montis Serre la garde. Abunde in alpibus Scot, & Re. ANNUA.

1199. VICIA bithynica tab. 26. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 97.

*Vicia leguminibus pedunculatis solitariis erectis, foliolis quaternis ovali-lanceolatis, stipulis dentatis.* LINN. spec. p. 1038.

JACQ. Hort. Vindob. tab. 147.

*Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis tetraphyllis, stipulis dentatis.* ROY. prodr. Leyd. p. 363. ENUM. NIC. p. 144.

*Vicia foliis quaternis ovatis, floribus solitariis petiolatis.* HALL. Gott. 291.

*Clymenum bithynicum, siliqua singulari, flore minore.* BOERH. Lugdb. 2. p. 43.

*Cracca floribus albis, foliis circa radicem denticulatis.* BUXB. Cent. 3. p. 25. tab. 45. f. 2.

Loc. Nicaeensis agri indigena planta est. ANNUA.

FLORIBUS AXILLARIBUS SUBSESSILIBUS.

1200. VICIA sativa

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 11. 15.

*Vicia leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliis retusis, stipulis notatis.* LINN. spec. p. 1037. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 391.

*Vicia sativa.* BAUH. pin. p. 434.

Loc. Inter segetes. ANNUA.

1201. VICIA angustifolia.

*Vicia foliis imis ovatis, superioribus linearibus, scapis brevissimis bifloris.* HALL. hist. tom. 1. n. 430.



*Vicia angustifolia*. RIVIN. tab. 55.

*Vicia siliquis sessilibus erectis, foliis imis ovatis, superioribus linearibus*. HALL. Helv. 598.

*Vicia vulgaris acutiore folio*. BAUH. pin. 345.

*Vicia vulgaris sylvestris semine parvo, & nigro frugum*. BAUH. hist. II. p. 312.

Loc. Inter segetes frequentissima. *ANNUA*.

*OBS.* Convenit cum *sativa*, stipulis macula nigra notatis, & denticulatis: etiam floribus, sed differt foliis in extremo vix emarginatis, potius linearibus, & versus apicem angustioribus, siliqua tereti minori, non torulosa, seminibus minoribus, & potius subrotundis.

1202. *VICIA lathyroides*. tab. 59. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 71.

*Vicia leguminibus sessilibus solitariis erectis glabris, foliolis senis, inferioribus obcordatis*. LINN. spec. p. 1037. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 392.

*Vicia lathyroides purpureo-caeruleis floribus*. HERM. par. 242. tab. 242.

*Vicia minima*. RIV. tetr. 169.

Loc. In agro *Nicaeensi*, & in valle di *Fenestrelles*. Inter *Breglio*, & *Sospello* abunde. *PERENNIS*.

1203. *VICIA lutea*.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 19.

*Vicia leguminibus sessilibus reflexis pilosis solitariis pentaspermis, corollae vexillis glabris*. LINN. spec. p. 1037.

*Vicia sylvestris lutea, siliqua hirsuta*. BAUH. pin. 345.

Loc. Oriri scripsit *D. VALLE* ad ingentes lapides prope *Jambon*, & in monte *Divi Columbani*. *ANNUA*.

1204. *VICIA hybrida*.

*Vicia leguminibus sessilibus reflexis pilosis pentaspermis, corollae vexillis villosis*. LINN. spec. p. 1037.

*Vicia leguminibus sessilibus reflexis pilosis polyspermis, corollae vexillis pilosis*. ZINN Gott. p. 356.

JACQ. Hort. Vind. tab. 146.

*Vicia foliolis obverse ovatis apice emarginatis, leguminibus solitariis villosis*. DALLIB. Paris. p. 219. n. 5.

*Vicia (pannonica)*. CRANTZ. fasc. V. p. 393.

Loc. Secus agros macilentos vulgaris planta est. *ANNUA*.

1205. *VICIA sepium*.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 12. & Vol. XV. tab. 108.

*Vicia axillis subquadrifloris, floribus erectis pedunculatis, foliis ovatis, stipulis dentatis*. SCOP. Fl. Carn. p. 539. n. 2. ed. 2. n. 897.

*Vicia leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis exterioribus decrescentibus*. LINN. spec. p. 1038.

*Vicia foliis ovatis oblongis, scapis brevibus quadrifloris*. HALL. hist. tom. 1. n. 429.

*Vicia siliquis erectis, foliis ex ovatis obtuse decrescentibus*. HALL. Helv. 598.

*Vicia siliquis pedicellatis subquaternis erectis, foliis exovatis decrescentibus*. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 391.

*Vicia sepium folio rotundiore acuto*. BAUH. pin. 345.

*Vicia sepium perennis*. BAUH. hist. II. p. 313.

*Vicia sepium*. RIV. tetrap. tab. 52.

Loc. Ad sepes, & in sylvis montanis ubique. Abunde in *Sabaudia*. In editioribus *Liguriae* montibus reperit *Cl. DANA*. *PERENNIS*.

1206. *VICIA peregrina*.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 75.

*Vicia leguminibus subsessilibus pendulis glabris tetraspermis, foliolis linearibus emarginatis*. LINN. spec. p. 1038.



*Vicia angustifolia* purpureo-violacea, siliqua lata glabra. MAGN. monsp. p. 276.

*Vicia peregrina* angustissimis foliis, siliqua lata glabra. PLUK. alm. 386. tab. 233. f. 6.

Loc. Inter segetes agri Nicaeensis. ANNUA.

1207. VICIA narbonensis.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 27.

*Vicia leguminibus subsessilibus subternis erectis, foliolis senis subovatis, stipulis denticulatis.* LINN. syst. 12. p. 488.

*Vicia serratifolia.* JACQ. Fl. Austr. app. tab. 8.

*Vicia supina latissimo folio non serrato.* TOURN. inst. 397.

*Faba sylvestris fructu rotundo atro.* BAUH. pin. 338.

*Aracus fabaceus, & faba Kairina, cui semina minora.* BAUH. hist. II. p. 288.

*Bona sylvestris.* DOD. pempt. 516.

Loc. Vidit Cl. VALLE in pratulo ante oppidum Exilles posito prope praecipitem aquam. Nascitur in Comitatu Nicaeensi, & in dumetis Liguriae. ANNUA.

ERVUM. LINN. gen. n. 784. TOURN. tab. 121. syst. n. 874.

Calyx longitudine corollae: vexillum planum: alae obtusae breves: carina brevissima.  
Siliqua unilocularis nodosa. Semina globosa.

1208 ERVUM tetraspermum.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 20. 23. 24. f. 1.

*Ervum foliolis quadri-quinquejugis linearibus utrinque attenuatis: pedunculis filiformibus subquinquefloris.* NEKER. tom. 2. p. 308.

*Ervum pedunculis subbifloris, seminibus globosis quaternis.* LINN. spec. p. 1039.

*Vicia (gemella) foliis linearibus, siliquis obtusis gemellis, seminibus globosis quaternis.* CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 389.

*Vicia foliis linearibus siliquis obtusis polyspermis.* HALL. Helv. 601.

*Vicia segetum singularibus siliquis glabris.* BAUH. pin. 345.

*Viciae, seu cracchae minimae species cum siliquis glabris.* BAUH. hist. II. p. 315.

Loc. Inter segetes. ANNUUM.

1209. ERVUM hirsutum.

*Ervum foliolis integerrimis linearibus apice subtruncatis, pedunculis suboctofloris.* NEKER tom. 2. p. 308.

*Ervum pedunculis multifloris, seminibus globosis binis.* LINN. spec. p. 1039. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 403.

*Vicia foliis linearibus, siliquis racemosis dispermis hirsutis.* HALL. hist. n. 422.

*Vicia siliquis hirsutis pendulis dispermis.* HALL. Helv. 601.

*Vicia racemis folio longioribus, floribus imbricatis secundis pendulis, foliolis lanceolatis superne villosis.* SCOP. Fl. Carn. p. 540. n. 4., ed. 2. n. 901.

*Vicia segetum cum siliquis plurimis hirsutis.* BAUH. pin. 345.

*Cracca minor.* RIV. tab. 53.

Loc. Inter segetes admodum frequens. ANNUUM.

1210. ERVUM monanthos.

ICON. TAUR. Vol. XVI. tab. 68.

*Ervum pedunculis unifloris.* LINN. spec. p. 1040.

*Lens monanthos.* HERM. Lugdb. 360.

Loc. Agri Nicaeensis indigena planta est. ANNUUM.

1211. ERVUM ervilia.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 64.

*Ervum germinibus undato-plicatis, foliis impari-pinnatis.* LINN. spec. p. 1040. HALL. hist. tom. 1. n. 420.

*Ervum verum.* TOURN. inst. 398.

*Orobis siliquis articulatis flore majore.* BAUH. pin. 346.



*Orobus*, seu *ervum multis*. BAUH. *hist.* II. p. 321.

*Ervo*, o sia *Orobo*. MATTH.

OFF. *Ervum*, s. *Orobus*.

LOC. Inter segetes agri *Nicaeensis* occurrit. ANNUUM.

VIR. ERVI, sive OROBI semina viribus suis cum seminibus *Foeni Graeci* conveniunt. Suspectus etiam est usus internus seminum OROBI, quae in cibum assumpta crurum imbecillitatem afferunt, ita ut quamdam subnarcoticam virulentiam eisdem inesse probabile sit. Caeterum eorumdem farina, ut semina *Foeni Graeci*, ad similes usus impenditur.

OROBUS. LINN. *gen. n.* 780., *syst. n.* 871. TOURN. *tab.* 214.

Calyx quinquedentatus. Corollae vexillum cordatum in semicylindrum desinens, alae ejusdem longitudinis conniventes. Carina ventricosa, marginibus connivens. Stylus linearis teres, supra villosus; Stigma villosum; siliqua teres longe acuminata. Semina subrotunda. Folia pinnata costae in mucronem abeunti adnata.

1212 **O**ROBUS luteus.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 103.

*Orobus foliis pinnatis ovato-oblongis, stipulis rotundato-lunatis dentatis, caule simplici.*

LINN. *spec.* p. 1028.

*Orobus caule ramoso, erecto, foliis ovato-lanceolatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 419.

*Orobus alpinus latifolius.* BAUH. *pin.* 351. *prodr.* 149.

*Orobus foliis quinato-pinnatis, foliolis ovato-oblongis, stipulis semisagittatis, pedunculis longissimis, caule simplici.* GER. *prov.* 492.

*Orobus sylvaticus pallido flore.* BAUH. *pin.* 351.

LOC. *Bartholomaeus CACCIA* in valle *Ulciensi*: Cl. *GIAVELLI* misit collectum circa thermas *Vinadii*. Nascitur prope *la Vanoise*, & supra *S. Martin Maurianensium*. Cl. *BELLARDI* in pratis *Pralugnan*. PERENNIS.

1213. **O**ROBUS vernus.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 29.

*Orobus foliis pinnatis ovatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici.* LINN. *spec.* p. 1028. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 882.

*Orobus caule simplicissimo, foliis senis ovatis acutis.* HALL. *hist. n.* 416.

*Orobus foliis pinnatis ovatis acutis, caule simplici.* CRANTZ. *fasc. V. ed. 2. p.* 373.

*Orobus sylvaticus purpureus vernus.* BAUH. *pin.* 351.

*Galega nemorensis verna.* BAUH. *hist. II. p.* 343.

B. *Galegae nemorensi verna* similis flore albo. BAUH. *hist. II. p.* 344.

LOC. Frequens reperitur in *Taurinensibus*, & subalpinis umbrosis, ubi multum variat coloribus, & magnitudine florum. PERENNIS.

1214. **O**ROBUS tuberosus.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 31. 32.

*Orobus foliis pinnatis lanceolatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici.*

LINN. *spec.* p. 1028.

*Orobus caule simplici, foliis senis ellipticis, radice tuberosa.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 417.

*Orobus foliis imis ovatis, superioribus lanceolatis, caule alato simplici.* CRANTZ. *fasc. V. ed. 2. p.* 377.

*Orobus caule non ramoso, foliis imis ovatis superne ellipticis acutis.* HALL. *Helv. p.* 603.

*Orobus sylvaticus, foliis oblongis glabris.* TOURN. *inst.* 393.

*Astragalus sylvaticus foliis oblongis glabris.* BAUH. *pin.* 351.

*Astragaloides, s. Astragalus sylvaticus. Astragalo magno Fuchsii, vel Chamaeбалано leguminosae affinis plantae.* BAUH. *hist. II. p.* 334.

LOC. Sylvas umbrosas tum collium *Taurinensium*, tum subalpinorum inhabitat. PERENNIS.



1215. OROBUS niger.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 30.  
*Orobus caule ramoso, foliis sexjugis ovato-oblongis.* LINN. spec. p. 1028. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 372.  
*Orobus caule ramoso, foliis ovatis duodenis.* HALL. hist. tom. 1. n. 418.  
*Orobus sylvaticus Viciae foliis.* BAUH. pin. 352.  
*Astragalus major Fuchsii.* BAUH. hist. II. p. 334.  
*Orobus pannonicus II.* CLUS. hist. 2. p. 230.  
 Loc. In sylvis, & ad oras sylvarum Taurinensium non infrequenter adinvenitur.  
 PERENNIS.

LATHYRUS. LINN. gen. n. 781. syst. n. 872. TOURN. tab. 216. 217.

Calyx semiquinquefidus laciniis duabus superioribus brevioribus. Corollae vexillum magnum emarginatum, lateribus, & apice reflexum. Alae, & carina breves; stylus planus, superne latior villosus. Stigma planum villosum. siliqua cylindracea; vel compressa. Caulis plerumque angulosus ala foliosa auctus.

PEDUNCULIS UNIFLORIS.

1216 LATHYRUS Aphaca.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 10.  
*Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, stipulis sagittato-cordatis.* LINN. spec. p. 1029.  
*Lathyrus aphyllus, stipulis sagittatis latissimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 442.  
*Lathyrus segetum.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 571.  
*Aphaca.* LOB. ic. p. 70.  
*Vicia lutea foliis convolvuli minoris.* BAUH. pin. 345.  
*Vicia, quae pithyne anguillare lata siliqua, flore luteo.* BAUH. hist. II. p. 316.  
 Loc. Inter segetes abunde. ANNUUS.

1217. LATHYRUS nissolia.

- ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 22. fig. 3.  
*Lathyrus pedunculis unifloris, foliis simplicibus stipulis subulatis.* LINN. spec. p. 1029.  
*Nissolia vulgaris.* TOURN. inst. 656.  
*Lathyrus sylvestris minor.* BAUH. pin. 344.  
*Catanance leguminosa quorundam.* BAUH. hist. II. p. 309.  
 Loc. In arvis inter Chieri & Villanuova. Ignatius MOLINERI circa Ponzore, Mosso, Castelalfieri. In pascuis, & dumetis prope la Veneria Cl. BELLARDI. ANNUUS.

1218. LATHYRUS cicera.

- Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovato-compressis dorso canaliculatis.* LINN. spec. p. 1030.  
*Lathyrus foliis lanceolatis, stipulis latissimis, scapis brevibus unifloris, siliquis brevissime alatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 439.  
*Lathyrus sativus flore purpureo.* BAUH. pin. 344.  
*Aracus, s. cicera.* DOD. pempt. 523.  
 Loc. In agro Nicaeensi spontanea: etiam in agris editoribus di Sciolze reperit Cl. BELLARDI. ANNUUS.

1219. LATHYRUS sativus.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 2.  
*Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, tetraphyllisque, leguminibus ovatis compressis, dorso bimarginatis.* LINN. spec. p. 1030.  
*Lathyrus foliis geminis gramineis, stipulis folii latitudine, petiolis unifloris, siliquis alatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 438.  
*Lathyrus foliis gramineis binatis, siliquis latis, superne alatis.* HALL. Helv. 594.



- Lathyrus annuus* flore caeruleo, ochri siliqua. HERM. Lugdb. 357.  
 B. *Lathyrus sativus*, flore, fructuque albo. BAUH. pin. 343.  
 OFF. *Lathyrus*, s. *Cicerula*. DOD. pempt. 522.  
 Loc. Etiam *Nicaeensis* agri indigenus est. ANNUUS.

## 1220. LATHYRUS setifolius.

- ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 72. f. 1.  
*Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, foliolis setaceo-linearibus.* LINN. spec. p. 1031. ENUM. NIC. p. 143.  
*Lathyrus angustissimo folio, sive capillaceo.* BAUH. prodr. 148.  
 Loc. Et haec *Nicaeensis* agri indigena est. Et inter *Bonneville*, & *Tonon*, atque in arvis *Caballiacis* nasci adnotavit *Ignatius MOLINERI*. ANNUUS.

## 1221. LATHYRUS angulatus.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 3. & Vol. XVII. tab. 72. f. 2.  
*Lathyrus pedunculis unifloris aristatis, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis linearibus.* LINN. syst. 12. p. 486. GER. Fl. Gallopr. p. 494.  
*Lathyrus foliis gramineis, petiolis unifloris, setigeris, siliquis longis erectis.* HALL. hist. tom. 1. n. 440.  
*Lathyrus pedunculis unifloris cirrhiferis, foliolis linearibus, seminibus angulatis.* DALIB. paris. p. 217. n. 5.  
*Lathyrus angustissimo folio, semine anguloso.* TOURN. inst. 195.  
*Lathyrus angustifolius leptolobus semine hexaedro, flore caeruleo.* MORIS. blaes. 279.  
*Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris.* BAUH. hist. II. 308.  
 Loc. Non tantum in agro *Nicaeensi* vulgaris planta est, verum & etiam occurrit ubique in arvis collium. ANNUUS.

## 1222. LATHYRUS coccineus. N.

- Lathyrus flore coccineo.* RAY. hist. p. 896. n. 17.  
*Lathyrus foliis angustis, floribus singularibus coccineis.* SEGU. Ver. II. p. 82. n. 4.  
 Loc. In agris siccis, & saxosis praecipue *Taurinensibus*. ANNUUS.  
 OBS. LATHYRUS *coccineus* differt a LATHYRO *angulato* flore coccineo, foliis lanceolatis, & quinque nervis percursis, siliqua nervosa torosa, non compressa & lata, ut in *angulato*, majorem numerum seminum continente, quae exquisite rotunda non angulata sunt.

## PEDUNCULIS MULTIFLORIS.

## 1223. LATHYRUS hirsutus.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 5. & Vol. XX. tab. 30.  
*Lathyrus pedunculis subrifloris, cirrhis diphyllis, foliis lanceolatis, leguminibus hirsutis, seminibus scabris.* LINN. syst. 12. p. 487.  
*Lathyrus foliis geminis ellipticis, floribus solitariis, & geminis, siliquis hirsutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 437.  
*Lathyrus foliis binatis elliptico-lanceolatis, floribus racemosis.* HALL. Helv. 595.  
*Lathyrus angustifolius, siliqua hirsuta.* BAUH. pin. 344.  
*Lathyrus siliqua hirsuta.* BAUH. hist. II. p. 305.  
 Loc. *Pinerolii* inter segetes *Thomas PRIM.* Inter segetes agrorum calidiorum non infrequens. ANNUUS.

## 1224. LATHYRUS tuberosus.

- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 4.  
*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus internodiis nudis.* LINN. spec. p. 1033.  
*Lathyrus scapis multifloris, foliis ovatis, capreolis trifidis.* HALL. hist. tom. 1. n. 435.  
*Lathyrus foliis binatis ovatis, radice tuberosa, pedunculis multifloris.* CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 381.  
*Lathyrus foliis binatis ovatis radice glandulosa.* HALL. Helv. 596.  
*Lathyrus arvensis repens tuberosus.* BAUH. pin. 394.



*Terrae glandes.* DOD. *hist.* p. 550.

*Chamaebalanus leguminosa.* BAUH. *hist.* II. p. 324.

Loc. In arvis macilentis agri *Pedemontani.* PERENNIS.

1225. LATHYRUS pratensis.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 4.

*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis lanceolatis.* LINN. *spec.* p. 1033.

*Lathyrus scapis multifloris, foliis lanceolatis, capreolis simplicibus.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 436.

*Lathyrus foliis binatis utrinque acutis, pedunculis multifloris, floribus luteis.* CRANTZ. *fasc.* V. ed. 2. p. 379.

*Lathyrus foliis binatis acutis, capreolo non ramoso.* HALL. *Helv.* 597.

*Lathyrus sylvestris luteus foliis Viciae.* BAUH. *pin.* 344.

*Lathyrus luteus sylvestris.* BAUH. *hist.* II. p. 304.

Loc. Secus prata & humidiuscula loca in agro *Nicaeensi.* Nobis frequenter in dumetis, & sylvis. PERENNIS.

1226. LATHYRUS sylvestris.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 7.

*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis.* LINN. *spec.* p. 1033. CRANTZ. *fasc.* V. ed. 2. p. 378.

*Lathyrus caule alato, foliis geminis ensiformibus.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 434.

*Lathyrus foliis binatis elliptico-lanceolatis, floribus racemosis.* HALL. *Helv.* 595.

*Lathyrus sylvestris major.* BAUH. *pin.* 433.

*Lathyrus majoris species flore rubente, & albido minore dumetorum, s. Germanicus.* BAUH. *hist.* II. p. 302.

Loc. In dumetis collium *Taurinensium.* PERENNIS.

1227. LATHYRUS latifolius.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 45.

*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis internodiis membranaceis.* LINN. *spec.* p. 1033.

*Lathyrus caulibus alatis, foliis ovato-lanceolatis rigidis, scapis multifloris.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 433.

*Lathyrus pedunculis multifloris, caule alato, foliis, & floribus maximis.* CRANTZ. *fasc.* V. ed. 2. p. 383.

*Lathyrus foliis binatis ovatis, floribus racemosis lanceolatis.* HALL. *Helv.* 597.

*Lathyrus latifolius.* BAUH. *pin.* 344.

*Lathyrus major latifolius, flore purpureo speciosior.* BAUH. *hist.* II. p. 303. GARID. *aix.* tab. 59.

Loc. Ad sepes *Nicaeensis* agri frequens est. In sylvis, & dumetis *Astensis* Provinciae, & *Montisferrati* occurrit. PERENNIS.

1228. LATHYRUS heterophyllus.

*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, tetraphyllisque, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis.* LINN. *spec.* p. 1034.

*Lathyrus caulibus alatis, foliis binis, & quaternis lanceolatis, scapis multifloris.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 432.

*Lathyrus major narbonensis angustifolius.* BAUH. *hist.* II. p. 304.

Loc. In umbrosis di *Lucerame.* PERENNIS.

1229. LATHYRUS palustris

*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis stipulis lanceolatis.* LINN. *spec.* p. 1034.

*Lathyrus foliis senis, floribus racemosis.* HALL. *hist.* tom. 1. n. 431.

*Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis 3-aphyllis, stipulis lanceolatis, internodiis membranaceis.* CRANTZ. *fasc.* V. ed. 2. p. 382.

*Lathyrus palustris flore Orobi nemorensis verni.* RUPP. *jen.* 259.



Loc. In alveo, quo antiquitus *Duriae* aqua ad mollendinum ducebatur in agro *Taurinensi*. *PERENNIS*.

PISUM LINN. gen. n. 779. syst. n. 870. TOURN. tab. 215.

Calyx quinquefidus persistens, laciniis duabus superioribus brevioribus. Corollae vexillum cordatum amplum reflexum: alae subrotundae breviores: carina alis brevior compressa. Stylus triangulatus supra carinatus villosus. Strygma obtusum villosum. Siliqua longa teres, vel compressa. Semina rotunda. *Folia pinnata, pinnis ad caulem amplissimis, costa cirrhifera.*

1230 **PISUM** maritimum.

*Pisum petiolis supra planiusculis, caule angulato, stipulis sagittatis, pedunculis unifloris.* LINN. spec. p. 1027.

*Pisum spontaneum perenne repens humile.* MORIS. hist. 2. p. 47. sect. 2. tab. 1. f. 5.

Loc. In agro *Nicaeensi* nascitur. *PERENNE*.

1231. **PISUM** ochrus

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 1.

*Pisum petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunculis unifloris.* LINN. spec. p. 1027.

*Ochrus folio integro capreolos emittente.* BAUH. pin. 343.

*Lathyrus species, quae Hervillia sylvestris Dodonaei.* BAUH. hist. II. p. 305.

Loc. Nascitur inter segetes *Nicaeenses*. *ANNUUM*.

CICER LINN. gen. n. 783. syst. n. 875. TOURN. tab. 210.

Calyx quinquepartitus longitudine corollae; lacinae quatuor superiores vexillo incumbentes. Corollae vexillum subrotundum planum: alae dimidio breviores; Carina alis brevior. Siliqua rhombea turgida disperma.

1232 **CICER** arietinum

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 65.

*Cicer (arietinum) foliolis serratis ovatis ad basim integerrimis, stipulis dentatis.* GOU. h. 373. n. 1.

*Cicer foliolis serratis.* LINN. spec. p. 1040. HALL. hist. tom. 1. n. 399.

*Cicer sativum.* BAUH. pin. 347.

*Cicer arietinum.* DOD. pempt. 525.

Loc. Circa *Segusium* sponte nascitur. *ANNUUM*

LUPINUS LINN. gen. n. 774. syst. n. 865. TOURN. tab. 113.

Calyx bilabiatus, labiis varie dentatis, bractea interdum supposita. Corollae vexillum emarginatum lateribus reflexis; alae ejusdem longitudinis. Carina falcata basi bifida vix alis minor. Stamina omnia connata. Antherae alterne rotundae, alterne oblongae: siliqua compressa. Semina subrotunda compressa.

1233 **LUPINUS** sylvestris.

*Lupinus (varius) calycibus semiverticillatis appendiculatis: labio superiore bifido, inferiore subtridentato.* LINN. spec. plant. p. 1015.

*Lupinus sylvestris.* DOD. pempt. 530.

LAM. Fl. Fanc. tom. 2. p. 627.

*Lupinus sylvestris purpureo flore, semine rotundo vario majore (& minore).* TOURN. 392.

*Lupinus sylvestris flore caeruleo.* BAUH. pin. 348.

*Lupinus sylvestris, flore purpureo, semine rotundo vario.* BAUH. hist. II. p. 290.

Loc. Habitat *Nicaeae*. *ANNUUS*.



COLUTEA LINN. *gen. n.* 776. *syst. n.* 880. TOURN. *tab.* 418.

Calyx quinquedentatus persistens: corolla diversa in variis: alae lanceolatae: germen compressum. Stygma villosum, linea barbata ab apice ad styli medium producta. Siliqua magna inflata compressa, sutura superiore recta, inferiore gibba: semina reniformia continens.  
Dehiscit ad basim suturae superioris.

1234 **C**OLUTEA arborescens.

*Colutea arborea foliolis obcordatis.* LINN. *spec. p.* 1045.

*Colutea foliis ovatis emarginatis, floribus racemosis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 400.

*Colutea arborea, foliolis obverse ovatis oblongis apice emarginatis.* ZINN. *gout. p.* 35.

*Colutea.* MATTH.

*Colutea vesicaria.* BAUH. *pin.* 396.

*Loc.* In montibus Oropaeis, & supra Giaveno circa Segusium, & alibi abunde reperitur. *FRUTEX.*

*VIR.* Sennae foliis bono cum successu COLUTEÆ vesicariae folia substituuntur, eaque, ut majorem efficaciam habeant, ac servant, debent, cum jam autumnus advenit, colligi, atque in umbra diligenter siccare. Principia activa non parum cum principiis Sennae conveniunt, licet activitas, & proportio non eadem sit. Multum continet principii gummosi, quod subadstringens, & tonicum est, resinosa autem habet particulas exstimulantes, easque etiam volatiles, a quibus vis irritans, & purgans dependet. Ne fiat harum particularum jactura, atque gummosa substantia tota extrahi possit, primum infusione maceranda folia sunt, deinde leni ebullitioni subjicienda in convenienti aquae quantitate ad integram actuosarum particularum extractionem. Dosis foliorum siccatorum esse solet ab uncia una ad uncias duas, aut tres, & pro singulis unciis saltem libra 1.ª aquae debet adhiberi. Ea etiam generatim in hujusmodi decoctionis purgantis praeparatione adjiciuntur, quibus Senna a Medicis corrigi solet, ut obviam eant, ne gummoso-resinosae activae particulae nimis tenaciter rugis intestinorum adherentes tormina ventris inferant. Hujusmodi purgans convenit generatim ad alvum movendam, & maxime opportunum est iis, in quibus viscosi, & serosi humores sunt alliciendi, & evacuandi. Posteaquam alvus concitata est ab actione particularum exstimulantium, residues gummosae particulae tonum intestinorum firmant.

GALEGA LINN. *gen. n.* 770. *syst. n.* 890. TOURN. *tab.* 222.

Calyx semiquinquefidus, dentibus subaequalibus. Corollae vexillum ovatum apice, & lateribus reflexum; alae acutae longitudine vexilli; carina depressa deorsum gibba, sursum acuta. Stygma minimum. Siliqua longa teres, striis obliquis inter semina notata.

1235 **G**ALEGA officinalis.

*ICON. TAUR. Vol. V. tab.* 125.

*Galega leguminibus strictis erectis, foliolis lanceolatis striatis nudis.* LINN. *syst.* 12. *p.* 496.

*Galega foliis ellipticis, spicis, & siliquis erectis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 394.

*Galega vulgaris floribus caeruleis.* BAUH. *pin.* 352.

*Galega.* BAUH. *hist. II.* 342. DOD. *pempt.* 548. LOB. *adv. p.* 392.

*Galega, aut Ruta capraria.* MATTH.

*OFF.* Galega vulgaris, s. Ruta capraria.

*Loc.* Ubique ad rivulos, & fossas, atque etiam in pratis agri Pedemontani.

*PERENNIS.*



ROBINIA. LINN. *gen. n.* 775., *syst. n.* 879. TOURN. *tab.* 417.

Calyx brevis quadridentatus, denticulis tribus inferioribus angustioribus, supremo latiori vix emarginato. Vexillum magnum obtusum: alae ovatae liberae; Carina longitudine alarum semiorbiculata compressa; Siliqua longa compressa plana. Semina reniformia.

1236 **R**OBINIA pseudo-acacia.

ICON. TAUR. Vol. VIII. tab. 46.

*Robinia racemis pedicellis unifloris, foliis impari-pinnatis, stipulis spinosis.* LINN. *spec.* p. 1043.

*Robinia americana siliquis glabris.* RAJ. *hist.* 1719.

*Acacia americana Robinii.* BARR. *ic.* 740.

OFF. Pseudo-acacia vulgaris.

Loc. Trans Padum ad sepes, & in collibus *Taurinensibus* sine cultura viget: aliis locis *Pedemontii* rara, ita ut exoticæ originis esse videatur. ARBOR.

CORONILLA. LINN. *gen. n.* 789., *syst. n.* 883., TOURN. *tab.* 419.

Calyx brevis bilabiatus quinquedentatus. Vexillum cordatum ubique reflexum vix alis longius. Alae ovatae, sursum conniventes; Carina compressa, acuminata. Siliqua recta, aut vix incurva laevis articulata.

1237 **C**ORONILLA emerus.

*Coronilla fruticosa pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus calyce triplo longioribus, caule angulato.* LINN. *spec.* p. 1046.

*Coronilla frutescens, foliis reuisis septenis, siliquis longissimis vix articulatis.* HALL. *hist. tom. 1. n.* 389.

*Coronilla fruticosa, pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus calyce duplo longioribus.* CRANTZ *fasc. 5. ed. 2. p.* 430.

*Coronilla corollarum unguibus calyce duplo longioribus.* ROY. *Leyd. p.* 387. n. 5.

*Coronilla pauciflora.* LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p.* 611.

*Emerus Caesalpini.* TOURN. *inst.* 650.

*Colutea scorpioides.* BAUH. *hist. 1. part. 2. p.* 381.

*Colutea siliquosa, sive scorpioides major.* BAUH. *pin.* 397.

Loc. Ad oras sylvarum in collibus *Taurinensibus*, & locis montanis frequens. Similibus locis ad Sanctuarium *S. Michaelis* abunde nascitur. FRUTEX.

1238. CORONILLA juncea.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 92.

*Coronilla fruticosa, foliis pinnatis, ternatisque lineari-lanceolatis subcarnosis obtusis.* LINN. *spec.* p. 1047.

*Dorychnium luteum hispanicum carnosum.* BARR. *ic.* 133.

*Colutea caule genistae fungoso.* BAUH. *hist. 1. p.* 383.

*Polygala major massiliotica.* BAUH. *pin.* 349.

Loc. In agro *Nicaeensi* vidit Petrus CORNALIA. PERENNIS.

1239. CORONILLA valentina.

ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 65.

*Coronilla fruticosa foliis subnovenis, stipulis suborbiculatis.* LINN. *spec.* p. 1047. HALL. *Emend. 2. n.* 35.

*Coronilla leguminibus teretibus, unguibus corolla brevibus, pinnis ad summum ennea-phyllis, foliolis ovatis.* GUETT. *stamp. 1. p.* 231.

*Polygala altera.* BAUH. *pin.* 349.

*Polygala valentina.* CLUS. *hist. 1. p.* 98.

Loc. In colle di Montalbano. PERENNIS.



1240. CORONILLA coronata.

*Coronilla caule erecto, foliis undenis ovatis, floribus umbellatis, siliquis articulatis pendulis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 388.*

*Coronilla erecta foliis maximis ovatis retusis in cacumen exeuntibus.* HALL. *Emend. 11. n. 36.*

*Coronilla fruticosa foliolis novenis obovatis, internis cauli approximatis, stipula oppositifolia bipartita.* LINN. *syst. 12. p. 491.*

*Coronilla foliis novenis obovatis: foliolis intimis cauli approximatis, stipulis oppositifoliis bipartitis, siliquis pendulis.* CRANTZ. *fasc. V. ed. 2. p. 431.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 95.*

*Coronilla.* RIV. *tetr. 207. tab. 93.* JACQ. *Vindob. p. 134.* SCOP. *Fl. Carn. 2. p. 72. tab. 44.*

*Colutea scorpioides quibusdam, s. polygalo Cortusi similis planta, sed major.* BAUH. *hist. I. part. 2. p. 382.*

*Colutea scorpioides minor coronata.* BAUH. *pin. 397.*

*Colutea scorpioides II.* CLUS. *hist. 1. p. 98.*

*Loc. In collibus Taurinensibus. PERENNIS.*

1241. CORONILLA minima.

*ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 86.*

*Coronilla suffruticosa procumbens, foliolis novenis lanceolatis, stipula oppositifolia emarginata, leguminibus angulatis nodosis.* LINN. *syst. 12. p. 491.*

*Coronilla humillima frutescens, siliquis articulatis pendulis.* HALL. *Helv. 573.*

*Coronilla leguminibus teretibus, unguibus corollae brevibus, caule fruticoso.* LINN. *Hort. Cliff. 363.*

*Coronilla caulibus lignosis procumbentibus, foliis ovatis, floribus umbellatis, siliquis alatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 390.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 271.*

*Coronilla minima.* TOURN. *inst. 650.*

*Ferrum equinum Gallicum siliquis in summitate.* BAUH. *pin. 349.*

*Polygonum Cortusi.* BAUH. *hist. II. 351.*

*Loc. In apricis sabulosis collium, & montium calidiorum, atque etiam in sabulosis torrentium passim adinvenitur. PERENNIS.*

1242. CORONILLA glauca.

*ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 79.*

*Coronilla fruticosa, foliolis suborbiculatis, stipulis ovatis, pedunculis complanatis.* GOV. *Hort. monsp. p. 378. n. 4.*

*Coronilla fruticosa, foliis septenis, stipulis lanceolatis.* LINN. *spec. p. 1047.*

*Coronilla maritima glauco folio.* TOURN. *inst. 650.*

*Colutea scorpioides maritima glauco folio.* BAUH. *pin. 397. prodr. 157.*

*Coronilla fruticosa, leguminibus crassioribus.* MILL. *ic. tab. 289. f. 1.*

*Loc. In agro Nicaensi ad rupes. SUFFRUTEX.*

1243. CORONILLA varia.

*ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 89.*

*Coronilla herbacea, leguminibus erectis teretibus torosis numerosis, foliolis plurimis glabris.* LINN. *spec. p. 1048.* CRANTZ. *fasc. V. ed. 2. p. 432.*

*Coronilla caule brachiatu angulato, foliis vigenis aristatis, floribus umbellatis.* HALL. *hist. tom. 1. n. 387.*

*Hedysarum securidaca major, & minor.* LOB. *adv. p. 406.*

*Coronilla herbacea flore vario.* TOURN. *inst. 650.* GARID. *aix. tab. 26.*

*Securidaca dumetorum major flore vario, siliquis articulatis.* BAUH. *pin. 349.*

*Melilotus quinta Trag.* BAUH. *hist. II. 345.*

*Loc. Ad sepes, & dumeta tum in agro Pedemontano, tum in collibus Taurinensibus. PERENNIS.*

1244. CORONILLA securidaca.

*ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 50.*



- Coronilla herbacea leguminibus falcato-gladiatis, foliolis plurimis.* LINN. spec. p. 1048.  
*Securidaca lutea major.* BAUH. pin. 348.  
*Securidaca flore luteo, siliqua lata oblonga.* BAUH. hist. II. p. 345.  
 Loc. In agro Nicaeensi vulgaris est. ANNUA.

ORNITHOPODIUM. TOURN. p. 400. tab. 224.

ORNITHOPUS. LINN. gen. n. 790. syst. n. 884.

Calyx quinquedentatus. Vexillum cordatum; alae ovatae rectae; carina compressa minima fissilis. Siliqua articulata falcata.

1245 ORNITHOPODIUM compressum.

ICON. TAUR. Vol. XX. tab. 106.

*Ornithopus foliis pinnatis, leguminibus recurvatis compressis rugosis, bractea pinnata.* LINN. syst. 12. p. 492.

*Ornithopus foliis pinnatis, leguminibus compressis rugosis, pedunculis folio terminatis.* GOU. Hort. Monsp. p. 379. n. 2.

*Ornithopodium scorpioides siliqua compressa.* TOURN. inst. 400.

*Ornithopodio affinis hirsuta scorpioides.* BAUH. pin. 350.

*Scorpioides leguminosa.* BAUH. hist. II. p. 349.

Loc. In agro Nicaeensi. ANNUUM.

1246. ORNITHOPODIUM scorpioides.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 106.

*Ornithopus foliis ternatis subsessilibus, impari maximo.* LINN. spec. p. 1049.

*Ornithopus foliis inferioribus simplicibus, summis ternatis, impari maximo, stipula oppositifolia emarginata.* GOU. hori. monsp. p. 379. n. 3.

*Ornithopodium Scorpioides.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 914.

*Ornithopus trifoliatus.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 659.

*Ornithopodium portulacae folio.* TOURN. inst. 400.

*Scorpioides portulacae folio.* BAUH. pin. 287. MORIS. hist. 2. sect. 2. tab. 11. f. 5.

Loc. Secus arva macilenta agri Nicaeensis, similiterque ad agros in Liguria, & Monteferrato, necnon Dertonensi provincia. ANNUUM.

SCORPIURUS. LINN. gen. n. 792., syst. n. 886. TOURN. tab. 226.

Calyx semiquinquefidus, dentibus summis minus divisus. Vexillum reflexum subrotundum emarginatum patens; alae oblongae laxae; carina recta gibba ungue divisio. Siliqua teres in se contorta articulata, rugosa, vel hispida.

1247 SCORPIURUS vermiculata.

ICON. TAUR. Vol. VII. tab. 87.

*Scorpiurus pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique squamis obtusis.* LINN. spec. p. 1050.

*Scorpioides siliqua crassa boelii.* TOURN. inst. 302.

*Scorpioides bupleuri folio, corniculis crassioribus, & magis spongiosis instar litui con- tortis, & in se convolutis.* MORIS. hist. 2. p. 127. sect. 2. tab. 11. f. 3.

Loc. Inter segetes, & ad vias in agro Nicaeensi. ANNUA.

1248. SCORPIURUS muricata.

ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 105.

*Scorpiurus pedunculis bifloris, leguminibus extrorsum obtuse aculeatis.* LINN. spec. p. 1050.

Loc. Similibus locis priori nascitur. ANNUA.

1249. SCORPIURUS subvillosa.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 88.



*Scorpiurus pedunculis subquadrifloris, leguminibus extrorsum spinis confertis erectis.*  
LINN. spec. p. 1050.

*Scorpioides bupleurifolio, corniculis asperis magis in se confertis, & convolutis.* MORIS.  
ox. 2. p. 127. tab. 90. GARID. cum icone.

Loc. Nicaeensem agrum incolit. *ANNUA.*

HIPPOCREPIS. LINN. gen. n. 791. syst. n. 885. TOURN. tab. 225.

Essentialis character consistit in siliqua compressa longa incurva, sutura inferiore ad medium usque inter semina sinuata soleae equinae ad instar.  
Semina incurva.

1250 **HIPPOCREPIS** unisiliquosa.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 85.

*Hippocrepis leguminibus sessilibus solitariis rectis.* LINN. syst. 12. p. 492.

*Ferrum equinum siliquis solitariis lunatim excisis.* HALL. hist. tom. 1. n. 392.

*Ferrum equinum siliquis solitariis utrinque excisis.* HALL. gott. 265.

*Ferrum equinum siliqua singulari.* BAUH. pin. 349. GARID. Aix. tab. 34.

*Ferrum equinum vulgare.* COL. ecphr. 1. p. 302. tab. 300.

Loc. In apricis secus Ischiator supra Vinadii thermas. Abunde in comitatu Nicaeensi. *ANNUA.*

1251. **HIPPOCREPIS** multisiliquosa.

*Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis circularibus, margine altero lobatis.* LINN. syst. 12. p. 492.

*Ferrum equinum, siliquis umbellatis undulatis.* HALL. hist. tom. 1. n. 391.

*Ferrum equinum siliqua multiplici.* BAUH. pin. 346. GARID. aix. tab. 32.

*Ferrum equinum alterum polyceration.* COL. ecphr. 1. tab. 300.

Loc. Etiam haec, sed rarius in agro Nicaeensi occurrit. *ANNUA.*

1252. **HIPPOCREPIS** comosa.

ICON. TAUR. Vol. XIII. tab. 70. & Vol. XVII. tab. 73.

*Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis arcuatis, margine exteriori repandis.* LINN. syst. 12. p. 492. CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 429.

JACQ. Fl. Austr. tab. 431.

*Hippocrepis siliquis umbellatis: margine exteriori lobatis.* SCOP. Fl. Carn. p. 535. n. 1. ed. 2. n. 915.

*Ferrum equinum siliquis umbellatis utrinque emarginatis.* HALL. Helv. 573.

*Hippocrepis perennis.* LAM. Fl. Franc. tom. 2. p. 657.

*Ferrum equinum germanicum siliquis in summitate.* BAUH. pin. 346. GARID. aix. tab. 33.

*Ferrum equinum comosum, seu capitatum.* COL. ecphr. p. 302.

Loc. Abunde in apricis argillaceo-sabulosis collis Taurinensis Superga dicti, & prope montem S. Michaëlis supra locum la Triffolera frequenter adinvenitur. In apricis di Rivalba etiam observavi. Locis aridis, & saxosis tum collinis, tum montanis quoque adinvenitur. *PERENNIS.*

PHACA LINN. gen. n. 798. syst. n. 891. TOURN. tab. 223.

Calyx quinquedentatus. Corollae vexillum ovatum rectum: alae breviores; carina brevis obtusa; stygma simplex. Siliqua inflata saepe curva sutura superiore depressa, in pluribus semibiloculari, dehiscens sutura superiori.

1253 **PHACA** alpina.

ICON. TAUR. Vol. IV. tab. 57.

*Phaca caule erecto ramosissimo, foliis ovatis vigenis.* HALL. emend. 4. n. 234.

*Astragalus caule erecto ramosissimo, foliis ellipticis hirsutis, siliquis vesicariis pendulis.*

HALL. hist. tom. 1. n. 401. emend. 3. n. 234. Cat. rar. n. 740.

Q q q q



- Phaca caulescens erecta glabra leguminibus oblongis inflatis subpilosus.* LINN. spec. p. 1064. JACQ. vind. 265.
- Phaca caulescens diffusa, pedunculis longissimis, leguminibus semi-ovatis.* GER. p. 519. n. 1.
- Phaca leguminibus pendulis semi-ovatis.* GMEL. sibir. tom. 4. p. 35. tab. 14. bona.
- Astragaloides elatior erecta, viciae foliis, floribus luteis, siliquis pendulis* Amman. RUTH. 148.
- Loc. Non rara in alpibus Sabaudicis, & Augustae Praetoriae, speciatim vero in monte Cenisio, Pertus d' Margon, Alp Rè, Griffon, Lemie, & secus torrentem Eylesso in monte Grassonet, & in alpibus Fenestrellarum. PERENNIS.
1254. PHACA australis.
- Phaca caule ramoso prostrato, foliis lanceolatis, florum alis semibifidis.* LINN. syst. p. 497.
- Astragaloides alpina supina glabra, foliis acutioribus.* TILL. hort. pis. 19. tab. 14. f. 1.
- Phaca (Halleri) prostrata caulescens, alis florum bifidis.* VILL. prosp. p. 42. tab. 23. f. 1.
- Loc. In editioribus alpium praeruptis scopulis praesertim Valdensium, montis Vesuli, & Cenisii non infrequenter reperitur. PERENNIS.
1255. PHACA montana.
- ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 68. fig. 1.
- Astragalus foliis ovato lanceolatis sericeis, siliquis erectis inflatis subhirsutis.* HALL. hist. tom. 1. n. 408. it. helv. 2. n. 81.
- Phaca caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis.* HALL. emend. 2. n. 25.
- Astragalus subacaulos, scapis folio longioribus, floribus laxe spicatis erectis, leguminibus ovatis, acumine inflexo.* LINN. spec. p. 1070. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 922. tab. 45.
- JACQ. Fl. Austr. tab. 167.
- Phaca (montana) subacaulos procumbens hirsuta, scapum floribus erectis, leguminibus ovato-lanceolatis.* CRANTZ. fasc. V. ed. 2. p. 422.
- Astragalus pedunculis folio longioribus, floribus laxe spicatis erectis.* ROY. Leyd. p. 392. n. 8.
- Astragalus caule brevissimo, foliis ex ovato-lanceolatis, spica purpurea laxiori.* HALL. Helv. 567.
- Astragaloides alpina purpurea villosa pumila, foliis brevioribus acuminatis, caulibus simplicibus nudis.* TILL. hort. pis. p. 19. tab. 14. f. 3.
- Onobrychis quarta.* CLUS. hist. 240.
- Astragalus quidam montanus, vel Onobrychis aliis.* BAUH. hist. II. p. 340.
- Loc. Ubique in summis alpium jugis. PERENNIS.
1256. PHACA minima.
- Astragalus caule procumbente ramoso, foliis ovatis, siliquis inflatis hirsutis pendulis.* HALL. hist. tom. 1. n. 404.
- Phaca caule procumbente, foliis ovatis, siliquis pendulis.* HALL. emend. 2. n. 26.
- Astragalus caule ramoso procumbente, floribus ex albo, & caeruleo variis.* HALL. Helv. 568.
- Astragalus (alpinus) caulescens procumbens, floribus pendulis racemosis, leguminibus utrinque acutis pilosis.* LINN. spec. p. 1070.
- Astragalus alpinus minimus.* LINN. Fl. Lapp. n. 267. tab. 9. fig. 1.
- Loc. In superciliis summorum frigidiorum alpium. PERENNIS.
1257. PHACA tragacantha. MISC. TAUR. Tom. V. p. 79.
- ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 71.
- Astragalus caudice arborescente, petiolis spinescentibus.* LINN. spec. p. 1073.
- Astragalus ramorum petiolis spinescens, pinna impare nulla.* HALL. hist. tom. 1. n. 405.
- Tragacantha.* BAUH. pin. 388.
- Tragacantha alpina sempervirens, floribus purpurascens.* TOURN. inst. 417. GARID. aix. p. 469. tab. 92. HALL. emend. 2. n. 24.



*Loc.* In sabulosis torrentium locis soli maxime expositis; ubique abunde in alpibus, quae montibus *Vesulo*, & *Cenisio* interjacent. Summa juga non ascendit, & in alpibus magis septentrionalibus rara est. *PERENNIS*.

SPARTIUM. LINN. *gen. n.* 765. *syst. n.* 858. *TOURN. tab.* 412.

Calyx quinquedentatus deorsum productus. Vexillum reflexum; alae oblongae parvae; Carina alis longior evidenter dipetala. Filamenta connata.  
Siliqua brevis; semina subrotunda.

1258 SPARTIUM junceum.

*Spartium ramis oppositis, teretibus, apice floriferis foliis lanceolatis.* LINN. *spec. p.* 995.

*Genista juncea.* SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 870. BAUH. *hist. I.* 395. *TOURN. inst. p.* 643.

*Spartium arborescens, seminibus lenti similibus.* BAUH. *pin.* 396.

*Spartium dioscorideum narbonense, & hispanicum.* LOB. *ic.* 91.

*Spartio.* MATTH.

*Loc.* In collibus calidioribus *Taurinensibus*, *Liguria*, *Monteferrato*, atque Comitatu *Nicaeensi* frequens est. *FRUTEX*.

*VIR.* Quae dicta sunt de *Genista tinctoria* ad usum medicinale pertinentia, eadem habenda sunt de usu *SPARTII juncei*. Cineres majorem adhuc praebent lixivialis salis quantitatem.

1259. SPARTIUM purgans.

*Spartium ramis teretibus striatis, foliis lanceolatis sessilibus pubescentibus.* LINN. *syst.* 12. *p.* 474.

*Spartium foliis simplicibus sessilibus ramis inermibus.* GER. *p.* 480. *n.* 3.

*Genista, s. Spartium purgans.* BAUH. *hist. I.* *p.* 404.

*Loc.* Frequens est in montibus calidioribus Comitatus *Nicaeensis*. *FRUTEX*.

1260. SPARTIUM scoparium

*Spartium foliis ternatis, solitariisque, ramis inermibus angulatis.* ZINN. *gott. n.* 359. LINN. *spec. p.* 996.

*Spartium foliis inferioribus ternatis hirsutis, superioribus simplicibus.* HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 354.

*Genista angulosa, & scoparia.* BAUH. *pin.* 395.

*Genista scoparia.* LAM. *Fl. Franc. Tom. 2. p.* 619.

*Loc.* In collibus *Bugellensibus*, & in Provincia *Canapiciensi* passim. *FRUTEX*.

*VIR.* *SPARTII scoparii* virtutes cum *SPARTII juncei* viribus conveniunt, sed *scoparium* adhuc praestantius esse existimamus, eademque medicamenta largitur.

1261. SPARTIUM spinosum.

*Spartium foliis ternatis, ramis angulatis spinosis.* LINN. *spec. p.* 997.

*Acacia trifolia.* BAUH. *pin. p.* 392.

*Aspalathus secunda trifolia.* BAUH. *hist. I. p.* 375.

*Cytisus spinosus.* LAM. *Fl. Franc. Tom. 2. p.* 625.

*Loc.* TERRANEUS in olivetis *Uneliae*. In Comitatu *Nicaeensi* uberrime crescit. *FRUTEX*.

PSORALEA. LINN. *gen. n.* 801. *syst. n.* 894.

Calyx monophyllus quinquefidus irregularis tuberculis asperus: vexillum subrotundum emarginatum assurgens: alae obtusae parvae; Carina dipetala lunulata.  
Siliqua brevis calyce contenta semen unum, alterumve continens.

1262 PSORALEA bituminosa.

*ICON. TAUR. Vol. X. tab.* 94.

*Psoralea foliis omnibus ternatis, foliolis lanceolatis, pedunculis capitatis.* LINN. *syst.*

12. *p.* 500.



- Trifolium bitumen redolens*. BAUH. pin. p. 327. TOURN. inst. p. 404.  
*Trifolium asphaltites, sive bituminosum, odoratum*. BAUH. hist. II. 366.  
*Trifoglio asphaltito*. MATTH.  
 OFF. *Trifolium bituminosum*.  
 Loc. In Comitatu *Nicaeensi* ubique. PERENNIS.

CERCIS. LINN. gen. n. 458. syst. n. 505. TOURN. tab. 414.

Calyx brevis amplus campanulatus quinquedentatus, inferne gibbus. Petala sex unguibus longis instructa: alae sursum flexae. Vexillum subrotundum brevius sub alis positum. Carina dipetala. Stamina omnia libera declinata. Siliqua compressa membranacea oblonga semina reniformia continens.

1263 CERCIS siliquastrum.

ICON. TAUR. Vol. III. tab. 19.

*Cercis foliis cordato-orbiculatis glabris*. LINN. spec. p. 534.

*Siliquastrum*. TOURN. inst. p. 647.

*Siliqua sylvestris rotundifolia*. BAUH. pin. 402.

Loc. Frequens in sylvis, & ad rupes in agro *Nicaeensi*, atque *Liguria* maritima.  
 FRUTEX, & ARBOR.

ANAGYRIS. LINN. gen. n. 457. syst. n. 504. TOURN. tab. 415.

Calyx campanulatus quinquedentatus irregularis. Vexillum brevissimum rectum. Alae oblongae vexillo longiores. Carina dipetala longissima. Stamina omnia distincta. Siliqua teretiuscula magna. Semina reniformia.

1264 ANAGYRIS foetida. LINN. spec. p. 534.

*Anagyris foetida*. BAUH. pin. p. 391. TOURN. inst. p. 647.

*Anagyris vera foetida*. BAUH. hist. I. p. 364.

*Anagyris floribus lateralibus*. ROY. Lugdb. 371.

Loc. Circa *Nicaeam* ad rupes. FRUTEX.

## 2. BILOCULARES.

ASTRAGALUS. LINN. gen. n. 799. syst. n. 892. TOURN. tab. 233.

Calyx monophyllus quinquedentatus irregularis. Vexillum longum rectum, lateribus reflexis. Alae oblongae breviores. Carina emarginata alis aequalis. Siliqua bilocularis. Semina reniformia.

1265 ASTRAGALUS pilosus.

*Astragalus caulescens erectus pilosus, floribus spicatis, leguminibus subulatis pilosis*. LINN. spec. p. 1065.

*Astragalus caule erecto ramoso, ex alis spicifero, siliquis teretibus*. HALL. hist. n. 411.

*Astragalus caulescens erectus subpilosus, floribus spicatis pallidis, leguminibus subulatis pilosis*. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 418.

JACQ. Fl. Austr. tab. 51.

*Astragalus caule erecto ex alis spicifero, siliquis teretibus hirsutis*. HALL. emend. 11. n. 30.

*Astragalus villosus erectus spicatus, floribus flavescentibus*. AMM. ruth. 166.

*Cicer montanum lanuginosum erectum*. BAUH. prodr. 148.

Loc. Prope *Segusium* in alpe *Jaillon*, & in monte *Cenisio*. Cl. BELLARDI in monte *Grassonet* secus torrentem *Aylessò*. Nascitur etiam frequens in valle di *Bardonache*, circa *Oulx* loco dicto *il Sapè*. Inter *Segusium*, & *Bussolinum*, inter *Bramant*, & *Termignon*, uti etiam inter *S. Michel*, & *S. Martin* locis rupestribus. PERENNIS.



## 1266. ASTRAGALUS cicer. tab. 41. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 68.

*Astragalus caulescens prostratus, leguminibus subglobosis inflatis mucronatis pilosis.*

LINN. spec. p. 1067. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 413.

JACQ. Fl. Austr. tab. 251.

*Astragalus ex alis foliorum spicifer, siliqua ovali turgida stillifera.* HALL. Helv. 568.

*Astragalus caule ramoso diffuso, spicis erectis, siliquis inflatis rotundis unguiculatis.*

HALL. hist. tom. 1. n. 409.

*Astragalus vesicarius.* LAM. Fl. Franc. tom 2. p. 637.

*Cicer sylvestre.* CAM. epit. 205.

*Astragalus luteus perennis, siliqua gemella rotunda, vesicam referente.* MORIS. ox. 2.

p. 108. tab. 9. f. 9.

*Cicer sylvestre multifolium.* BAUH. hist. II. p. 294.

*Cicer sylvestre, foliis oblongis hispidis majus.* BAUH. pin. 347.

*Glaux.* RIV. irr. tab. 108.

*Cece selvatico.* MATTH.

Loc. Circa Segusium abunde; neque infrequens est in agro Pedemontano, locis praesertim collinis secus fossas aquarum. PERENNIS.

## 1267. ASTRAGALUS glycyphyllos.

ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 67.

*Astragalus caulescens prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliolis ovalibus pedunculo longioribus.* LINN. syst. 12. p. 498. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 414.

*Astragalus caule prostrato, foliis ovatis, scapis brevibus racemosis, siliquis subtriquetris incurvis.* HALL. hist. tom. 1. n. 473.

*Astragalus luteus perennis procumbens vulgaris, seu sylvestris.* MORIS. ox. 2. p. 107. tab. 9. f. 8.

*Glycyrrhiza sylvestris, floribus luteo palescentibus.* BAUH. pin. 352.

*Foenum graecum sylvestre, s. Glycyrrhiza sylvestris quorundam.* BAUH. hist. II. p. 330.

Loc. Passim ad semitas, & sepes in agro Pedemontano. PERENNIS.

## 1268. ASTRAGALUS hamosus.

*Astragalus caulescens procumbens, leguminibus subulatis recurvatis glabris, foliolis obcordatis subtus villosis.* LINN. syst. 12. p. 498.

*Securidaca lutea minor, corniculis recurvis.* BAUH. pin. 349.

*Astragalus monspeliacus.* CLUS. hist. 234.

Loc. Locis saxosis collium Nicaensium. ANNUUS.

## 1269. ASTRAGALUS vesicarius. tab. 80. fig. 1.

ICON. TAUR. Vol. XXIV. tab. 52.

*Astragalus caulescens incanus, calycibus, leguminibusque inflatis tomentosus, foliis subrotundis.* VILL. prosp. p. 42. tab. 28.

*Astragalus acaulos, scapis folio longioribus, floribus laxè spicatis, calycibus, leguminibusque inflatis hirsutis.* LINN. spec. p. 1071.

*Astragalus alpinus tragacanthae folio vesicarius.* TOURN. inst. 417. MAGN. hort. 27. tab. 27.

Loc. Frequens est in valle Quairas. SUFFRUTEX.

DESCR. Non acaulos, sed caulescens est hic ASTRAGALUS, altitudine semipedali, & caule ramoso. Pinnae foliorum sex, aut septem esse solent; foliola ovalia, cinereo-incana, integra, aut etiam leviter emarginata; pedunculi firmi, sulcati, tota planta altiores; flores capitati terminales a quinque ad octo. Flores cum calycibus erecti. Calyces inflati, tubulati, albidii, hirsuti, transparentes, ad orificium parum contracti, & dentes breves virides exerentes. Vexillum floris purpurascit: alae lutescunt; carina alba est, apice luteo. Per aetatem vexillum caeruleum fit, atque carina etiam lutescit. Vexillum fere ad angulum rectum a carina secedit, margine aliquantum revoluto; subemarginatum est cum spinula. Alae hamatae, fere falcatae, superius rectae, inferius arcuatae, atque instructae unguibus linearibus albis longitudine calycis. Carina bipes in duas partes facile separabilis,

R r r r



quarum quaelibet semicirculum refert, atque inferius etiam hamata est. Filamenta novem connata, atque unum superius solutum, theres, album. Antherae luteae: embrio hirsutus, qui abit in capsulam oblongam, hirsutam, semibilocularem, inflatam, superius dehiscentem, valvulis in spinulam recurvam terminatis.

## 1270. ASTRAGALUS onobrychis.

ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 53.

*Astragalus caulescens diffusus, pedunculis spicatis, vexillis flore duplo longioribus.* LINN. spec. p. 1070. CRANTZ. fasc. 5. ed. 2. p. 415.

*Astragalus caule suberecto ramoso, foliis linearibus sericeis, vexillis longissimis.* HALL. hist. tom. 1. n. 412. emend. 2. n. 31.

JACQ. Fl. Austr. tab. 38.

*Astragalus purpureus perennis spicatus-pannonicus.* MORIS. ox. 2. p. 106. tab. 9. f. 2.

Loc. Abunde nascitur in valle Augustae Praetoriae. Copiose secus Sturam in agro Taurinensi; in pratis macilentis collium, & montium rara planta non est. PERENNIS.

## 1271. ASTRAGALUS austriacus.

ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 62.

*Astragalus caulescens procumbens, floribus racemosis, leguminibus utrinque acutis erectiusculis, foliis linearibus.* LINN. syst. 12. p. 499.

JACQ. Vindob. p. 263. Fl. Austr. tab. 195.

*Astragalus caulescens procumbens, floribus racemosis, leguminibus teretibus utrinque acutis, foliolis linearibus praemorsis.* CRANTZ. fasc. 5. p. 416. n. 4. tab. 2. f. 1.

*Onobrychis floribus viciae dilute caeruleis.* BAUH. pin. 351.

—*Onobrychis 2.<sup>a</sup>* CLUS. hist. 239.

Loc. Circa Oulx locis dictis Pramam, & le Sappè. BIENNIS.

## 1272. ASTRAGALUS monspessulanus.

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 99.

*Astragalus acaulos, scapis declinatis longitudine foliorum, leguminibus subulatis teretibus subarcuatis glabris.* LINN. spec. p. 1072.

*Astragalus caule procumbente, scapis radicalibus aphyllis, foliis ovatis, vexillo longissimo, siliquis teretibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 414.

*Astragalus monspessulanus.* SCOP. Fl. Carn. ed. 2. p. 77. tab. 45.

*Astragalus incanus siliqua incurva.* MAGN. bot. monsp. 33. ENUM. NIC. p. 158.

*Astragalus caule diffuso, foliis ovatis subhirsutis, scapis radicalibus, vexillo longissimo, siliquis teretibus.* HALL. emend. 2. n. 32. p. 567. n. 3.

*Astragalus monspessulanus.* BAUH. hist. II. p. 338.

B. *Astragalus monspessulanus flore albo.* TOURN. inst. 416.

*Astragalus alpinus magno flore.* BAUH. pin. p. 351.

Loc. Locis siccis, & apricis, & ad rupes, & in alveis torrentium non modo in alpibus frequenter adinvenitur, sed & in montanis: etiam in agro Nicaeensi, & Liguria familiaris planta est. PERENNIS

## 1273. ASTRAGALUS uralensis.

*Astragalus scapis aphyllis, foliis ovato-lanceolatis sericeis, siliquis turgidis hirsutis erectis styliferis.* HALL. hist. tom. 1. n. 410. ENUM. tab. 14. emend. 2. n. 33. it. helv. n. 83. tab. 2.

*Astragalus alpinus totus sericeus.* Ejusdem Helv. p. 566. tab. 5.

*Astragalus acaulos scapo erecto foliis longiore, leguminibus subulatis inflatis villosis erectis.* LINN. syst. 12. p. 499. hort. upsal. 226.

Loc. In monte Albergian, in valle Pellina, & alpibus la Chianale. PERENNIS.

## 1274. ASTRAGALUS campestris.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 68. f. 2.

*Astragalus scapis aphyllis, foliis lanceolatis hirsutis, siliquis erectis inflatis semibilocularibus.* HALL. hist. tom. 1. n. 406.



*Astragalus scapis aphyllis, foliis lanceolatis hirsutis, siliqua villosa inflata ovata.* HALL. emend. 2. n. 34.

*Astragalus acaulos foliis peracutis, calyce, & fructu villosa.* HALL. 567. tab. 13.

*Astragalus acaulos, calycibus, leguminibusque villosis, foliolis lanceolatis acutis, scapo decumbente.* LINN. syst. 12. p. 500.

*Astragalus pyrenaicus Barbaejovis folio non ramosus, flore ochroleuco glomerato.* TOURN. inst. 417. SCHEUCHZ. it. alp. 4. p. 330.

Loc. Vulgaris est in summis jugis alpium *Cotiarum*. In monte *Cenisio* pratensis est: inter *Termignon*, & *Lanebourg* etiam ad vias nascitur. PERENNIS.

1275. ASTRAGALUS foetidus.

*Astragalus (foetidus) acaulis, foliis prostratis viscosis acute linearibus, scapis erectis paucifloris.* VILL. prosp. p. 42. tab. 27.

Loc. Copiose nascitur in monte *Cenisio*, & supra *Braman*, & in extremitate vallis *Lucernae* prope montem *Vesulum*; inhabitat autem rupes summorum alpium. PERENNIS.

Obs. Folia nihil habent sericei, ut in ASTRAGALO *campestri*: foliola multo minora luteo-virentia, subhirsuta, & viscosa, vix erecta, ex ovato-lanceolata parium viginti, & ultra. Flores Ochroleuci quatuor, aut quinque, ut in ASTRAGALO *campestri*, sed minores. Siliquae minus rectae, aliquantum arcuatae, magisve inflatae: duae, aut tres tantum solent maturescere. Radice, habituque cum dicto ASTRAGALO convenit, sed folia breviora sunt, citius pinnulas suscipiunt, atque majorem numerum capitum radix fundit.

1276. ASTRAGALUS Halleri.

*Astragalus scapis aphyllis, foliis ovato-lanceolatis glabris, siliquis inflatis hirsutis erectis.* HALL. hist. tom. 1. n. 407.

Loc. Cl. HALLER in alpiibus vallis d' *Erin Bagne*, & *Ternanche*, nec non in valle *S. Nicolai Valesiae* legit. PERENNIS.

1277. ASTRAGALUS depressus. tab. 19. fig. 3.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 100. f. 1.

*Astragalus acaulos, scapis folio brevioribus, leguminibus cernuis, foliolis subemarginatis nudis.* LINN. syst. 12. p. 500.

*Astragalus supinus minor, flosculis albis.* BOERH. Lugdb. 2. p. 54.

B. *Astragalus (helminthocarpos) exscapus, foliolis incanis apice incisis, leguminibus oblongo-ellipticis crassescens.* VILL. prosp. p. 42. tab. 25. f. 2.

Loc. Ignatius MOLINERI circa *Arbriez*. Ego in alpiibus di *Fenestrelle*, & di *Viù* loco dicto *la Marciossà*. Cl. BELLARDI copiose crescere vidit in jugo *Col di Tenda* dicto. Petrus CORNALIA ex alpiibus di *Casoto*, & *Pesio* retulit. PERENNIS.

1278. ASTRAGALUS vulnerarioides N. tab. 19. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 79. fig. 2.

*Astragalus hirsutus acaulos, scapis folio longioribus, siliquis inflatis subglobosis, capitatis.*

Loc. Nascitur in monte *Cenisio*. PERENNIS.

DESCR. Singularem hanc stirpem olim observavi in monte *Cenisio*, quam deinceps non amplius reperire licuit. Statim ab eximio Pictore, qui mecum erat, pingi curavi: qualem pinxit, exhibeo dolens periisse lecta exemplaria, quae possem iterum cum facta icone comparare. Habitus omnino est *Anthyllis vulnerariae*. Flos parum extra calycem productus, carina, & alis obscuris, vexillo pallide luteo emarginato vix reflexo. Flores sequuntur siliquae breves, inflatae, ovatae, biloculares, hispidulae, obscurae semina reniformia continentes, stylo adunco persistente instructae, & in ovatum capitulum collectae.



BISERRULA. LINN. *gen. n.* 800. *syst. n.* 893. TOURN. *tab.* 234.

Calyx monophyllus semiquinquefidus irregularis. Vexillum majus, lateribus reflexis: alae obtusae vexillo breviores. Carina obtusa; siliqua compressa bilocularis, septo valvis contrario. Semina reniformia.

1279 **BISERRULA** pelecinus. LINN. *spec. p.* 1073.

*ICON. TAUR. Vol. VI. tab. 70.*

*Securidaca siliquis planis utrinque dentatis. BAUH. pin. 349.*

*Pelecinus vulgaris. TOURN. inst. 417.*

*Securidaca peregrina. CLUS. hist. 238.*

*Loc. Nicaeae inter segetes non rara. ANNUA.*



FINIS TOMI PRIMI



